

*el Colegio de San Pedro de Granada*

*B<sup>o</sup>  
D. 11549*


**PRACTICARVM  
QVAESTIONVM CIRCA  
Leges Regias Hispaniæ Primæ partis Nouæ  
Collectionis Regiæ.**

**LIBRI DVO.**

*Authore D. Ioanne Gutierrez Canonico Doctorali almæ Ecclesiæ Ciuitateñ.  
Iurisconsulto clarissimo.*

*Ad Philippum II. Regum Maximum, Catholicum, Hispaniarum; & Indiarum  
in Oriente & Occidente Dominatorem.*

*Cum duplici indice, altero Legum Regni, altero materiarum.*




**CVM PRIVILEGIO.**

**Salmanticæ, Excudebat Petrus Lassus.**

*Expensis Octauiani Parente Bibliopola. Anno. 1589.*



2 400 40 *Salta* MADE IN SPAIN



*el Colegio de San Jeronimo de Granada*

*B<sup>o</sup>  
D. 11549*

PRACTICARVM  
QVAESTIONVM CIRCA  
Leges Regias Hispaniæ Primæ partis Nouæ  
Collectionis Regiæ.


(1)

LIBRI DV O.

*Authore D. Ioanne Gutierrez Canonico Doctorali almæ Ecclesiæ Ciuitateñ.  
Iurisconsulto clarissimo.*

Ad Philippum II. Regum Maximum, Catholicum, Hispaniarum, & Indiarum  
in Oriente & Occidente Dominatorem.

Cum duplici indice, altero Legum Regni, altero materiarum.



CVM PRIVILEGIO.

Salmanticæ, Excudebat Petrus Lassus.

*Expensis Octauiani Parente Bibliopole. Anno. 1589.*



11911505

# TASSA

YO Miguel de Ondarça çauala Escriuano de camara del Rey nuestro señor, de los que residen en consejo, doy fe que por los señores del fue visto vn libro intitulado *Quæstiones Practicas* sobre la parte primera de la Nueva Recopilacion compuesto por el Doctor Iuan Gutierrez, que con licencia del consejo y de pedimiento de Octauio Parente mercader de libros vezino de la ciudad de Salamãca se imprimio, y tassaron cada vn pliego del dicho libro a tres maravedis: y mandaron que esta Tassa se ponga al principio de cada vn cuerpo del dicho libro, para que se sepa y entienda el precio en que esta tassado. Y de pedimiento del dicho Octauio Parente, y mandado de los dichos señores di esta fe, en Madrid a diez y nueue de Abril de mil y quinientos y ochenta y nueue años, y dello doy fe.

Miguel de Ondarça  
çauala.

# EL REY.



Por quanto por parte de vos el Doctor Iuan Gutierrez Canonigo en la sancta Iglesia de Ciudad Rodrigo, nos ha sido fecha relacion diziendo que vos auades hecho y compuesto vn libro intitulado *Practicas Quæstiones*, sobre los cinco primeros libros de la Nueva Recopilacion, el qual por nuestro mandado estaua visto y examinado por el Licenciado Ramirez Oydor de la nuestra audiencia de Nauarra, a quien por nuestro mandado se auia encomendado, como parecia por cierta cedula de que hazia presentacion, suplicando nos os mandassemos dar licencia para imprimirlo y facultad y privilegio por veynete años, o como la nuestra merced fuese: lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pragmática por nos sobre ello fecha dispone; fue acordado que deuiamos mandar dar esta nra cedula para vos en la dicha razón, e yo tuue lo por bien. Y por la presente por vos hazer bien y merced vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corren y se quentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, vos o la persona que vuestro poder ouiere podays hazer imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion. Y damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos que vos nombraredes para que por esta vez lo puedan imprimir, con que despues de impresso antes que se venda lo traygays ante los del nuestro consejo, juntamente con el original que va rubricado y firmado al fin del de Miguel de Ondarça çauala nuestro escriuano de camara, de los q en el nuestro consejo residen, para que se vea si la dicha impressiõ esta conforme al original, o traygays fee en publica forma como por el corrector nombrado por nuestro mandado, se vio y corrigio la dicha impressiõ con el dicho original, y se imprimio conforme a el, y quedan ansi mesmo impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que ansi fueren impressos, y se ostasse el precio que ouieredes de auer por cada volumen. Y mandamos q durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia

no lo pueda imprimir ni vender, so pena que el q lo hiziere pierda qualesquier libros y moldes que del tuuiere, e incurra en pena de cinquenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena sea la tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara. Y mandamos a los del nuestro consejo, Presidente y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles, de la nuestra casa y corte y chancillerias, y a otros juezes y justicias, qualesquier de todas las cibdades villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, anfi los que aora son como los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan, y hagan guardar y cūplir esta nuestra cedula y merced que anfi vos hazemos, y contra su tenor y forma no vayan ni passen, ni consentan yr ni passar por alguna manera: so pena de la nuestra merced y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a veynte y vn dias del mes de Hebrero, de mil y quinientos y ochentay ocho años.

Yo el Rey.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Juan Vazquez

AD PHILIPPVM II

REGVM MAXIMVM

CATHOLICVM, HISPANIARVM

& Indiarum in Oriente, & Occidente

Dominatorem.



*C*uius prioris meae in iure tuorum publicationes publicis iuris studiosis et consensu approbaverunt, idque meae quidem sententiae praecipue quod tuis auspicijs serenissime rex. in lucem illa prodierit, non dubitavi modo eadem iterum auspicijs repetere in hoc meo secundo, et ita dicam partu harum questionum, quae ad proxima sunt comparatae, in recentiore legum collectionem, quam aequam recopilationem vulgus appellat. Cui enim maiorum iure legum iurisque dissertationes dicari queant, quam tibi iustissime sanctissimeque rex, qui earum totiusque iustitiae custos es acerrimus, et vindex, quique omnes iuris studiosos hoc nomine foveas amplecteris, prouehis. Quare haud mihi dubium est, quin eandem haec quoque subitur e sint modo aleam, ab eisdemque iuris studiosis eundem calculum ferent, te auspice atque fautore.

*F*axit deus ut te, cuius patrocinio atque ope iura vigent et florent, eorum quoque myste nos et studiosi omnes per longam annorum seriem vigentem atque florentem videamus, istaque tua in nos omnes benignitate diuissime fruamur.

D. Ioannes Gutierrez,

AD LECTOREM.



Cias amantissime lector nostrum in hoc opere institutum non esse lecturam ordinariam in has leges Regias conficere: nec omnes quæstiones circa eas factas congerere, sed eas tantum libuit hic examinare, quæ difficiliore circa literam & intellectum earundem legum ac in vltioreni frequentiores existunt, & in quibus nostri Consilij, varij diuini ac libi ipsi contrarij sunt, liquido resoluens in vnaquaque quid tenendum sit, cæteris facilibus atque expeditis omisis. Hinc est quod cū circa à nostris regnicolis scripta versemur, nimirum in processu operis non ea copia recitationis auctorum vti fuerit, quæ alijs in solitudine communi consentientia ageremus, adhiberetur, cum post leges Regias editas nouita ingens turba nostrorum scripterit, siue ante exteriorum, circa iuris communis interpretationem effluerit, quod si aliquando de hoc quoque egerimus, & parce in allegationibus doctorum nos habuerimus, id consulto factum esse vellem intelligas: quia ab auctoribus à me citatis quamplures alij referuntur, ideoque vtrumque ne incuria, nec modicitate lectionis tribuas quæso. Vale.

Errata Practicarum Quæstionum.

*In librum primum.*

P Ag. 7. col. 2. lin. 19. est, lege, & p. 10. c. 2. l. 34. secus, securus. p. 15. c. 1. l. 6. ff. §. p. 17. c. 1. l. 6. prag. pag. 1. 24. præcipiant. recipiant. c. 2. l. 27. 23. 27. p. 18. c. 1. l. 39. deferendum. differendum. p. 45. c. 2. l. pen. 95. in. 93. in. p. 47. c. 2. l. 22. ecclesias, ecclesijs, p. 61. c. 2. l. 17. poessio, possessio, p. 82. c. 2. l. 3. nunciata, non citata. p. 84. c. 1. l. 37. debita ab. debita. p. 87. c. 1. l. 33. iudicij, iudici. p. 88. c. 1. l. 13. supra. sententia, l. 14. iace- re. facere: p. 91. c. 1. l. 38. executionis: executioni: p. 96. c. 2. l. 46. illo, ille. p. 101. c. 1. l. vlt. à iudicis, iudicis. p. 120. c. 1. l. 13. hunc, hic. p. 125. c. 2. l. 44. debitorē, debitor. p. 131. l. 1. in instantia, in prima instantia. p. 145. c. 2. l. 35. dicit, dicitur. p. 146. c. 2. l. 29. huic, hinc. p. 147. c. 1. l. 43. ac. ad. p. 153. c. 2. l. pen. eum: enim: p. 156. c. 2. l. 3. voluntariam, voluntaria. p. 159. c. 1. l. 14. hinc, huic. p. 164. c. 2. l. 23. id quod, in quo. p. 169. c. 2. l. vlt. in possessione: impositione. p. 170. c. 1. l. 22. improbanda: in probanda: p. 171. c. 1. l. 32. recusator, recusa- tur. p. 176. c. 2. l. 32. hinc, huic. p. 177. c. 2. l. 32. aplatam, appellatum. p. 182. c. 1. l. 31. iudicatum, iudicari- tium. p. 193. c. 2. l. 32. gratiam, gratia: p. 200. c. 2. l. 43. sententijs, sententis. p. 207. c. 1. l. 33. fide, si de. p. 229. c. 2. l. 28. subscriptor, subscripta: p. 230. c. 2. l. 32. quia, quæ. p. 233. c. 1. l. 6. impedit, impedit. p. 237. c. 1. l. 24. inuentione, in venditione: p. 246. c. 2. l. 2. per, pro: p. 247. c. 1. l. 17. ampliores, ampliationes. p. 258. c. 2. l. 31. quæstionis: quæstionibus.


*In librum secundum.*


P Ag. 6. col. 1. lin. vlt. validas, lege, validitas. p. 14. c. 1. l. 42. matimonū, matrimonium. p. 17. c. 1. l. vlt. an- nullabit, annullauit. p. 21. c. 1. l. 17. parentia, parentum. p. 31. c. 2. l. 13. respectū, respectu. p. 34. c. 2. l. 34. filio, ex filio. p. 46. c. 2. l. 38. exiguis, exiguus. p. 55. c. 2. l. 25. ij. is. p. 56. c. 2. l. 34. prælitto, precio. p. 60. c. 2. l. 2. statum, statutum. p. 62. c. 1. l. 6. l. C. l. fin. C. p. 63. c. 2. l. 15. iurisdictionem, iuris dispositionē. p. 65. c. 1. l. pen: modicitatis: modo citatis. p. 73. c. 1. l. 35. quod in lex, quod lex. p. 96. c. 2. l. vlt. vbi supra, vt. vbi supra. n. 3. idē Matienç: in glos. 4. sicq; vt. p. 100. c. 1. l. 12. substātia, substātia l. 32. ipse quod valeat legerit, & n. sequent, ipse egerit, & nu. seq. quod valeat. p. 101. c. 1. l. 37. testor, testator. p. 107. c. 2. l. 24. delectū, delerū. p. 143. c. 2. l. 16. motis, mortis. p. 155. c. 1. l. 14. commendatores: commentatores. p. 156. c. 1. l. 30. obligatio- ne, obligatione. p. 165. c. 2. l. 38. huius, binus. p. 171. c. 1. l. 39. omnibus, omnibus. p. 174. col. 1. l. 37. pag. part: p. 182. c. 2. l. 27. peteret alia, peteret alia. p. 186. c. 1. l. 24. 45. 46. p. 189. c. 2. l. 33. vnus, viuis. p. 203. c. 2. l. 16. donariu, donarius. p. 205. c. 2. l. 36. superstitis, superstiti. p. 207. c. 1. l. vlt. vestri, vestir. p. 217. c. 2. l. 7. lega- tam, ligatam. p. 227. c. 2. l. 24. sacri, sacris. p. 237. c. 1. l. 23. recipiendam, recipiendum. p. 240. c. 1. l. 18. ex- nec, nec ex. p. 241. c. 1. l. 34. Aduocato, Educato: p. 243. c. 1. l. 4. cessario, necessario: vlt. c. fe. p. 255. c. 1. plurimi, plurimum. p. 267. c. 1. l. 25. tertio, terito. p. 297. c. 1. l. 46. v usufruct, v usufruct. p. 299. c. 1. l. 28. te- neatur, teneantur: p. 300. c. 1. l. 15. agentibus, egentibus. p. 318. c. 1. l. 12. ed. sed. p. 339. c. 1. l. 24. rem. re. l. 35. vaesi, ea vlt. p. 340. c. 2. l. 40. tit. 3. tit. 10. lib. 3. p. 343. c. 1. l. 23. sequenti, sequentis. p. 370. c. 2. l. 27. quantū. loquantur: p. 388. c. 1. l. 27. amorē, morem. p. 395. c. 2. l. 8. eadem si res, eadem res. p. 397. c. 1. l. 3. illium, mil- lium. p. 399. c. 1. l. 16. rei, res. p. 406. c. 2. l. 14. in. mi. p. 413. c. 1. l. vlt. certus, certos. p. 426. c. 1. l. 15. senten- tiam, sententia.

Con estas erratas esta correcto este libro cõforme a su original. En fe de lo qual, lo firme de mi nom- bre. En Salamanca, oy primero dia de Febrero del año de 1589.

Corrector por el Rey N. S.

Emanuel Correa  
de Montenegro.



  
**PRACTICARVM**  
**QVAESTIONVM CIRCA**  
**leges Regias Hispaniae, Primae Partis Nouae Col**

lectionis Regiae, libri duo, Clarissimi Iuriconsulti Doctoris Ioannis  
Gutierrez, Praebendae literariae (vulgo Doctoral nuncupatae) Almae  
Ecclesiae Ciuitatenfis, Canonici.

**LIBER PRIMVS.**

Quaestio Prima.

S V M M A R I V M.

- 1 **D**ebitores ex causa civili, ad Ecclesiam confugientes, possunt iure regio ab ea extrahi, praecedentibus quibusdam diligentis de quibus hic.
- 2 Debitor ad ecclesiam confugiens, potest ab ea extrahi, ad exhibendum creditori seruitium. Quod ei attenda consuetudine antiqua horum regnorum, pro debito tenetur prestare. Prestita tamen quadam securitate, de indemnitate sua personae: contrarium. nu. 10.
- 3 Seruus ad ecclesiam confugiens, postquam de impugnitae sua dominus clericis praestiterit, ad seruitium domini sui redire compellitur, etiam inuitus: alias a domino poterit occupari.
- 4 Mercatores & campsores decocti versuram faciētes, & ad ecclesiam confugientes cum suis bonis; ab ecclesia ad criminalem punitionem a iudicibus euelluntur & nu. 16.
- 5 Debitor quotiescunque potest capi pro debito: extrahi potest ab ecclesia secundum quorundam opinionem.
- 6 Debitor ex causa civili per instrumentum publicum, vel aliud habens paratam executionem, de iure nostro regio potest capi personaliter, & incarcerari, si fideiussorem, vulgo dicho (de sane amiento) non praestiterit: idem in quocunque modo obligato, si subsistente suspicione vel causa de nouo, contra eum non satis det.
- 7 Confugiens ad ecclesiam cuiuscunque conditionis sit, gaudere debet ecclesiastica immunitate, & quantumcunque graui delicta perpetraverit, non est violēter ab ecclesia extrahendus: nisi publicus latro sit vel nocturnus depopulator agrorum.




- 8 Immunitas ecclesiarum a iure diuino pro  
cedit.
- 9 Lex contra libertatem ecclesiasticam ali  
quid disponens, non erit seruanda: quare  
debitor ex causa civili ad ecclesiam con  
fugiens, ab ea non est extrahendus: sed  
potius gaudere debet immunitate ipsius.  
& num. 10.
- 11 Statutum vel consuetudo de capiendo  
personaliter debitorem ex causa civili;  
nec obligatio personalis praeiudicare po  
test immunitati ecclesiae: quare his non  
obstantibus, nec consuetudine horum, re  
gnorum seruiendi debitores creditoribus  
pro debitis, debitor praedictus ab eccle  
sia extrahi non debet.
- 12 L. 15. tit. 20. libr. 3. Fori, permittens ex  
tractionem debitoris ab ecclesia est ter  
ribilis in materia, & nec illa nec dictum  
Abba. seruatur in practi. secund. Rode  
ric. Suar.
- 13 Assignatur vera concordia inter supra  
dictas opiniones contrarias: ut debitor ex  
causa civili fugiens ad ecclesiam, non  
abscondens nec asportans secum bona  
in fraudem creditorum, gaudeat immuni  
tate ecclesiae & ab ea extrahi non possit:  
ceteri vero debitores, qui cum bonis suis  
fugiunt ad ecclesiam in fraudem credi  
torum, non gaudent immunitate ipsius,  
sed extrahi ab ea possunt, & numeris  
sequentibus.
- 14 L. finalis tit. 2. lib. 1. Nouae Collect. Reg.  
in idem inducitur.
- 15 L. 1. & 2. titu. 18. libr. 5. Nouae. Collect.  
Reg. in idem inducitur.
- 17 L. 5. dict. titu. 19. libr. 5. Nouae. Collect.  
Reg. ad idem adducitur.
- 18 Dict. l. 1. tit. 19. libr. 5. Nouae. Collect. Re

gia, intellectus.

- 19 Concordia praedicta frequentius in Rega  
li Cancellaria Pinciana seruata.
- 20 Simplex fur an gaudere debeat immuni  
tate ecclesiastica, ubi cessante consue  
tudine in contrarium legitime praescri  
pta, gaudere debet.
- 21 Hoc an procedat etiam si fur rem furto  
alibi ablatam intra ecclesiam contraecta  
uerit?
- 22 Fur tria vel plura furta committens ad  
ecclesiam confugiens ab ea extrahi potest.
- 23 Publicus latro, quis dicatur ut is ecclesia  
stica immunitate non gaudeat, remissiuè.

## L. fi. tit. 2. lib. 1. Nouae Collect. Regiae.

### QUESTIO. I.



- Varo an debitor ex cau  
sa civili ad ecclesiam co  
fugiens, possit ab ea ex  
trahi, an vero gaudeat  
immunitate ecclesiae? Et  
quod non gaudeat tenere ten  
tauit (quauis sub dubio)
- I. Iaf. in l. vinum. n. 4. ff. si cert. peta. Idem Iaf.  
in l. pleriq. n. 26. ff. de in ius vocan. Zafi. ibi  
col. 2. Euerard. in ceteru. legal. cap. 40. col. fin.  
Quorum opinio probata est hodie. l. Regia  
finali. tit. 2. lib. 1. Nouae Collect. Regiae. qua  
cauetur, ut debitores ex causa civili ad eccle  
siam confugiens possint ab ea extrahi, pra  
cedentibus quibusdam diligentibus: nempe  
requisito iudice ecclesiastico, ut extrahat  
eos & tradat seculari, praestita prius ab ipso  
iudice seculari cautione, quod non proce  
det contra huiusmodi debitores ad poenam  
corporalem: quod si ecclesiasticus iudex, ut pre  
mittitur, hoc non fecerit, possit secularis id  
facere absque scandalo. Quia. l. pro sedada anti  
nomia inter ius coe de quo infra, & l. Fori.  
15. tit. 20. libr. 3. Fori. tanquam omnino seruadam.  
(diffi-

(difficultatem tamen veram minimè cal  
lens) allegauit Olanus in sua Concordia iu  
ris litera. F. nu. 104. & cum sit posita in No  
ua Collectione Legum huius Regni, vide  
tur absque dubio seruanda, ut asserui in Repe  
titione. l. nemo potest. num. 184. ad fin. ff.  
de legat. 1. Et ita vidi nonnunquam, praeci  
pue post conditam dictam Nouam Colle  
cti. decerni literas Regias in supremo Sena  
tu Regali, ad instantiam creditorum infer  
to tenore. d. l. de verbo ad verbum, in qui  
bus praecipitur iudicibus secularibus, ut ea  
obseruent atque adimpleant prout in ea con  
tinetur, sicque praedicti iudices faciunt atque  
exequuntur, non modo, verum etiam quan  
doque excedunt extrahentes de facto ab ec  
clesiis, gaudere debentes immunitate eccle  
siastica, contra mentem & intentionem ip  
sius. l. atque summorum iudicum: sic etiam  
in signis Doct. Couar. lib. 2. Variarum reso  
lut. cap. 20. num. 14. asserit se semel vidisse  
literas Regias concessas, ut debitor ex cau  
sa civili ab ecclesia extraheretur.

- 2 Coadiuuari potest haec sententia ex ra  
tione, in dict. l. Regia expressa, scilicet,  
*Acatadas las leyes y costumbre antigua  
destos Reynos, que permiten que los deu  
dores seruan a sus acreedores, hasta que  
sean pagados y satisfechos de sus deudas.*

*Otrofi, que los bienes que ponen y meten  
en las Iglesias los tales deudores, pueden  
y deuen ser sacados dellas, para pagar las  
deudas que deuen.* Quae ratio videtur posse  
debitorem extrahi ab ecclesia, ad exhiben  
dum creditori seruitium istud praestita secu  
ritate: quemadmodum visum est Oldra. con  
sil. 54. Aufrerio & alijs relatis à Couarr. vbi  
suprà, & nouissime saltem hodie attéta hac  
l. Regia. Olano. vbi supra, num. 105. qui per  
incuriam hanc opinionem tribuit Remigio  
de Gonni, cum potius ipse Remigius con  
trarium teneat, ut infra videbimus: & ita  
Ant. Gom. in l. 79. Taur. n. 5. & in. 2. Tom.  
Varia. resolu. cap. 11. n. 55. Tenet iure Regio  
ob praedictam rationem à l. Regia expres  
sam, debitorem fugitiuum posse extrahi ab

ecclesia seruata forma. d. l.

- 3 Pro eadem parte satis vrget text. in. c. in  
ter alia. in. 2. parte, de immunitate ecclesia  
rum, vbi habetur quod si seruus confugerit  
ad ecclesiam, postquam de impunitate sua  
dominus eius clericis iuramentum praesti  
terit, ad seruitium domini sui redire com  
pellitur etiam inuitus, alioquin a domino  
poterit occupari, quod etiam probat. l. praesen  
tij. in. versic. sanè. C. de his qui ad ecclesiam  
confug. qui text. loquitur in seruo vel liber  
to fugiente ad ecclesiam conuassatis rebus  
certis atque subtractis, seu seipsum furante, &  
dict. l. 15. titu. 20. libr. 3. Fori. Vnde cum ho  
die iuxta. ll. & consuetudinem huius Regni.  
de quibus in. l. 4. & sequentibus. titu. 16. libr. 5.  
Nouae Collect. Regiae, debitor cedens bo  
nis debeat tradi ad seruicium creditoribus,  
iuxta formam earundem. ll. quod late differit  
Couar. lib. 2. Variarum. c. 1. per totum, & la  
tius Baeça in tit. de inope debitore, & praedi  
ctus debitor fugerit ad ecclesiam cum suis  
bonis, quo casu loquitur lex nostra Regia,  
de qua nunc agimus, consequens est: ut ab  
ea extrahi possit, tanquam seruus eorundem  
seruata forma eiusdem. l.

Potest etiam alia ratione eadem opinio fu  
stineri, nempe quod cum debitor cum suis  
bonis fugiat ad ecclesiam, ea illuc asportan  
do in fraudem creditorum quo casu ve pra  
dixi, dicam quae latius infra loquitur lex no  
stra Regia, videtur publice furtum comit  
tere, ut in. l. 1. & 2. tit. 19. libr. 5. Nouae Colle  
ctae, ac per consequens poterit ab ecclesia  
extrahi, ut de publico latrone id decisum  
extat in dict. cap. inter alia.

- 4 Quae ratione Couar. sic intelligendus, fa  
tetur posse fortassis hanc Iaso. opinionem  
aduersus communem apud Hispanos ad  
mitti in mercatoribus & campforibus, qui  
maximo Reipublice dispendio ex pecunijs  
& rebus alienis dum negotiatione quaestua  
riam exercent opera versuris & foenoribus  
strenue dantes, laute & opipare viuentes,  
decocti tandem versuram faciunt & ad ec  
clesiam confugiens, creditores omnes,  
miserè fallunt, quod grauissimum crimen  
est, & ob id famosi latrones appellantur

ac vt tales grauisima poena puniuntur Pragmatica. 8. o. in volumine pragmatic. hodie d. l. i. & 2. tit. 19. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. Hos etenim asserit vidisse ab ecclesijs violenter ad criminalem punitionem à iudicibus euelli. Quod an iuste fiat aliorum esto iudiciū inquit. Id tamē posse iuste fieri probat Boerius decis. 215. num. 7. & breuiter Rebuff. 2. Tom. super constitutionibus Gallia, in tit. de mercator. art. vlt. glo. vlt. in 5. fol. 209. alijque infra referendi. quod videntur probare dict. II. Regia. 1. & 2. nam idem videtur esse in cæteris debitoribus aufugietibus cum bonis suis ad ecclesiam, curia iam publicè videantur furtum committere in præiudicium creditorum suorum.

5 Potest hæc eadem opinio vltius comprobari ex doctrina Oldraldi, vbi supra asserentis, quod attento iure municipalitatis potest quis capi pro debito ciuili, item & in omnibus casibus in quibus iure communi id fieri potest, poterit etiam & ab ecclesia extrahi: quia tunc ex forma statuti quodammodo est persona affecta & conditionata ad seruitium, quam opinionem sequitur Alberi. & eum referens Boerius, vbi supra dict. n. 7. vbi se quoque alibi refert & addit idem esse super consuetudinem quis posset capi pro debito ciuili sicque inquit prouisionem extrahendi quendam ab ecclesia fuisse cõcessam in Senatu, quod & refert Remig. de immunitate ecclesie, fallentia. 28. & Rebuff. in 2. Tom. Commentar. in constitutiones regis Gallia. in tit. de immunitate ecclesiarum, artic. 1. glo. 2. pag. 339. vbi. n. 2. asserit quod licet sint diuersæ doctorum super hoc sententia consuetudo tamen erit in hoc attendenda vel statutum, & quod sic fuerunt cõcessa Regie prouisiones à Senatu Burdegalen. extrahedi quosdam ab ecclesia, sequitur Bembenut. in Tract. de mercatoribus, tit. de deceptoribus. 3. p. num. 41. pag. 308. Sed de iure nostro Regio debitor ex causa ciuili per instrumentum publicum, vel aliud habens paratam executionem potest capi personam & incarcerari. Si fideiussorem vulgo. [De saneamiento] Non præstiterit, vt in l. f. tit. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. & etiam

quocumque modo obligatus, si non satisfidet subsistere suspiciõne vel causa de nouo cõtra eum potest capi, vt in l. 2. tit. [de los gouernos.] libr. 3. Fori. & ibi Suarez, & Anto. Gom. in l. 65. Taur. num. 2. ergo poterit extrahi ab Ecclesia per supradictam doctrinam, vt probat. d. l. Fori. 15. tit. 20. libr. 3.

7 Verum pro contraria parte, imo quod debitor ex causa ciuili ad ecclesiam confugiens non possit ab ea extrahi. Primò facit, nam confugiens ad eam cuiuscunque conditionis sit gaudere debet ecclesiastica immunitate, vt in l. presenti in principio. C. de his qui ad ecclesiam. Secundò, hæc eadem sententia comprobatur ex Decreto Sacrosancti concilij Trident. sessio. 25. cap. 20. de reformatione. vbi sancta Synodus decreuit & præcipit sacros Canones, & Concilia generalia omnia: nec non alias Apostolicas Sanctiones in fauore ecclesiasticarum personarum libertatis ecclesiasticæ & contra eius violatores editas, quæ omnia illo decreto innouantur, exacte ab omnibus obseruari debere: quapropter admonet Imperatorem, Reges, Respublicas, Principes & omnes & singulos, cuiuscunque status & conditionis extiterint, vt ea obseruent, obseruarique faciant, lædique non patiatur, sed seuerè in eos qui illius libertatem, immunitatem, atque iurisdictionem impediunt animaduerant. Sed text. in cap. inter alia. de immunitate ecclesiarum, inquit, & probat quod iuxta sacrorum Canonum, Statuta, & Traditiones legum ciuilium, scilicet dict. l. presenti. C. de his qui ad ecclesiam confuge. Homo liber confugiens ad ecclesiam, quantumcunque graua delicta perpetraverit, non est violenter ab ecclesia extrahendus: à quo tamen duo genera personarum excipiuntur, nempe publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum: Cui decisioni consonat. l. 4. titu. II. part. I. Ergo debitor ex causa ciuili ad ecclesiam confugiens gaudere debet immunitate ecclesiastica, cum non sit de exceptis inde inter alia imò cõprehensus in regula generali ipsius, & in casu. d. l. presenti. Nec Obstat quod cõtrarium disponit. d. l. fin. titu. 2. li. I. Nouæ Collect. Reg. seruatis quibusdam solennijs

solennijs de quibus in ea quia inquam contraria libertati, immunitati que ecclesie minime videtur seruanda, quia statuta contra libertatem ecclesiasticam sunt ipso iure nulla vt in Authenti. cassa & irrita. C. de sacrosanct. eccles. Hinc est quod post publicationem sanctissimi illius concilij Trident. immunitas & libertas ecclesiastica, (& in omni tempore veneranda atque seruanda fuerit) magis quam antea haberi, venerari que, atque à illis quibus temporalibus obseruari coepit. Vltius etiam quoniam immunitas ecclesiarum habet diuino procedit iure. Regum. ca. 2. vbi Ioab fugiunt ab omni cõmuni Domini, & apprehedit cornu altaris, vt saluaretur. ibi. 2. manu. Salomonis. Probabit etiam Exod. cap. 21. transumptum in cap. 1. de homi. vbi inquit text. si quis per inuidiam occiderit proximum suum, vel per insidias, ab altari meo euellens, non morietur. Ergo a contrario sensu dicitur sequitur, quod si quis non fuerit per insidias occisus, sed aliter non debeat occidi ab altari euelli, sed gaudere immunitate ecclesie. Item in veteri testamento ex præcepto. Deierant constituta sex vrbes ad inhabitandum, in quibus erat libertas & refugium infugiuorum auxiliu separata, vt in eis saluaretur, qui nolentes sanguine fudissent, & ad vna eorum fugerent, nec ante biduum, vel triduum, eius que occidissent probati essent inimici, vt patet in libro Numer. c. 33. Deut. ca. 19. & Iosue. c. 20. Ex quibus textibus sacra Scriptura hoc deducit atque probat Remig. in tit. de immunitate ecclesie, primo presuppõsito. nu. 5. vbi plures Doct. hoc tenentes allegati sequitur etiam doctor. Quædam diuersarum quæstionum iuris. q. 1. n. 2. Sed ill. & statuta contra ius Diuinum sunt nullius momenti: quia inferior non potest statuere contra legem superioris. argum. l. nam magistratus. ff. de arbit. & statuentes contra libertatem ecclesiasticam incurrunt ipso facto sententiam excommunicationis contentam in bulla Cõne Domini. c. 11. Ergo lex contrarium disponens tanquam contra libertatem atque immunitatem ecclesiasticam non erit seruanda, prout

in proposito inquit Petrus Pechius in titu. de manuum iniectione. c. 6. num. 15. resolues hac ratione quod immunitas ecclesiastica sit iuris diuini, non possit eidem per principem præiudicium inferri & inquit D. Suarez de Paz, vbi supra statim allegabitur, quod dict. nostra Regia, non potuit disponere contra ius Canonicum.

10 Quare merito hanc sententiam, quæ habet, vt debitor ex causa ciuili ad ecclesiam confugiens ab ea non sit extrahendus, sed potius gaudere debeat immunitate ipsius, tenent terminis Abb. in d. cap. inter alia. nu. 22. & 24. de immunitate ecclesiarum testatis eandem esse communem, quæ probantur videtur in l. 2. tit. II. part. I. vbi Gregor. Lopez eandem sententiam tenet quam etiam sequitur & communem fatentur plures à me citati in repet. dict. l. nemo potest. n. 183. & sequentibus ff. de legat. II. vbi resoluti eam esse veram atque tenendam & ita semper videmus ecclesias plenas esse debitoribus fugiētibus, & ab eis minime extrahuntur per iudices seculares, nec partes hoc petunt, vt deduxi vbi supra, & vtriusque dicta eandem sententiam plurimos referens testatur communem & veram Remig. de Gom. de immunitate ecclesie, fallentia. 27. per totam præcipue in fine in 5. conclusione, vbi ait quod ita seruatur, non obstante statuto municipalitatis, vel consuetudine, quod quis pro debito possit capi. Nam tale statutum, vel consuetudo minima potest præiudicare immunitati ecclesie, minime obligatio personalis, eam sequitur & testatur communem nouissimè post hæc scripta. D. Suarez de Paz, in suis Praxi. 5. partis. I. Tom. c. 3. §. 3. num. 152. & sequentibus. & ita D. Couan. dict. ca. 20. nu. 14. vbi supra, post Roderic. Suarez, quæ refert, non obstante prædict. l. de tradendis in seruitutem debitoribus ipsis creditoribus, & nostra hac. l. Nouæ collect. Regia, adhuc vult huiusmodi debitorem fugiuum, non posse extrahi ab ecclesia, sequitur hanc opinionem communem. Et respondet ad exceptionem. d. c. inter alia. & d. l. presenti. versic. sane, & si seruus. cū similibus, vt obtineat in vero seruo atque in iure veræ seruitutis, quæ lex



Regia nõ cõcedit creditori in ipsum debito-  
rẽ, vt manifestissimẽ pbatur vltra ipsos: qm  
creditor in debitore etiã sibi feruiente nullũ  
habet dñium, cũ debitor sit liber homo, at  
vero dñs in seruũ habet propriũ dominiũ,  
cuius ratione potest eũ ab ecclesia extrahe-  
re promissa indemnitate cũ iuramento.  
Sicq; etiam idem Rebuff. vbi supra, in d. tit.  
de immunitate ecclesiarum, art. 1. gl. 2. n. 4.  
qui prius, n. 2. dixerat provisiones à Senatu  
Burdegalen. fuisse cõcessas extrahedi, quod  
dã ab ecclesia. postea, d. n. 4. inquit ista esse  
cõtra ea, que i. Mach. c. 10. scribuntur his ver-  
bis [Quicũq; cõfugerit in tẽplũ, qd est Hie-  
rosolimis, & in oibus finibus eius obnoxius  
Regi in omni negotio dimittant, & vniuersa  
quæ sunt eis in regno meo libera habeant,  
tã ex cõsuetudine, & l. nũc ista obseruatur,  
quæ hinc statuta sunt.] Hactenus Rebuff. q  
tam de vltimo loco, minus benẽ videtur sen-  
tire de prædicta consuetudine & l. sic etiam  
Maria. Socin. in tit. de citatione, art. 7. q. 5. in-  
quit, qd supra dict. cõsideratio Oldradi, & fe-  
quentium, fuit multũ rigoroſa & cõiter in  
praxi nõ seruatur: tãdem cõtra eam etiam  
tenet & probat Remig. vbi supra, n. 5. & 6.  
in fine. dicẽs non esse cõm: quia cõmunis  
& vera opinio est scõdum ipsum qd indi-  
sti nõ tẽ fugiens ad ecclesiam non debeat ab  
ea extrahi inuitus, & qd ita seruatur nõ ob-  
stante statuto municipal vel consuetudine  
qd quis pro debito possit capi: nam tale sta-  
tutum vel cõsuetudo minime potest præiu-  
dicare immunitati ecclesiæ, nec minus obli-  
gatio personalis, cum ipsa immunitas sit de  
iure diuino, vt supra probatum existit, nec  
etiam si esset de iure positiuo cum laicis nul-  
la sit attributa potestas, siue facultas super ec-  
clesijs, vt in. c. ecclesia sanctæ Mariæ de con-  
stitu. nec valet talis cõsuetudo, quia grauosa  
esset & cõtra libertatem ecclesiæ, vt in. c. 1.  
de consuetudine, cum similibus? & inquit,  
Roderi. Suar. in. d. l. 2. tit. *De los gouernos.*  
vers. quinto queritur, pagina mihi. 416. n. 2.  
qd. d. l. 15. Fori. permittẽs extractionẽ debito-  
ris ab ecclesia est terribilis in materia, & qd  
nec illa, nec dictum Abba. seruatur in pra-  
ctica, imo contrarium videtur semper ob-

teneum & obseruatum: pro qua practica alle-  
gat. d. l. 2. tit. 11. p. 1. à me supra allegatã, que  
refert & sequitur Greg. Lopez, in. d. l. 2. in gl.  
*Por deuda.* Et D. Didac. Perez in lib. 4. ti. 2.  
lib. 1. Ordina. col. 69. vers. est tamen dubiũ.  
13 Hæc sunt, quæ pro vtraq; parte quæstio-  
nem nostrã dubiam atq; difficilem reddũt;  
quid teneidim. Certẽ omnibus rectẽ pen-  
satis atq; consideratis rem hanc ita compo-  
nendam existimo, vt communis opinio af-  
firmatiua supra dicta, quæ habet qd debitor  
ex causa ciuili confugiens ad ecclesiam gau-  
dere debeat immunitate ipsius: ita vt ab ea  
iure extrahi non possit, tenenda sit in iudi-  
cando & cõsulendo tanquam verior & cõ-  
muniõr: hoc tamen addito, vt procedat in  
debitore simplici non abscondente, neque  
asportante secum bona & introducẽte ea  
in ecclesia, vel alias aliter occultante in frau-  
dem creditorũ. Sed tãtum fugiente ad ec-  
clesiam per omnia supra proxime allegata:  
pro. 2. opinione in cæteris vero debitoribus  
fallitis & decoctis *Vulgo, dichos alcados,*  
qui cũ bonis suis fugiunt ad ecclesiam, ipsa  
in ea introducendo, vel alias abscondendo  
in fraudẽ creditorum secus sit, atq; in eis  
procedat prior opinio, vt hi gaudere mini-  
me debeant immunitate ecclesiarum, sed  
potius ab eis extrahi possint, & in hoc casu  
procedunt & loquuntur nostra lex final. ti-  
tulo. 2. lib. 1. & l. 1. & 2. titulo. 19. lib. 5. Nouæ  
Collect. Reg. vt ex ipsis patet: nam cum hi  
secundi debitorẽs, scilicet, cum bonis suis  
fugientes ad ecclesiam habeantur, & puniri  
debeant tanquam publici latrones, eo quod  
sua bona fraudulẽter asportet atq; abscon-  
dant, vt in. d. l. 1. & 2. merito qd immunitate  
ecclesiarum gaudere non debeant, vt in. d. c.  
inter alia: quatenus excepte publicum latro-  
nem, & dict. l. presentis, in dict. vers. sane,  
& si seruus, vt in specie nostra id probant  
nuncupatim dict. l. Regiã modo relatã.  
14 Nec cõtra hanc distinctionem & con-  
cordiam verissimam & tenendam obstat  
principium dict. l. fin. vbi indistincte & ge-  
neraliter loquitur legislator in quibuscun-  
que debitoribus aufugientibus ad eccle-  
siã, vt hi immunitate ecclesiastica gaudere  
minime

minime debeat, sed possint ab ecclesijs ex-  
trahi, nec ad hoc requiratur qd se conferant  
cum bonis suis in ecclesiam, nam respõdeo  
contrarium potius constare ex litera eius-  
dem. l. 1. tam in principio, ibi, *Orõsi, que los tie-  
ne en cõ.* Nam pro ratione illius decisionis  
præmittit atq; præsupponit in initio, qd de-  
bitores bona sua secum deferunt. Quam  
postea in progressu eiusdem. l. ibi, *E manda-  
mos an fies ena que saquen de los dñs las bie-  
nes de los tales deudores.* Ecce igitur, dum dicit:  
*De los tales deudores.* insinuat quomodo mens  
atque intentio legis semper fuit, loquedi in  
huiusmodi debitoribus, qui bona sua in ec-  
clesijs detrudunt: & iterum, ibi, *que deuen y  
permittan sacar los tales bienes y mercaderias de los ta-  
les deudores,* & ibi, *y sus bienes.* Quibus verbis  
ita sæpe geminatis ostenditur aperte præci-  
sa mens legislatoris, iuxta late tradita per  
Euerardum in Centuria legali, c. 91. & Me-  
xiam in. l. Regia Toleti, *De los terminos.* in. 4.  
fundamento. l. part. per totum.  
Nec obstat si quis obijciat, id de bonis nõ  
videri eo animo dictum, nec positum in. d.  
l. Regia, vt necessarium sit debitorem ad ec-  
clesiam confugere cum bonis suis, ad hoc  
vt non gaudeat immunitate ecclesiæ, sed ca-  
sum cõtingibilem ibidem referri atq; deci-  
di circa bona eiusdem debitoris: ita vt quã-  
do ea ab ipso in ecclesiã inducantur is non  
solum, sed bona quoq; ab ea extrahi possint  
seruata forma eiusdem leg. hoc naq; cessat  
cum eadem lex in omnibus sui partibus  
cum mysterio loquatur, in debitore fugien-  
te ad ecclesiam secum bona adducẽte, ex  
quo præcisa mens in eo tantũ casu loquen-  
di colligitur, in ipso ergo solum intelligen-  
da atq; practicanda erit, cũ sit posita in præ-  
fata Noua Collect. Reg. vt dicebam (sic in-  
telligendus iuxta quotam quam allegau) in. d. l. nemo potest. n. 184. & in eo tantum  
exequendæ sunt literæ Regiæ quæ solent  
concedi in consil. reali eadem. l. Regia in-  
serta, vt iudices eam obseruent, præmaximẽ  
cum. d. l. sit correctoria iuris communis, &  
per hunc intellectum minus offendatur  
ius commune, & magis reuertamur ad ip-  
sum, quam si in vtriusque debitoribus ad

ecclesiam confugientibus eam indistincte  
intelligeremus? ergo cum in debitoribus  
ex causa ciuili, qui ad ecclesiam confu-  
gunt absque bonis, nec ea alias absconden-  
tibus. d. l. Regia nõ loquatur, & ius comune  
contrarium in his statuatur, vt patet ex supra  
adductis pro communi: & vera sententia  
atq; in praxi recepta, consequens est vt hi  
immunitate ecclesiastica gaudere debeant,  
nec eos comprehendat. d. l. Regia: vnde nec  
iudices laici virtute ipsius eos ab ecclesia  
extrahere debent nisi constet bona sua in  
ecclesiam detrudisse, vel aliter abscondisse,  
quo casu. d. l. loquitur & nõ alias, & ita hæc  
opinionẽs optime ad cõcordiam reducun-  
tur, & quælibet in suo casu rectẽ procedit,  
nec non vna ac altera praxis, quæ contra-  
ria omnino videbantur nunc cõciliantur.  
Vltimus est qd eadem lex Regia supradic-  
ta eo tantum casu loquatur iam supra re-  
lato patet ex sumuario ipsius, qd ita se habet  
lib. 13. *en que manera los deudores, por las causas ciu-  
iles, que se retraen a la iglesia con sus bienes, pueden ser  
sacados y no gozan de la inmunidad de la iglesia.* &  
iterum in remissione posita ad fine. titu. 19.  
lib. 5. eiusdem Regiæ Collect. vbi eodem  
modo intelligitur. d. l. fi.  
15 Secũdo & principaliter hæc eadem con-  
cordia probari videtur argumento sumpto  
ex dict. l. 1. & 2. tit. 19. eodem lib. 5. dum ex-  
tollunt grauitatem delictis, *de los deudores que  
se alcan con sus bienes,* vt patet ex illis verbis  
dict. l. asserentis. *E mandamos que el cambia-  
dor, o mercader que tal cosa ha çarẽ, seruenado den-  
de en adelante por rebador publico, e incurra por ello en  
las penas en que caen e incurren los rebadores publi-  
cos, &c.* & in. d. l. 2. ibi, *Y nos por la presente de-  
claramos, los que ansise alcan, ser publicos ladrones y  
verdaderos rebadores.* & ibi, *Y si al vnos bienes su-  
yos hallaren que estan receptados en algunas iglesias, o  
Monasterios, o Hospitales, o Forales, uen en oras quales-  
quier partes, y lugares: los saquen de los para que de alli  
sean pagados los acreedores de lo que les suere deuido.*  
Et in alijs partibus eiusdem. l. ergo nec ipsi  
gaudere debent immunitate ecclesiæ: & ita  
nouissimẽ tenet per. d. l. & per. l. 4. eiusdem  
tit. Ioann. Gracia. in regula. 127. n. 13.  
16 Imo & secluis legibus, huiusmodi merca-  
tores falliti atque decocti præmaximẽ atten-



ta praxi Gallia non gaudet immunitate ecclesiarum, secundum Boer. decis. 215. n. 71. & Bembenut. in tit. de mercator. titu. de decetoribus. 3. p. n. 41. & sequentibus. pag. 308. & Rebuff. in. 2. Tom. ad Regias constitutiones Gallia, tit. de mercatori. arti. vlt. glo. vni. nu. 7. & 8. fol. 290. & Ioannes Matienço latè de stylo Cancellaria. proœm. 22. c. 1. §. 3. glo. 10. nu. 2. & sequentibus. & eundem in l. 1. gl. 2. nu. 9. tit. 19. lib. 5. Nouæ Collect. Regia. & D. Suarez de Paz, vbi supra. n. 156.

- 17 Et tamen in l. 5. eius. tit. 19. diuersum disponi videtur apertissime in ceteris debitoribus resolutis, nepè. *Quebrados*, in hunc modum. *Otrofi, por quanto algunos de los mercaderes y cambiadores, puestas que no se alcan con sus personas y bienes, pero dixen que quiebran en sus contrataciones y negocios de lo qual siendo por su culpa y dolo, y malicia, resulta daño a la Republica: Mandamos que en quanto a los que así quiebran, y no cumplen por falta de bienes, que se haga justicia conforme a derecho y leyes de estos reynos, y la calidad de los negocios.* Nam ex his verbis (Si memoria teneamus decisionem. l. 1. & 2. precedentium eiusdem tit. quarum meminit. d. l. 5. saltè narratiue) satis expressè colligitur aliud esse dicendum in debitoribus, *no alcados con sus bienes, sino quebrados, que por falta de bienes se absentan y van a las iglesias.* In quibus non idem quod in precedentibus, sed ius commune atque alias regium seruari præcipitur. Ius igitur commune hoc casu disponit, vt hi debitores ad ecclesiam confugientes, gaudeant immunitate ipsius: ita vt ab ea extrahi minimè possint, vt vidimus supra in 2. opinione. tunc enim furtum minimè committunt: nec bonorum quia illa secum non deferunt, nec abscondunt, nec sui ipsorum cum sint liberi homines, sicque debeant gaudere immunitate ecclesie: seruis autem etiam solus absque bonis fugiendo ad ecclesiam minimè: quia cum sit seruus, sui ipsius
- 18 furtum committit domino, fugiendo, vt probat text. in. d. l. præfenti, in versic. sanè & si seruus. & in. d. c. inter alia, in. 2. part. Et quod ad hoc vt Mercatores, vel Campores versuram facientes incidant in poenas. d. l. 1. titu. 19. lib. 5. Nouæ Collect. Regia. Et pro graffatoribus & publicis latronibus habeantur,

requiratur quod fugiant, bonaque aliqua occultent, vel bona tantum abscondant, quamuis ipsi non fugiant, vt in. l. 3. eodem titu. secus vero si ipsi soli fugiant absque asportatione bonorum: quia tunc potius dicitur latitatio quam fuga, vt in. l. Pulcinij. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in possessione eatur ex Boerio. d. decisione. 215. n. 71. in fi. & Bembenut. in tit. de decetoribus. 3. p. nu. 6. probat in terminis Matienço. in. d. l. 1. glo. 1. n. 2. & 3.

- 19 Et eadem secundum hanc meam sententiam & concordiam, scio non semel pronunciatum fuisse in Regali Cancellaria Pinciana, & a restis latis fuit declaratum, hos debitoribus absque bonis ad ecclesias confugientes gaudere debere immunitate ecclesiastica, re etiam procedere iudicè ecclesiasticum aduersus seculares eos extraherem, nec vim ei inferre non deferendo in eo suæ appellationi, & ad ecclesiasticum eundem remissam fuisse causam: quod etiam nouissime post hæc scripta refert cocius noster Doct. Azeuedo in d. l. fi. n. 7. vbi numeris precedentibus. Sic intelligit & interpretatur eandem. l. in modo scilicet supra dicto, probas dictam communem sententiam in debitoribus simplicibus, & alijs *Quebrados*. & n. 6. eam limitat in debitoribus fallitis cum Boerio & alijs aduersus Nauar. & quauis postea semel contrarium sciam esse decisum in eadem Curia Regali in causa cuiusdam debitoris ex causa civili sine bonis ad ecclesiam confugietis, a qua fuit abstractus per iudicem secularem Ciuitatis virtute cuiusdam prouisionis Regalis, in qua fuit insertus tenor. d. l. Regia fin. nam declaratum fuit iudicè ecclesiasticum Ciuitatis: contra dict. secularem procedentem, super restitutione facienda eiusdem debitoris ad ecclesiam: vnde eum abduxit vim facere in non deferendo eidem seculari appellatione ac proinde fuit iustum, vt deferret & reponeret omnia gesta post dict. appellationem, & durante termino, in quo potuit appellari atque absolueret in totum excommunicatos: nihilominus tamen precedentem meam sententiam atque distinctionem probo magis tum iure, vt supra visum est. Tum etiam quia frequentius secundum eam credo

credo iudicatum in prædicta Regia Cancellaria. Nec obstant fundamenta & rationes supra adductæ pro prima opinione contraria: quoniam iam ipsa sunt diluta ex precedentibus. Et forsitan melius dici posset, quod non contra lex, cum civilis sit, nil directo potuit disponere super immunitate ecclesiastica, sed solum fuit Iuris canonici declaratoria, & secundum Ius canonicum non est aliqua immunitas concessa ecclesie: quando agitur de re civiliter: sed solum quando agitur criminaliter, & hoc voluit dicere lex Regia quod debitoribus solum gaudeant immunitate, quoad crimen non vero quoad bona, & hoc probat text. in cap. inter alia de immunitate eccles. ibi super hoc, tunc quod inique fecerit, &c. Vbi gl. verbo, Puniendus. & cap. Reum in fine. 17. q. 4. vbi glo. magna, in finalibus verbis cogitabis.

- 20 Vltimo ex supradictis iam bene inferitur simplicem furem gaudere debere immunitate ecclesiastica iuxta communem inde inter alia. Quam refert & sequitur Anto. Gomez. 3. Tom. Variarum resolutionum. cap. 10. num. 2. in quo nulla est differentia secundum Iulium Clarum in Practica criminali. §. fi. quæst. 30. versic. quinto quæro an fures. Sequitur D. Couar. libr. 2. Variarum resolu. cap. 20. num. 13. ad fin. qui solus addit quod consuetudo consensu clericorum & laicorum instituta obtinuit fures etiam simplices non gaudere templorum immunitate, & quod ita passim ab ecclesijs abducuntur inuiti a iudicibus secularibus: sed hanc consuetudinem apud se non seruari testatur Iulius Clarus vbi supra, dicit tamen bonum esse eam seruare in locis, vbi est copia furum: eandem sententiam communem refert Doct. Paz. vbi supra. n. 71. qui nu. precedentem inquit prædictam consuetudinem contrariam obtinere aduersus regulam. d. c. inter alia, cum sit legitime præscripta? Ego vero existimo prædictam communem sententiam in dubio esse seruandam prout iam vidi duabus sententijs conformibus esse pronunciatum, nisi prædicta consuetudo legitime præscripta probetur, tunc enim ei erit standum quæ
- 21 communis sententia procedit etiam in eo

fure qui rem furto alibi ablatam intra ecclesiam contrectauerit. Ea que usus fuerit, nam adhuc talis fur gaudebit immunitate ecclesie, nec ab ea extrahi poterit, licet res ipsa furata possit ei per vim auferri, vt domino restituatur, vt aduersus Angel. Castrensem, filium Pauli Castrensi. consil. 259. lib. 2. inter Consilia patris sui decreuit. D. Couar. vbi supra. num. 15. ad fin. quem sequitur D. Quiesada diuersarum quæst. lib. 1. c. 1. fol. 3. col. 2. illius. Et Azeuedo vbi supra. n. 3. estque verius secundum D. Paz. vbi supra. n. 93. quauis n. 90. & 91. referat ex Boerio decisione. 19. num. 47. contrariam opinionem, cum Ange. Castren. vbi supra esse communem, sed nihilominus precedentem tenendam est. Secundum quam iudicauit Senatus Portugal. secundum Anton. Gam. decis. Lusitan. 171. n. 1. & Præfatus D. Paz. n. 71. limitat priorem communem sententiam iudicem de consuetudine, vt retuli, sed etiam de Iure in fure tria vel plura furta committente: quia per talem consuetudinem efficere tur famulos, ac proinde immunitate ecclesie non gauderet, vt inter alia de quo text. ultra docto. ibidem videtur Remig. de Gom. de immunitate ecclesiarum Fallacia. 1. & 2. Anto. Gomez. vbi supra & lex. 18. ti. 1. p. 7.

#### ¶ Finis. 1. Quæstionis.

#### SUMMARIUM.

- 1 Videns aliquem rixantem cum suo consanguineo, amico vel affine qui statim sine animo pensato de carris illuc occidit illum a tergo, et confugit ad ecclesiam gaudeat immunitate ecclesie nec ne.
- 2 Homicida proditorius gaudere non debet immunitate ecclesiastica contrarium. num. 6.
- 3 Homicida proditorius, quis dicatur iure communi & Regio? & nu. 4. & nu. 9. vbi quando dicatur per insidias homicidium commissum.
- 5 Nemo ab ecclesia violenter & per vim abducen-

- abducendus est, etiam si graue crimen perpetraverit.
- 7 *Cap. de homicidio intellectus.*
- 8 *Traydor non ostido, segū derecho de leyes de Partidas; se llama, en vna de catorze maneras.*
- 10 *Siquis facit insultum contra consanguinum meum volens ipsum occidere, & ego volens defendere & adiunare consanguinum meum, occidam inuasorem, non sum puniendus, quia est habenda ratio affectionis.*
- 11 *Impulsio apud rectores appellatur, que sine consideratione per mandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, egritudo, violentia & omnino omnia, in quibus animus, ita videtur affectus fuisse, vt rem prospicere cum consilio & cura non potuerit, & id quod fecit impetu quodam animi potius quam consideratione fecerit.*
- 12 *Homicidium in supradict. casu non cogitatur & deliberatè, sed impetu commissum esse.*
- 13 *Idem est quando in ipso actu rixæ, vel actu instantis iusti doloris, alterius affectus animi quis vulneratur, vel occiditur; etiam si rixa paulo ante præcesserit.*
- 14 *Quod supradictum est, procedit etiam si qui ira promotus est, per insidias vel industriam deinde occiderit aduersarium.*
- 15 *Nec hoc casu habet locum, quod alias dicitur, insidiatorem ex proposito carere privilegio confugiendi ad ecclesiam.*
- 16 *Videns fratrem, amicum, vel etiam incognitum rixantem cum alio, & stimulo*

- defensionis proximi nullis dictis verbis alium insultet & occidat, non puniatur pena ordinaria, licet errauerit quia non est animus deliberatus.*
- 17 *Simplex homicida gaudet immunitate ecclesiarum, etiam si culpa vel dolo, nulla tamen animi deliberatione ex intervallo precedente occiderit.*
- 18 *Licet occidere volentem occidere consanguineum meum, quia cum iniuria sit vni consequenter dicitur fieri omnibus.*
- 19 *Lex, 10. titul. 26. lib. 8. Noua collec. Regie declaratur.*
- 20 *Proditor & aleuosus dicitur ille de iure Regio, qui interfecit alium secure & non in prælio vel rixa.*
- 21 *Licet de iure communi quando duo erant inimici, offensos nullo modo committebat prodicionem: iure tamen Regio hoc corrigitur, quia eo iure homicidium dicitur commissum proditorie, quando aliquis alium retro occidit, non vero facie ad faciem, taliter quod offensus possit se defendere & præcauere, quando homicidium committitur, in pelea, orina, o guerra.*
- 22 *Dictum doctoris debet intelligi secundum l. quam allegat.*
- 23 *Vbi præcessit rixa cessat deliberatio & proditio.*
- 24 *Exquisitus de animo præmeditato, potest se defendere probando ipsam rixam præcedentem.*
- 25 *Secus censetur qui nihil timet.*
- 26 *Præticatus casus quæstionis in Regali Cancellaria Pinciana iuxta sententiam auctoris.*

Eadem

## Eadem. l. fi. Tit. 1.

## QVÆSTIO. II.

- 1 **Q**uæro, secundo circa eandem. l. final. tit. 2. lib. 1. Nouæ Collect. reg. quæ in debitoribus ex causa ciuili confugientibus ad ecclesiam loquitur, an procedat etiam in criminalibus in eo, qui videns aliquem rixantem cum suo consanguineo, amico, vel affine statim sine animo pensato occurrens illum occidit illum à tergo, & confugit ad ecclesiam, debeat hic gaudere immunitate ecclesie necne? & iam hic casus contingit in præxi in hac ciuitate fuitque reputatus satis difficilis & controuersus, & primo videtur, minime gaudere huiusmodi delinquentem immunitate ecclesie in casu proposito: quia vt probatum fuit, dictus delinques occidit à tergo rixantem cum suo consanguineo. \* Sicque fuit homicida proditorius gaudere ergo non debet immunitate ecclesiastica vt in cap. 1. de homi. cuius verba sunt hæc: [ Siquis per industriam occiderit proximum suum, vel per insidias, ab altero meo euellere eum, vt moriatur. ] Et in l. vlt. tit. 13. partit. 1. per quæ iura hæc est communis sententia doctorum secundum Remig. de Gonn. de immunitate ecclesiarum. fallentia. 13. & 14. & D. Couar. lib. 2. Var. resolu. c. 20. n. 7. in fine. & Anto. Gom. 3. Tom. Var. resolu. c. 10. de immunitate ecclesiarum. nu. 2. Iulium Clarum in practica crimi. §. fi. q. 30. in vers. seias tamen. & non uisime testatur cõem plures referes D. Paz in sua prax. 5. p. 1. Tom. c. 3. §. 3. n. 113. & 114.
- 2\* *Proditorius autè homicida dicitur, quando quis occidit aliū proditorie & aleuofe, qui erant amici & inter eos nulla erat causa rixæ vel discordiæ, & vnus occidit, vel offendit aliū secure. Ita probat tex. in l. propter insidias. C. qui accusare non possunt. & in l. 4. ff. ad l. Iul. Maiestatis. & in l. fi. C. de delat. lib. 10. & in c. si cupis. 16. q. 1. & in ca. clericus. 46. distin. & utrobique communiter. DD. vt testatur Anto. Gom. 3. Tom. Varia. c. 3. de homi. nu. 5. vbi in vers. aduertendum*

hoc præcipue hodie procedere affirmat, dicens quod ille dicitur proditorius & aleuosus qui interficit alium secure & non in prælio, vel rixa, sed retro & non facie ad faciem, causa amicitie vel inimicitie minime considerata: quanuis si inuicem erant amici indistinctè offensos videtur committere prodicionem & aleuosiam, quomodocunque occidat facie ad faciem, vel retro: quia ille non potuit sibi præcauere. Si vero inuicem erant inimici de iure comuni offensos non committebat prodicionem, vel aleuosiam qualiterunque occideret vel offenderet: sed de iure nostro Regio, hoc casu eadem committit: quando retro occidit vel offendit non vero facie ad faciem, taliter quod offensus possit se defendere & præcauere: quæ opinio nê iure etiã Regio probat Couar. vbi supra dict. n. 7. vers. scribit. tamen Bart. & D. Paz, vbi supra. n. 117. & sequent. \* Præterea tuc dicitur quis proditorie alterū occidere quãdo sine diffidatione occiderit, vt ex Andrea de Ifernla refert Matth. de Afflict. decis. 265. n. 64. sed in proposita quæst. dict. delinques non erat inimicus dicti occisi, sed potius amicus, eumque occidit à tergo sine diffidatione nullaq; inter eos præcedente rixa, nec occisus habuit causam præcauendi, vt probatum existit in processu: ergo proditorius homicida censendus erit, quandoquidem, eum occidit à tergo secure, absque eo quod occisus præcauere posset, quamobrem delinques huiusmodi gaudere non debet immunitate ecclesie, etiam si inimicus occisi fuisset tempore delicti iuxta præcedentem doctrinam: hoc fundamentum adeo atrinxi nonnullos iudicum superiorum, ad quos causa hæc per modum violentie per appellationem à iudice ecclesiastico delata fuit, vt eos mouerit, vt remissio eiusdem tanquã dubiæ ad aliam aulam fieret in Regali Cancellaria Pintiana.

Hoc tamen nõ obstante contrarium est tenendum in præsentis quæst. imo quod præfatus delinques gaudere debeat immunitate ecclesie ad eaque remitti, à qua violenter per iudicem secularem ipsiusque ministros fuit extractus, sub prætextu qd prædictum homi-



Pract. Quæst.

homicidii commisit. Proditorie, & primo quia nemo ab ecclesia violenter & per vim abducendus est etiam si graue crimen perpetraverit; hæc regula affirmatiua probatur in. c. inter alia de immunitate ecclesie. & in alijs pluribus iuribus eaque probant atque uentur frequentissime omnes qui materia istam tractauerunt secundum D. Couar. dict. lib. 2. Varia. resolu. cap. 20. nu. 6. in fine qui etiam est videndus ibidem. n. 2. & præterea Remigi. de Gom. de immunitate ecclesiarum. regul. probatur præterea in. l. 2. tit. II. p. 1. Tandem hæc est vera & communis conclusio Canonistarum vt resolu. Iulius Clarus. vbi supra dict. quæst. 30. in princ. & in uerbis. quæro nunquid. Vbi alios refert & asserit, quod generaliter omnes delinquentes gaudent immunitate ecclesie ad quam fugiunt. *Non obstat fundamentum contrariæ partis, nempe quod homicida proditoris non gaudet immunitate ecclesie, vt in. cap. 21. Exodi transumptiue, in dict. cap. 1. de homicid. cum reliquis supra allegatis. Nam primo respondeo contrarium tenuisse Abb. in d. c. 1. & in. c. c. n. ab homine. & in. c. at si clerici de iudi. in princ. num. 39. de sequentibus. & alij plures relati per Couar. vbi supra, vbi citat Guillerm. Benedict. post repe. cap. Re. in uentus de testament. in quæst. de homicid. dicentem hanc contrariam opinionem frequentiori doctorum calculo receptam esse, & Alciat. ac Bernard. Diaz. asserentes, eam plerumque atque sapissime seruata fuisse in praxi eandem sententiam sequuntur alij plures, quos refert Boeri. decis. 109. n. 3. Vbi q. ista videtur esse conclusio Canonistarum: & inquit Antoni. Gom. dict. 3. tom. ca. 10. n. 2. quod in puncto iuris hæc opinio videtur uerior, primo quia textus dict. c. inter alia, generaliter disponit quod omnis delinquens gaudeat immunitate ecclesie, etiam si graue delictum perpetraverit. & excipit tantum duas personas, scilicet, publicum latronem & depopulatorem agrorum, in cæteris ergo firma remanet dict. regula affirmatiua; idem expressiori inductione probat. l. 4. titu. II. part. I. ibi: *A todos los otros**

*defiende la sancta Iglesia, que ninguno les haga mal, segun que de suso es dicho.*

Nec tenendo hæc opinionem aduersus primam cõem obstat. d. cap. 1. de homi. in ver. supra relatis: quia loquitur in clerico homicida: & licet generaliter loquatur laicum, etiam comprehendat, intelligi debet quod homicida proditorius ab ecclesia uellatur, scilicet, per excommunicationem, secundum Abb. & ceteros prædictos doct. *Nec obstat dict. l. 4. tit. II. part. I. adducta, pro prima opinione, ibi: *Asi como los traydores conoci-dos, quia traydor conociado, segun derecho de leyes de Partidas, se llama en una de catorce maneras que pone la ley, l. tit. 2. p. 7. y ninguna dellas es quando un hombre mata a otro. antes dize a quella ley, in finalibus uerbis: *Quando el yerro es hecho, contra otros homes, es llamado a leue, segun fuero de España.* Ex quibus hæc secunda opinio uerior uidetur. Secundo respondeo ad primam cõm unem opinionem in contrariam, supra adductam, q. licet ipsa tenenda foret ad huc in nostro casu uerificari non potest, quia non fuit commissum homicidium per insidias sequentibus rationibus. Primo quia tunc dicitur per insidias, uel proditorie homicidium commissum, quando unum actu ostenditur, & aliud mente geritur, vt in. l. ff. de praui. ca. ueluti si ueniens tecum unquam socius itineris, uel sedens simul in mensa, percutit nulla interueniente rixa: Item proditor dicitur ille vulgari nuncupatione, qui sine vlla causa & absque vlla diffidatione eum qui de ipso confidebat vulnerauit, uel grauius offendit, vt tenent plures Doct. congesti per eundem Remig. in dict. Tract. de immunitate ecclesiarum. fallacia. 14. sequitur etiam Matth. de Afflict. dict. decis. 265. nu. 64. & 65. Iacobus Menoch. de Arbitrar. iudi. lib. 2. Centur. 4. casu. 361. num. 24. D. Burgos de Paz. consil. 22. num. 16. Sed hoc casu homicidium non fuit commissum proditorie, nec per insidias: quia non unum in mente, & aliud**

re & aliud in uerbis gerebat occidens, nec erat focus occisi, nec mensæ: & causa fuit occidendi nemperixa cum consanguineo, vt infra dicitur: Ergo gaudere debet immunitate ecclesie.

10. Secundò, alia ratione minime dici potest in proposito commissum esse homicidium proditorie, nec per insidias, nempe propter doctrinam Bald. in. l. raptores. num. 2. C. de episc. & cleri. vbi tenet quod si quis facit insultu contra consanguineum meum uolens ipsum occidere, & ego uolens defendere & adiuuare consanguineum meum occidam inuasorem, non sum puniendus, quia est habeda ratio affectionis: quem refert & sequitur Thom. Gram. consil. crim. 68. n. 6. sequitur plurimos referens ampliansque in extraneo Antoni. Gom. 3. Tom. c. 3. de homi. nu. 21. & Menoc. dict. casu. 361. n. 9. & 10. \* Vbi plures allegat dicens hanc apud Rectores appellari impulsione, quæ sine consideratione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, uolentia & omnino omnia in quibus animus ita uidetur affectus fuisse, vt rem prospicere cum consilio & cura non potuerit, & id quod fecit impetu quodam animi potius quam consideratione fecerit, vt refert Marcus Tullius Cicero. lib. 2. de inuentione. Tandem concludit Menoch. dict. n. 10. hoc casu homicidium non cogitare & de liberate, sed impetu commissum esse. \* Et rursus. n. 17. idem repetit, nempe quando in ipso actu rixæ uel in actu instantis iusti doloris, alterius uel affectus animi quis uulneratur uel occiditur, tunc clarum est non esse commissum delictum animo deliberato, cogitato atque meditato; quinimo hoc ampliat ille nu. 16. etiam si rixa paulo ante præcesserit, uel iustus dolor, alter uel impetuosus animi affectus, quia adhuc perdurat illa causa impetus animi, q. in specie sensit Bossius in sua practica crimi. tit. de homi. n. 61. & aliquos ipse Menoc. refert. \* Qui deniq; nu. 19. inquit quod in hoc casu non constituit differentiam, an iste qui ira permotus est, per insidias & industriam deinde vulne-

ret aduersarium uel occidat, quia semper dicitur moueri ob iracundiam. & iustum dolorem; imo præsumitur maior concitatio mentis postea quam ad sumendam uindictam industriam & insidias adhibuit. \* Nec hoc casu locum habere testatur quod scribunt. DD. insidiatorem ex proposito & ob id carere priuilegio confugiendi ad ecclesiam. Nam illud procedit in alijs casibus non in hoc idque præmaxime uerum esse constat in nostro casu, in quo homicidium commissum fuit in rixa cum consanguineo habita & impetu quodam, non uero animo deliberato nec meditato: quinimo omnes coniecturae quas Menoch. vbi supra, in toto illo casu congerit ad detegendum animum præmeditatum & deliberatum, vt homicidium dicatur proditorie per insidias & industriam commissum, in nostro casu deficiunt, vt uidere licet latius apud ipsum.

16. Tertiò, q. in nostra specie cesset atq; deficiat qualitas supra dicta pditionis & insidiarum, probatur peremptorie ex doctrina pluri moru doct. quos refert & sequitur A. Egid. Bossi. in practica crimi. tit. de homi. n. 59. fo. 269. vbi tenet q. si uideo fratrem meum amicum, uel etiam incognitum rixantem cum alio & stimulo defensionis proximi, nullis dictis uerbis alium insultem & occidam, non puniar poena ordinaria licet errauerim, quia non est animus deliberatus ante; imo tunc superuenit, & fuit actus impetu factus, & q. iudex potest homicida prouocatum etiam mitius punire, dato q. fuerit prouocatus facto tertij. Aduerte ad uerba illa, [ nullis dictis uerbis] ergo si homicidium propter rixam, præcedentem cum alio, etiam nullis dictis uerbis non est, nec dici potest deliberato animo commissum. *Ni de proposito y caso. penjado.* Sed simpliciter, debet sic occidens gaudere immunitate ecclesie. \* Iuxta communem resolutionem doctorum traditam per Iul. Clar. in sua practica crimi. §. fin. quæst. 30. uerl. scias. tamen, vbi inquit quod omnes conueniunt in homicidio simplici, scilicet, quod commissum est casu, culpa uel etiam dolo, nulla tamen animi deliberatione

14

## Pract. Quæst.

ratione ex interuallo præcedente, vt talis simplex homicida gaudeat immunitate & q̄ hæc opinio proculdubio communis est, & ab omnibus indifferenter obseruata, prout etiam eam iussit seruari senatus in quodam Augustino Palmerio. 15. Februarii. 1550. testatur cõem doct. Paz, vbi supra. n. 132.

18 Et huius communis resolutionis ea est ratio, quàm optimè adnotauit Additio. Bald. in. l. raptores. n. 2. litera. C. C. de episc. & clerici. Dicens, nota quòd licet occidere volentem occidere consanguineum meum, quia cū iniuria fit vni. consequenter dicitur fieri omnibus, vt in. l. 1. & ibi, Bald. C. si quacunque præditus potestate: ergo cum dictus occisus esset in rixa cum consanguineo occidentis, & sic fieret offensa & iniuria omnibus consanguineis illius cū quo rixabatur, occisus tenebatur se præcauere à prædictis consanguineis alterius rixatis sic offensis. Quòd breuè minime dici pòt proditorie occisus, quia vt inquit Couar. vbi supra. nu. 7. vers. tandem his, & c. Proditorius homicida est qui occidit eum qui eius inimicus non est, nihil que tale præcauentem cum nulla esset præcauendi causa, hic nãque magna aderat præcauendi ab omnibus consanguineis eius cum quo rixabatur dictus occisus; præcipuè à propinquiorebus eiusdem sicut erat qui assentur eum occidisse.

19 Quarto & vltimo, quòd in presenti casu nulla intercesserit proditio nec aleuosia probatur ex. l. 7. quæ est finalis tit. 7. lib. 8. Ordinar. Regal. veter. hodie lex. 10. tit. 26. lib. 8. Nouæ Collect. Regiæ, vbi dicitur: *Otrofi, to do hombre q̄ hiziere muerte segura, cae en caso de aleue: y la mitad de sus bienes pertenecen a nuestra camara. Y toda muerte se dize segura, salvo aquella que fuere hecha en pelea, o en guerra, o en rina.* Cum igitur homicidium hoc contigerit: *En rina y pelea.* Non dicitur mors secura nec aleuis, sicque occidens gaudere debet immunitate ecclesiæ: multum igitur considerandum est. l. præfatam. non dicere, nec requirere: *Para que no se diga muerte segura, o ale-*

*ue la que se haze en rina, o pelea que sea entre los q̄ rinen y pelean, sino generalmente dispone que la muerte hecha en pelea: o rina, no se diga segura, ni aleue.* Ex quo cõsequitur q̄ consanguineus videns consanguineum rixantem cum alio occidens eum, non dicitur committere prodicionem nec aleuosiam, quandoquidem id contigerit in rixa, licueritq; eidem defendere consanguineum suum iuxta supra tradita in ratione præcedenti. quod melius probatur in. d. l. 7. dum etiam loquitur: *En muerte hecha en guerra y la equipara con la que se haze en pelea, o en rina, para que no se diga segura e aleue. Porq̄ es cosa cierta y clara que en guerra suceden muchas vezes muertes, no solo por los mismos que particularmente estan riendo y peleando, sino tambien por otros que tiran por detras y lexos, y matan algunos de los que estan en otra parte riendo.* Quare idem dicendum est in homicidio commisso: *En pelea, o en rina.* Confert etiam ad idem. l. 2. tit. 13. lib. 8. Ordinar. veter. hodie. l. 2. tit. 23. lib. Nouæ. Collect. Regiæ. \* Ex quibus. ll. Regiæ deducit Anto. Gomez. dict. cap. de homic. nu. 5. quòd proditor & aleuosus dicitur ille de iure Regio, qui interficit alium secura & non in prælio vel rixa: ergo cum hic in rixa fuerit occisus, occidens non dicitur proditor, nec aleuosus. Et sic remanet sufficienter satisfactum fundamento prioris partis sumpto ex dict. cap. 1. de homi. cum communi.

21 Non obstat doctrina eiusdem Antonij Gom. & Couar. vbi supra, adducta pro prima parte tenetium, quòd licet de iure communi quando duo erant inimici offensor nullo modo comittebat prodicionem, iure tamen Regio hoc corrigitur: quia eo iure homicidium dicitur commissum proditorie, quando aliquis alium retro occidit, non verò facie ad facie taliter q̄ offensus possit se defendere & præcaueri. Quia hoc debet intelligi iuxta eadem. ll. Regiæ, & casum quo

quo eadem loquuntur, scilicet, quando homicidium committitur, *en pelea, o en rina, o en guerra.* \* Quia dictum doctoris debet intelligi secundum. l. quam allegat iuxta doctrinam Bart. cõmuniter approba. in. l. non solum. ff. si liberationis. num. 7. ff. de libera. \* lega. \* Nam vbi præcessit rixa cessat delictatio & proditio, vt constat latissimè ex adductis per Menoch. vbi supra, præcipuè. n. 33. & 35. vbi considerat propositum & præmeditationem quando abest omnis rixa, omnisq; casus fortuitus, vt in exeplo, \* ibi. per eum ficto. \* Et præterea docet ex Blãco exquisitū de animo præmeditato posse se defendere probando ipsam rixam præcedentem, \* Quòd etiam comprobatur, quia securus cõsetur qui nihil timet, vt in. l. 1. ff. de actionibus empt. & ob id dicitur securus quia periculum non imminet, argum. text. in. l. 1. §. quoties. ff. de ventre. in possess. mittent. ibi, [possunt secura creditores esse, cum periculum ad curatorem pertineat.] Et in terminis tenet Burgos de Paz. d. confi. 22. n. 18. cū igitur præcesserit rixa inter occisum & consanguineum occidentis: cõsequens est, vt nō possit dici mors secura, cum occisus ob prædictam rixam præcedentem non deberet esse securus, sed timere periculum offensionis cõsanguineorum illius, cum quo rixabatur, quibus etiam iniuria inferri videbatur. Ex quibus omnibus liquidissimè patet dictum delinquentem (etsi apertissimè esset probatum ipsum homicidium commississe, q̄ diffidetur) in præfata nostræ quæstionis specie gaudere debere immunitate ecclesiæ, & eidem restituendum esse. \* Et ita merito pronunciauit iudex ecclesiasticus, & tandem Regij auditores in alia aula, ad quam tanquã causa dubia fuit remissa, idem decreuerunt, sicq; fuit executioni mādaturum, nam delinquens fuit restitutus eidem ecclesiæ, à qua fuit abductus, vt gauderet immunitate ipsius, prout ea gauisus fuit in presenti, atq; ecclesiæ immunitatem, & causam fauente supra dictis iuris allegationibus: quarum copia ad prædictos iudices, fuit transmissa illisq; tradita.

¶ Finis. 2. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- 1 Clerici tenentur iure civili & Regio ad contributionem eorum, quæ sunt necessaria ad omnium communem vtilitatem, vt sunt refectiones pontium, fontium, murorum, emptionis termini & similia, deficientibus bonis proprijs conciliorum.
- 2 Attento tamen iure Canonico ad hoc clerici compelli non possunt per iudices seculares, sub pœna excommunicationis, nec ipsi clerici tenentur aliquid hoc casu conferre, nisi sponte velint approbante Episcopo cum clero, & vbi laicorum non suppetunt facultates, Item Roma. Pontifice prius consulto prima opinio principalis.
- 3 Clericos compelli non posse ad soluendam sifam, vulgo dicha, pro reparatione fontium, aut pontium & similia impostam per commune ciuitatis licentia Pape ad hoc non præcedente. & numer. 6. quòd imminente necessitate sufficeret ad hoc consensus Episcopi & clericorum, deficientibus proprijs Concilij.
- 4 Nullus etiam de ecclesia excusatur à murorum vigilia, sed omnes ad hoc generaliter compelluntur, quòd si tanta esset necessitas & periculum quòd si expectaretur assensus Pape, ciuitas & populus per inimicos astantes inuaderetur; tunc sufficeret assensus Episcopi & clericorum.
- 5 Quòd clerici iure etiam Canonico teneantur ad contributionem supradictorum, ad idq; compelli possunt per iudices & potestates seculares, præmaximè instante necessitate & attenta consuetudine, etiam

- etiam inconsulto Romano Pontifice, secunda opinio principalis.
- 6 *Eligitur ab autore prima opinio principalis, de qua supra nu. 2. nisi quando ex imminente necessitate non posset sine aliorum scandalo, vel periculo, haberi prius recursus ad Papam: quia tunc sufficeret deliberatio Episcopi & clericorum.*
- 7 *Contributio clericorum ad supradicta non relinquitur libera voluntati Episcopi et clericorum, sed ad arbitrium boni viri refertur.*
- 8 *Si Episcopus & clericus in casu necessitatis & utilitatis communis nolent contribuere pro rata, potest appellari ab Episcopo tanquam male arbitrate ad suam superiorem, qui illos coget ad contribuendum in prædicto casu.*
- 9 *Ecclesiæ & clerici possunt excitari & requiri per Regem & potestates seculares, ut contribuât in supradictis necessitatibus & utilitatibus publicis & communibus, nõ tamen cogi nisi per eorumdem iudicem competentem.*
- 10 *Glo. in cap. non minus, verbo: Releuadas, de immunitate ecclesiarum, intellectus.*
- 11 *Lex. 11. tit. 3. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ intellectus.*
- 12 *Legis secundæ, eodem tit. intellectus.*
- 13 *Dictio, Saluo, exceptionem denotat à regula præcedente*
- 14 *Intellectus à contrario sensu elici non debet contra iura expressa Ciuilia, vel Canonica, nec quando ex hoc sequeretur correctio iuris, vel resultaret prauus vel absonus intellectus.*
- 15 *Lex. 11. tit. 3. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ, in versiculo: Y otro, de heredad*

que sea tributaria, intellectus.

- 16 *Mutatione personæ mutatur qualitas & privilegium.*
- 17 *Bona ante sacerdotium possessa adepto sacerdotio clerici gaudent privilegio.*

## L. II. tit. 3. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ,

### QVÆSTIO. III.

**Q**Uæro an circa l. II. tit. 3. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ, qua cauetur: *Que en los pechos que son para bien comun de todos, ansi como para reparo de muro, o de calçada, o de carrera, o de puente, o de fuente, o de compra de termino, o en costa que se haga para velar y guardar la villa y su termino en tiempo de menester: que en estas cosas tales a fallamiento de propios de concejo, deuen contribuir los clergos, por quanto es pro comunal de todos y obra de piedad. Y otrosi, de heredad que sea tributaria en que sea el tributo apropiado a la heredad, que los clergos que compraren las tales heredades tributarias, que pechen a quel tributo que es apropiado y annexo a las tales heredades.* Quod etiam probat. l. 12. statim sequens, & lex. 20. tit. 32. p. 3. & l. 54. tit. 6. par. 1. & de iure communi est text. capitalis, in l. ad instructiones, & ibi, communiter dicto. C. de sacrosanct. eccles. & hæc est communis opinio legistarum & canonistarum, vt testatur Ripa in. 2. Responso. tit. de ecclesijs edifican. fol. 33. & Responso. 1. de muneribus & honor. alijs Responso. 168. nu. 5. & sequentib. Otalora de Nobilit. c. 1. nu. 11. in 2. p. dicens hoc non esse fauore ipsarum causerum, vt quidam putant, sed quia sunt munerata patrimonialia, quæ appellantur contributiones, à quibus nemo excusatur secundum

Bart.

Bart. latè Petrus Dueñas in Regu. 100. limitatione. 16. latius Auiles. cap. 23. præ. in gl. Den orden. per totam. Optimè Rebuff. 1. Tom. in Constitutiones Regias Galliar. tit. de sentent. Prouision. artic. 3. gl. 6. per totam prag. 268. Auend. 2. part. cap. 14. Prætorum. num. 19. Nicol. Balbi, in cõsilio suo, quod sequitur post decisionem. 68. Pedemont. num. 5. & sequentib.

2 *An hæc corrigantur per ius canonicum, nec ne, & an iudices seculares possint cogere clericos ad solutionem prædictorum, de quibus in hac nostra leg. Et videtur corrigi ius ciuile in hoc per iura canonica, nempe text. in cap. non minus. & in c. aduersus. de immunitate ecclesiarum. vbi cauetur qd laici non possint collectas imponere clericis, etiam imminente necessitate clericorum & laicorum sub pena excommunicationis: nec clerici tenentur hoc casu aliquid cõferre, nisi sponte velint, approbante Episcopo cū clero, & vbi laicorum non suppetunt facultates: item Romano Pontifice prius cõsulto, qd si fecerint laici humiliter & deuotè præcipiant cum gratiarum actione. Et præterea probat text. in cap. quanquam. de censibus, qd exigentes gabellas, vel vectigalia à clericis sunt excommunicati & raptores, & hæc partè in terminis per prædicta tenet glo. in cap. generaliter. §. nouarum. verb. Collationibus. in fin. 16. q. 1. dicens non ergo tenet lex quæ dicit qd clerici tenentur ad instructionem murorum, alijs itineru, vt. C. de Sacrosanct. eccle. l. ad instructiones: quæ opinione supradictis iuribus & alijs pluribus fundamentis latissimè probat atq; defendit in fauore Monasterij Montis oliueti, ciuitatis Serraru Abb. Pannormit. consi. 3. per totum lib. 1. vbi respondet fundamentis contrariæ partis. & allegat ita tenentes Ioannem And. iuris canonici speculum glossam. & Bart. iuris ciuilis illuminatore, & expressè Hostien. in summa. tit. de immunitate ecclesiæ. §. à quibus. vers. ad extraordinaria. & multos alios doctores antiquos. idem repetit ipse Abb. in. d. c. non minus. n. 18. vbi inferit dictum suum consilium. sequitur Iaso. in. l. placet. in prima le-*

ctura. n. 14. & 17. & in secunda lectura. n. 20. C. de Sacrosanct. eccles. post Paul. Castrenf. in. d. l. ad instructiones. tenet etiam Guido Pape. decif. siue quæst. 78. ad fi. & Montal. in glo. Ordinam. in parte. clericis excepti. col. 5. Greg. Lopez. in. l. 51. tit. 6. p. 1. in gl. Pechar. pro qua opinione est optimus tex. iuris ciuilis. in Auth. item nulla cõitas. C. de Episc. & cleri. vbi probatur qd nullus laicus potest collectas vel onera imponere clericis, vel pijs locis, nec inuadere bona ecclesiaru vel clericorum: imo hodie cõtrariu facientes incurrunt excommunicationem ipso facto contentam in Bulla Coenæ Dni. c. 12. incipien. qui iurisdictiones, ibi, nisi collectas, &c. Tandè hanc sententiã approbat videtur. d. l. 54. tit. 6. p. 1. vers. *E para esto fazer.* vbi Gregor. Lopez in gl. *En las calçadas.* Aperto ore sequitur opinione Abb. vbi supra, & eam latissimè alios allegas probauit Gaspar. Stepha. in Tracta. de defensione immunitatis ecclesiæ. pag. 108. \* Vbi post alios ex hoc inferit clericos compelli non posse ad soluendam, vulgo, si fam dicta, pro reparatione fontiu, aut pontiu, & similia rerum, impositaru per cõm. ciuitatis licentia Papæ ad hoc nõ præcedente qd & tenet Nauar. in Manua. c. 17. nu. 201. & c. 23. n. 120. & Medina in Codice de restitu. q. 15. in princ. fol. 53. & fol. 54. col. 3. vers. vt igitur.

3 *Sed contrarium, imo quod supradicta iura canonica minimè corrigant iura ciuilia supra allegata, videtur primo probari, quia vtrumq; iustam ciuile, quam canonicum, idem videtur disponere in proposito circa contributionem, imo est text. de iure canonico qui expresse videtur idem probare, qd ius ciuile supra relatum, nempe. c. peruenit. de immunitate ecclesiarum, vbi quod nullus etiam de ecclesia excusatur à murorum vigilijs. Sed omnes ad hoc generaliter compelluntur, quod si tanta esset necessitas & periculum, quod si expectaretur assensus Papæ, ciuitas & populus per inimicos assantes inuaderetur, tunc sufficeret consensus Episcopi & clericorum, vt tenet Gregorius Lopez in dict. l. 54. & Gasp. Stepha. vbi supra, pag. 44. & 63. Et in tali necessitate ipsi cle-*

B rici



rici tenentur personaliter succurrere vigilando civitatem & custodiendo eam secundum Innocen. in d.c. non minus. quem & alios referens sequitur doct. Azueo, hic num. 7.

Et ita inuenio quod glo. in dict. cap. non minus. ver. Releuandas. tenet clericos debere conferre sicut & alios possessores ad iter faciendum, vel pontem ædificandum, vel reficiendum, vt in Authent. de ecclesiasticis iuribus. §. ad hoc. Colla. 9. & in l. ad instructiones. C. de Sacrosanct. eccles. Et sic videtur sentire, quod dict. l. non corrigatur per ius canonicum, quam sententiam late probat & sequitur Lucas de Penna, in l. cum ad felicissimam. C. quibus iure. vel præst. nemi. lib. 10. i. col. versic. Sed an hodie teneatur ecclesia subire munera. vbi concludit matura circumspectio omnibus Digestis, quod clerici & ecclesie sunt ad talia onera subeunda huiusmodi rationabiliter debitorum abiq; eo quod Papa consulatur, ibique hanc opinionem neruose probat pluribus fundamentis respondens ad dict. cap. aduersus, vt procedat quando Rectores & Consules, vel alij potestatem habentes in civitatibus vellet aliquid ecclesijs vel clericis imponere, tunc ad eorum impositionem ne fingatur esse commodum qd forte non est, & sub hoc velamento noua illis onera importabiliter imponantur, Romanus Pontifex consulatur: vbi autem clericis & ecclesijs nihil noui inducitur, sed petitur: vt iuxta. l. statuta. cum alijs contribuunt in his quæ bonum commune directo respiciunt, & ipsi non minus quam laici commodum exinde consequuntur, non est opus vt Romanus Pontifex adeatur, maxime imminente necessitate: quia non est deferendum tunc temporis bonum publicum pro consulendo Summo Pontifice, cum certum sit ipsum contra ea quæ iure naturæ sunt. leg. definita nolle aliquid demandare, sicut non est expectandum id, cuius euentus nihil operaretur, vt in l. si quando. §. fin. ff. ad Velleia. Hæc in effectum resoluit Lucas de Peña, vbi supra, quem refert & sequitur Auiles. vbi supra. num. 3.

& sequentibus. dicens, quod hæc opinio sibi placet & credit esse verissimam, & quod est gauisus inuenire istam questionem per tam excellentissimum doctorem examinatum: quia pluries accidit, & clerici illico allegant non teneri ad contributionem pontium, fontium, & similium Papa inconsulto, quia non est necesse quod Papa consulatur. Et inquit Rebuff. vbi supra, quod communiter doct. tenent contra gloss. dicentem. dict. l. ad instructiones esse correctam. & allegat alios tenentes ecclesiam & clericos teneri contribuere pro reparatione murorum & similium, & fortificatione civitatis. Tandem concludit de consuetudine ad id cogi ecclesiam & clericos duobus interuenientibus. Primo, qd resectio fiat propter necessitatem, & non ad decus urbium solum: quia clerici iuuabuntur pontibus & illis muris & itineribus sicut laici, vnde secundum naturam est eum pati incommoda, quem sequuntur commoda, vt in l. secundum naturam. ff. de regul. iur. Hocque primum requisitum sequuntur etiam, Auiles. vbi supra. num. 4. ad fin. & Petrus Duenas, limitatione. 16. regu. 100. Secundo requiritur, quod ecclesia res ibi possideat temporales secundum Rebuff. vbi supra, asserentem quod sic fuerant condemnati sæpiusimè clerici, & capitula ecclesiarum à Senatu Parisien. & refert plura arresta lata super eo in eodem Senatu, & sic patet secundum ipsum, ibi. nu. 7. sententiam iudicis Regij super resectione pontium, vel itinerum publicorum esse executoriam siue iudex condemnerit aliquos ad reficiendum, siue ad dandam pecuniam pro ponte, vel itinere publico reficiendo, quia pecunia omnes res æstimantur, vt in l. si ita. i. ff. de fidei iussori. & nu. 2. tenet quod hæc sententia executioni mandabitur non obstante appellatione, quia in his regulariter est periculum in mora: ideo executio faciendæ erit. Limitat tamen idem Rebuff. d. num. 7. omnia supra dicta, quando transitus frequens non est per itinera publica faciendæ, quia tunc clerici pro eis non tenentur, qd prius tenuit glo. in d. l. ad instructiones. sicq; Rebuff.

Rebuff. resoluit iudices regios & Senatum ipsam esse competentes aduersus clericos & ecclesias in proposito: cui alludit, quod etiam tenet Auilesius, vbi supra. num. 11. existimans quod si Episcopus nollet iubere clericis, vt in talibus contribuant: Rex debet adiri vt ipse præcipiat Episcopo, vt iubeat clericis suis in talibus conferre, & si nollet iubere, procedat Rex contra eum: quia Episcopus sub rege est iuxta glossam in cap. tributum. 23. quæst. 8. quod ibi aliquibus similibus probat. Inuenio etiam quod Nicolaus Balbi, vbi supra. num. 28. & sequentibus tenet quod licet in casibus in quibus ecclesia tenetur contribuere in oneribus cura laicis, non possit adstringi ad id per seculares potestates, vel magistratus, vt in dict. capit. non minus. & cap. aduersus. de immunita. eccles. & clarius in cap. l. & cap. clericis. eodem titu. lib. 6. & Clem. i. eodem titu. nec etiam per Imperatorem aut Regem, vel laicum principem, sed seruari debeat forma dictorum capitum. Tamen ista non passim & omni casu procedunt, sed plerumque cessant: nam quando emergunt onera concernentia directo, & principaliter necessitatem & vtilitatem ecclesiarum, & laicorum, & eo casu res celeritatem exigit, & periculum est in mora, tunc receditur à regulis iuris communis. vt in l. i. cum ibi notatis. ff. de damno infecto. nisi enim Ciuitas celeri satisfactio ne militibus prouideret, illi perirent bona que ciuium diriperentur dum prælatus consulitur: sicque licitum erit præter iuris formam contributiones, etiam ab ecclesiasticis festinanter exigere, quia in his extraordinarijs & exorbitantibus oneribus ordinem non seruare ordo est: sentit igitur & tenet expressè dict. Authen. posse seculares iudices hoc casu compellere clericos ad contributionem ita necessariam per subtractionem reddituum. Tandem nu. 39. inquit, qd non procedit conclusio prædicta per solitam obseruantiam in contrarium expressam, manifestamque tolerantiam Papæ & vniuersalis ecclesie: quia officiales laici pro obtinendis contributionibus in huiusmo-

di oneribus ab ecclesiasticis faciunt executionem in eorum bonis & fructibus beneficiorum: ex his enim censetur quedam tacita dispensatio sic faciendi, vt probat & defendit prædicta consuetudine, qd non sit à iure reprobata per text. in c. clericis. de iudi. & in c. ad audientiam. de consuetudine: quia illa iura procedunt, vbi esset sola consuetudo laicorum, sed in hoc casu dicit secus esse: quia concurrunt tolerantia Papæ & ecclesie. Præterea Ludouicus Mexia, in Pragmatica taxæ panis. conclu. i. num. 6. & sequentibus. fol. 21. Et iterum conclu. 5. num. 63. & sequentibus. folio. 83. plurimos doct. referens tenet contra Abba. clericos & ecclesias teneri omni iure, etiam diuino ad contribuendum in has publicas & communes necessitates, coactionem tamen contra ipsos clericos in his casibus iudici ecclesiastico reseruari, nisi tã repentina foret necessitas quod prælatus ecclesie adiri non posset, vel requisitus cogere viros ecclesiasticos recuset, aut plus debito differret: nam tunc clerici per potestatem secularem cogentur, teste Guillelmo Benedict. quem refert & ipsius opinionem late pluribus fundamentis probat. & num. 70. refert ex Capola, in Tract. de seruitur. rusticorum. præd. titu. de seruitu. via. quæstione. 26. clericos ecclesiasticosque personas per secularem potestatem cogi posse reparare viam ante domum, & itineris pertinentia sua mundare facere suis expensis, dicens notandum esse in praxi.

Vterius pro hac opinione inuenio quendam modernum Olanum in sua Concordia iuris litera. C. num. 38. dicentem quod secundum Gregorium Lupum iure nouo per hanc nostram. l. ii. clerici coram iudicibus laicis conueniuntur, licet hæc lex sibi id non probet: nam licet dicat quod contribuere teneantur non declarat per quos iudices sunt compellendi, & conueniendi: nihilominus tamen, inquit, vsu recepta video opinionem Gregorij, nescio quo iure aut ratione, nisi ad eas quæ de clerico hærede laici coram iudice seculari conuenio supra diximus recurras. Hæc ille, & iterum in epi-

Jogolegum Parvitarum. num. 3. Idem Auctor ait, per contrarium vsum esse correctam iam dict. l. 54. tit. 6. part. 1. dum probat laicos non posse cogere clericos ad prædictam contributionem faciendam, sed Episcopum; nam hodie, inquit ille, etiam clerici conveniuntur coram iudicibus secularibus, & per eosdem compelluntur ad eorum solutionem, Gregorius tamen Lopez ab eo allegatus hoc minime dicit quinimo in l. 51. dict. tit. 6. part. 1. in glos. Pechar, contrarium probat dicens non esse ad hoc compellendos clericos per iudicem secularem, sed per ipsum iudicem ecclesiasticum, secundum Innocen. in d. c. non minus, & c. Sed Aegidius Thomatus, in lib. de muneribus & collectis. capit. incipienti, videndum nunc est. col. 247. cum sequentibus adducit quinque rationes quare conveniri possit clericus; vel ecclesia super huiusmodi oneribus realibus coram iudice seculari, & inter eas elegentem text. in cap. sicut enim. versic. ex his. 11. quæstione. 1. vbi quod in civilibus causis clericus ante civilem iudicem conveniendus est & eo loci. n. 5. affirmat esse hanc iuris probabilissimam sententiam, quod possit coram seculari conveniri. Possitque tam Principem quam Universitatem, quibus hæc tributa ratione & intuitu rerum debentur, sibi ipsis satisfacere, capiendo de bonis & fructibus clericorum ex alijs refert Doct. Quesda, vbi statim allegabitur. Tandem dict. l. ad instructiones correctam non esse, per dictum capitulum non minus. testatur communem esse sententiam. Ripa in tit. de remedio præferua. contra pestem. §. 2. num. 234. quem refert Doct. Quesda. lib. 1. quæstio. iuris. q. 4. num. 15. qui numero præcedenti retulerat dict. Aegidium Thoma. & prædicta sequi videtur.

6 Quid tenendum in tanta varietate. Certe omnibus rectè consideratis existimo tenendam servandamque esse absque dubio primam partem, & sic opinionem Abba. & sequacium, per iura expressa supra allegata, scilicet, text. in dict. cap. non minus. & in dict. capit. adversus. de immunitate eccles.

Quorum forma est necessario abstruenda quoties similis casus contigerit, alias laici clericos, vel ecclesias cogentes ad contributionem prædictorum onerum, sententiam excommunicationis incurrunt, ut in dictis iuribus, quæ nullam evasionem recipiunt, nam aptissime loquuntur in necessitatibus & utilitatibus publicis & cõibus, & sic teneo quod nec ecclesia, nec clericus ad contributionem in talibus teneatur ex dispositione legum civilium, quibus non ligatur ecclesia, & quando talis necessitas seu utilitas occurrat servanda sunt prædicta iura canonica, ut Roman. Pontif. super his consulatur, quando ecclesia vel clericus in hoc succurrere communibus utilitatibus debeant. Et vbi tanta necessitas immineret, quod non posset sine aliorum scandalò, vel periculo haberi prius recursus ad Papam, sufficeret tunc deliberatio episcopi & clericorum. argum. l. tutor, qui reperitur in ff. de administratione tutorum. ut tenet Abb. vbi supra. in dict. cap. non minus. col. penult. quem etiam in hoc sequitur Gregor. Lop. vbi supra. & Aviles in dict. cap. 23. prætorum. in gloss. Den ordin. num. 7. adde Gigantem, in tit. de pensio. quæst. 90. num. 3. volum. 15. tractatus doctorum. fol. 222. dicentem quod talis oneris exactio non potest fieri per iudices sine ministerios laicos, sine episcopi, vel alterius licentia superioris, ut decidunt doct. in dict. l. ad instructiones. & in dict. canon. non minus. Abb. col. 6. versic. dicit tamen. sed fieri debet per ecclesiasticum superiorem illius ecclesie, cui huiusmodi onus impositum erit. Tandem novissime post hæc scripta articulum hunc late disseruit doct. Azuedo, in hac. l. 11. num. 6. & 7. referens prædictas duas opiniones & plures earum autores: & quantum teneat communem nempe quod dict. l. ad instructiones & iura similia, & nostra lex Regia. 11. non sunt correctæ per dict. c. non minus. & similia. eam tamen communem intelligit cum duobus requisitis Petri Rebuffi, vbi supra iam relatis: & præterea loquens in fisa, tenet quod possit imponi propter publicam & cõem necessitatem proprijs

prijs tamen populi deficientibus, ut in nostra. l. & in dict. l. 20. tit. 32. par. 3. & laicis non valentibus succurrere huic necessitati. Item & clericis consentientibus & cum assensu Papæ, nisi ingenti periculo & magna necessitate instantibus: quia tunc sufficeret consensus episcopi & clericorum, refertque non nullos ita tenentes: & quantum postea dicit vidisse Consilium Nicolai Balbi, vbi supra, num. 23. & sequent. tenentis hoc ultimo casu si clerus & Episcopus requisiti dissentirent, periculum que esset in mora laicos auctoritate superioris laici posse capere fructus prædiorum & alia bona temporalia clericorum pro rata bonorum ad quæ ecclesia tenetur, & sic videtur remanere cum hac opinione nihilominus tenendum est, quod prædixi. Et illud de fisa imposita pro rebus & oneribus ad quæ tenentur ecclesie, atque ecclesiastici. Quod ipsi ad eam teneatur, alias secus tenet simpliciter F. Lud. Lopez. in suo Instructorio conscientie. 2. part. cap. 40. col. 304. & sequentibus.

7 Et iuxta prædicta iura canonica sunt limitanda & restringenda prædicta omnes leges Regiæ, supra allegatæ, ut existimat Gregor. Lop. vbi supra, cuius opinionem in hoc quoque probo, addens cum eo non esse referendum ad liberam voluntatem Episcopi & clericorum verbum illud. cap. non minus. cum dicitur [Nisi Episcopus & clerus tantam necessitatem vel utilitatem aspexerint, ut absque vlla coactione ad relevandas communes utilitates vel necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existiment conferenda:] Nam illa existimatio arbitrio boni viri relinquenda est non verò liberæ voluntati, & sic quod in talibus & communibus operibus debeant contribuere, & ad hoc suam voluntatem & assensum præstare. Nam verbum, Si existimaveris, ad arbitrium boni viri non ad beneplacitum voluntatis refertur, ut in l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de legat. 3. Vnde existimo quidem quod si Episcopus & clerus in casu prædictæ necessitatis & utilitatis communis nolent contribuere pro rata posset iure optimo appella-

ri ab Episcopo, tanquam male arbitrate ad suum superiorem qui illos coget ad contribuendum in prædicto casu. \* Exhortari autem & requiri poterunt ecclesie, & clerici per regem & potestatem secularem, ut contribuant in supra dictis necessitatibus & utilitatibus publicis & cõmunibus, non tamen cogi, nisi per eorundem iudicem competentem, ut advertit fuisse factum Guido Papæ vbi supra.

Quibus sic tenendis non obstat text. in dict. capit. peruenit. de immunitate ecclesiarum: quia præterquam quod non loquitur in collectis, sed in murorum vigilijs tempore imminentissimæ necessitatis quæ est alia materia, text. ille habet varios intellectus assignatos per aliquos ex doctoribus supra dictis, præcipue per Abba. dict. consilio. 3. apud quem poterunt videri.

10 Non obstat etiã gl. in d. c. non minus. verb. relevandas, quia si rectè inspiciatur non sentit, nec tenet opinionem contrariam, sed imo potius nostram videtur amplecti: nam illa glo. est posita, ibi, super casu excepto quando Episcopus & clerus inspexerint necessitatem, vel utilitatem communem, & laicorum facultates non suppetunt: & tunc absque vlla coactione possunt elargiri. Vnde glo. voluit, ibi, exemplum fingere potius de necessitate & utilitate communi, quæ ponere casum exceptum à dispositione illius cap. & satis patet dum dicit conferre enim debent, & c. Et sic per verbum enim continuat se ad text. ut subtiliter, & cum iudicio advertit Abb. vbi supra, per maximè: quia gloss. immediatè præcedens. in ver. tantam necessitatem, inquit, & ita ex arbitrio Episcopi dependet inspicere hanc necessitatem: tamen aliquid conferre non debent: nisi super hoc prius Roman. Pont. consulatur, infra eodem. c. adversus. primores pòso in fine. non enim præsumendum est glossam statim sequentem velle villo modo tenere contra dispositionem text. cui apponitur sicque gloss. illa debet intelligi, iuxta text. quæ interpretatur cum alias de iure sit quod dictu gl. vel doctoris debet intelligi secundum legem quæ allegat iuxta doctrinam Bar.



communiter approbati. in. l. non solum. §. si liberationis. nu. 7. ff. de liberatione lega.

Non obstant etiam tradita per Lucam de Penna. Auilefi. & Rebuff. vbi supra, quatenus tenent & referunt factum, quod iudices seculares maxima imminente necessitate cogant clericos & ecclesias ad contribuendum in prædictis necessitatibus & utilitatibus communibus inconsulto Romano Pontifice. Quia respõdeo hoc esse cõtra dispositionem expressam iuris canonici in d. c. non minus. & cap. aduersus. de immunitate ecclesiarum omnino seruandi. Et laici aliud facientes de facto peccant & sunt excommunicati, vt in dictis iuribus: & non quod fit, sed quod fieri debet attendendum est, præcipue cum imminente maxima necessitate, ita quod ad eam subueniam Romanus Pontifex adiri nequeat sine periculo in mora, sufficiat quod episcopus siue eius vicarius adeatur, vt id prouideat cum assensu cleri. quibus reuocantibus adest remediũ appellacionis & exhortatio regis, vt supra resoluius. Nõ etiam obest quod ex Capolare tulit Mexia, vbi supra, quia est falsum & contra prædicta iura. Sic etiam nõ obest qd dixit Olanus, vbi supra, nempe dict. l. Part. 54. quæ in fauorem nostræ sententiæ adducta fuit, esse correctam contrario, vsu: quia si illud fit est de facto nõ autem de iure, maximè cum Gregor. Lopez ab eo relatus id non dicat, sed imo contrarium teneat, vt supra aduertit.

II Non etiam obstat nostra lex Regia. i. titu. 3. libr. 1. Nouæ Collect. Regiæ, nam ea non dicit vt iudices seculares cogant clericos ad contribuendum in supradictis, sed tantum asserit. *Que en estas cosas tales, a fallecimiento de propios, deuen contribuir los clerigos por quanto es pro comunal de todos, y obra de piedad.* Hoc autem verbum *deuen*, intelligendum est iuxta canonicas sanctiones, & earum forma seruata quibus ligantur clerici. Et hæc mea sententia probabilis est, non tñ diffiteor clericos teneri legibus iustis à secularibus principibus promulgatis, si nõ de re spirituali sint, sed

de rebus ad humanam conuictum pertinentibus, vt latissimè resoluit Maranta in disputatione. 8. maximè ex num. 17. ad quarum legum obseruantiam compellendi sunt per proprios iudices non per seculares, vt dixit. l. 54. titu. 6. part. 1. tradit Couarr. pract. quæst. cap. 33. in fin. & Sarmiento Select. interpret. lib. 7. cap. 11. per totum. Vnde cauebis à Redim. de Maestrate principis. nu. 166. & ab Olano, in Concord. iuris. in lit. c. num. 38. & 39. multum attribuentibus in hoc iudicibus secularibus.

12 Nec obstat. l. 2. eiusdem titu. à contrario sensu, dum inquit: *Ordenamos y mandamos que ningunos concejos, ni señores de lugares no constriñan ni apremien a los clerigos, iglesias, y monasterios, que pechen y paguen, ni contribuyan pechos, ni pedidos, ni otros seruiçios: saluo en aquellos casos que se contienen en la ley deste titulo que comiença: Exemptos deuen ser.* quæ

13 est dict. l. 11. quæ dictio: Saluo, exceptionem denotat à regula præcedenti. gl. in. l. actione. C. de trasact. & in. c. cõsultationi. de officio delegat. Refert & sequitur alios allegans doctor Perez in. l. 17. tit. 13. libr. 1. Ordinamen. col. 143. in glo. *Villas y lugares.* Ex quo videtur quod in casu nostræ legis id possint

14 \* Nam respondeo quod iste intellectus à contrario sensu elici non debet contra iure expressa, ciuilia vel canonica, vt tenet Euerard. in topicis legalibus in loco à cõtrario sensu. versi. primo enim. & in versi. 2. vbi quod nec quando ex hoc sequeretur correctio iuris, vel resultaret prauus & absonus intellectus, vt in. l. conuenticula. C. de Episcopis & cleri. præmaximè cum in dict. l. 11. relata. in dict. l. 2. hoc non exprimat. nec enim est credendum conditores dictarum legum aliud sensisse, nec voluisse contra iura canonica & iurisdictionem ecclesiæ, cū ipsimet statim in. l. 5. eiusdem tit. dicant: *Ansi como nos queremos que ninguno se entremeta en la nuestra iusticia temporal, ansi es nuestra voluntad que*

la iusticia

la iusticia ecclesiastica, y spiritual no sea perturbada, y sea guardada en aquellos casos que el Derecho permite. *Por ende, ordenamos y mandamos que los señores temporales, ni los concejos, ni los nuestros juezes y alcaldes seglares no embarguen, ni perturben de hecho, la jurisdiccion ecclesiastica en aquellas cosas, de que pueden conofcer segun derecho.* Sed de his contributionibus contra ecclesiã & clericos sepius cõsiderandum est, an sit cõferendum, & hoc cõsulto Romano Pontifice, vt in dictis capitibus. nõ minus. & aduersus. de immunitate ecclesiarum: ergo iudices seculares non possunt, se in his intromittere ad cogendum ecclesias nec clericos. Voluit igitur quod licet, vt in casibus dict. l. 11. clerici ecclesiæ & monasteria debeant contribuere sicut ipsamet. l. 11. disponit non ergo ad hoc tribuit iurisdictione concilij, nec dominis locorum, quando quidem nec vlla lex iudicibus Regalibus tributa inuenitur.

15 Vltimo aduerto pro intellectu nostræ. l. in versic. *Otrofi, de heredad que sea tributaria.* Quod ea est intelligenda prout videtur loqui, nempe quando fundus esset tributarius antequam deueniret ad clericum, nam postea non potest lege vel statuto seculari præiudicari immunitatibus clericorum vel ecclesiarum, vt in cap. quæ in ecclesiarum. de constituto. & in Authentica casta & irrita. C. de sacrosanct. eccles. Præterea est intelligenda quado prædia, vel res tales sunt affecta onere tributorum expresse, & specialiter ex conuentione partium. Secus vero si tantum sint affecta, vel obnoxia tributis ex generali. leg. obligatione & hypotheca, quæ sunt regi tacite obligata pro tributis omnia prædia priuatorum, vt in. l. 1. & 2. C. in quibus causis pignus tacite contrahatur: quia tunc si talia bona perueniãt ad clericum non transeunt cum onere argumento. l. 12. titu. 4. libr. 4. Ordinam. veter. quæ ait: *Que quando algunos hijos dalgos compraren bienes de pechero, no passẽ*

16 *con su carga de pecho.* Mutatione enim personæ mutatur qualitas & priuilegium inherens rei ratione personæ. l. Paulus per procuratorem, & ibi, Barto. num. 3. ff. de acquirenda hæred. l. licitatio. §. finali. ff. de publican. & vectigali. ideo bona ante sacerdotiũ possessa a depto sacerdotio clericali gaudet priuilegio, vt probat D. Perez in. l. 1. titu. 3. libr. 1. Ordinam. col. 90. & 91. vbi alios allegat. & Matienço in. l. 11. glo. 4. per totam. titulo. 10. libr. 5. Nouæ Collect. Regiæ. fol. 312. & sequentibus. Idem Matien. in. l. 3. tit. 1. glo. 2. n. 5. & in. l. 9. ti. i. gl. 2. n. 5. eod. lib. 5. & iste est casus mirabilis in quo onus hypothecæ legalis nõ transit cū re: ita hæc duo ad nostrã. l. 11. adducit Otalora de Nobilitate. 2. p. c. 1. num. 10. fol. 23. Primum autem latissimè agens ad partes probauit cum Otalora, vbi supra, & D. Perez quos refert doct. Quesda. libr. 1. quæstionum iuris. d. quæst. 4. per totam. vsque ad numerum. 10. inclusiue.

¶ Finis. 3. Quæstionis.

SUMMARY.

1 **Q**uis index erit competens aduersus clericos eorumque pecora damnum dant in fructibus alienis vel pastibus detitis, vt cogat clericos ipsos soluere pœnas ab statatis. *Conciliorum impositas; an ecclesiasticus vel secularis.*

2 **Q**uando tributum est appropriatum ipsi rei index secularis potest mittere ad re clericum, & inde recipere tributum quia est de sua iurisdictione: sed non potest aliquid facere in personam clerici.

3 **P**riniceps secularis potest statuere quod animalia clericorum & ecclesiarum à suis pascuis arceantur, vel etiam à pascuis priuatorũ nec sumant illis dominis inuitis; & quod si inueniatur in illis pascua sumentia, soluant pœnas alias impune possint offendere.

4 *Casus præsentis quæstionis in Regali Cancellaria Pintiana præticatus.*

L.12. tit.3. lib.1. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. IIII.

**Q**uæro an circa l.12. titu.13. libr.1. Nouæ Collect. Regiæ, qua uetur: *Que si en algunos lugares destos Reynos fuere ordenado que se guarden los panes y las viñas, y los otros frutos de las heredades comunes del pueblo, y fuere ballado q haze daño las bestias y ganados de los clerigos, q en razon de pagar las penas, y lo que ansi fuere ordenado, todos, ansi clerigos como legos, lo paguen: y que las penas se cobren, ansi de los vnos como de los otros.*

1 Quis iudex erit competens hoc casu aduersus clericos & eorum pecora damnum dantia, vel facientia in prædictis fructibus, vel forte in partibus vetitis & prohibitis ad hoc, vt cogat clericos ipsos soluere prædictas penas, an ecclesiasticus vel secularis, nã lex hæc hoc non aperit; sicut nec præcedens in suo casu.

Et videtur primo sine dubio dicendum quod ecclesiasticus, non verò secularis per textum in.c. non minus. in cap. aduersus. de immunitate ecclesi. & per omnia supra à me adducta in quæstione præcedenti, iuxta sententiam, quam ibi tenui.

Secundò, & in terminis hoc videtur sentiri. doct. Caste. in.l.70. Taur. glo. magna. fol. mihi.170. col.3. in versu. video etiam. secundum veterem impressionem & in noua, in additione incip. Veruntamen in.d. versu. video etiam. n.18. vbi dicit, q clerici in huiusmodi casibus si contraueniant puniuntur poena statuti, scilicet, à suo iudice ecclesiastico; per ea, quæ decidit doct. in.c. quod clericis. de foro compet. faciunt etiam tradita per

Couar. licet in alio proposito in Practicis quæstio.c.33. n.7. & ita videtur intelligenda hæc lex.

Sed his non obstantibus ego in proposita quæstione, sic distingo: q si pro supradictis agatur contra ipsos clericos conueniendi sunt coram suo proprio iudice, non vero coram laico; quia iudex laicus non est competens contra ipsos; & ideo eos cogere ad solutionem dictarum poenarum minimè poterit: & ita procedit q tradit Castellus, vbi supra, in dict.l.70. Tauri.

2 Si verò agatur pro supradictis contra res clericorum, & sic contra animalia eorum damnum dantia in fructibus, & alijs rebus alienis, pro poenis ab statutis ciuitatis, vel villæ impositis iuxta casum nostræ. l.12. Iudex secularis erit competens quia ipsa animalia quæ damnum dant sunt de foro seculari, argumento doctrinæ Bald. in. l. de his. C. de episcopis & cleri. vbi tenet q quando tributum est appropriatum ipsi rei, iudex potest mittere ad rem ipsam, licet sint clerici: & inde recipere tributum, quia est de sua iurisdictione, tam vniuersali, quam particulari: sed q non poterit iudex secularis aliquid facere in personam clerici, per Auth. statuimus. C. cod. titu. idem in effectu tenet idem Bald. in Auth. Sed & peniculum. C. sine censu. vel reliq. cum Innocentio quem refert, dicens q si possessiones clerici deberent aliqua munera, iudex secularis per occupationem possessionum quas habet clericus in sua iurisdictione distringit, & q ex hoc non incidit in excommunicationem; quia facit iuris auctoritate: quam doctrinam Baldi sequitur ad litteram Gregor. Lopez. in.l.51. in glo. [Porrazon de sus personas.] tit.6. part.1. Licet titubet, nec ita se resoluat. idè Greg. in.l.24. tit.15. part.7. verb. [El ganado.] versu. Per suu iudicè, &c. & Petrus Nuñez Auenda. 2. p. c. 14. prætorum. nu.13. & Nicola. Balbi in suo consil. posito, post decisio. Pedemont. 68. num.34. & sequent. à fortiori igitur animalia clericorum capi poterunt in proposito, & distringi per iudicem secularem, cum ipsa sint quæ damnum dederunt & poenam incurrant. \* Pro eadem sententiâ facit q eleganter de-

ter decidit Lucas de Penna, in.l. Iubemus. C. de Nauibus non excusandis. lib.11. col.1. ver sic. hæc faciunt, vbi agens ad vtramq; partem resoluit, q princeps secularis potest statuire q animalia clericorū & ecclesiarum à suis pascuis arceantur, vel etiam pascuis priuatorum, nec sumant illa dominis inuitis, & quod si inueniatur in illis pascua summenta soluant poenam, alias impune possint offendi, vt ibi, per eum, quem refert & sequitur Auilesi. c.17. prætorum. in glo. [Buena] num. 12. fol. 159. in hoc enim secundo casu nostræ distinctionis differens ratio militat quam in. l. quoniam. in illo agitur contra ipsosmet clericos & ideo merito quod sint conueniendi coram suo iudice competente qui est ecclesiasticus: at verò in hoc secundo, non agitur contra personas clericorum, sed contra animalia ipsorum errantia in alieno, quare cum ipsa sint de iurisdictione seculari, merito quod distringi possint per iudicem secularem.

4 Et hunc casum nostræ quæstionis circa intellectum dict. l. Regiæ. 12. habui iam in Praxi, & in Regali Cancellaria Pintiana fuit decisa causa iuxta hanc meam sententiam in hoc secundo casu distinctionis, me existente patrono pro concilio & officialibus cuiusdam populi, qui fuerunt denunciati à fiscali ecclesiastico coram iudice ecclesiastico: eò q cepissent quasdam oues cuiusdam clerici pascentis in pascuis prohibitis, & eas vendidissent pro poena ab statutis illius oppidi ab Imperiali Maestate Caroli. V. confirmatis imposita. Ipse defendi eos declinando iurisdictionem iudicis ecclesiastici, qui hoc non obstante, se iudicem competente pronuntiando declarauit, posse capi animalia clericorum à laicis in pascuis prohibitis & detineri pro pignore, non tamen vendi nisi cum licentia iudicis ecclesiastici: à qua sententia meo consilio fuit appellatum & negotium delatum addict. Regiam Cancellariam per viam violentiæ dedi in scriptis, supra dictas remisiones Doctorum, & allegauit hæc. l. 12. tandem reposita fuere omnia gesta à prædicto iudice ecclesiastico, super hoc negotio remittendo id ad iudicem lai-

cum, qui de causa posset & deberet cognoscere: quæ sunt menti tenenda pro intellectu nostræ. l. 12. Ex quibus etiam iterum consulti respondi iuxta primū casum distinctionis supra dictæ, q cū fuisset denuntiatum coram quodam iudice seculari de quibusdam religiosis, eo quod animalia sua minimè describi fecissent iuxta. l. 13. titu. 18. lib. 6. Nouæ Collect. Regiæ, sub poena amissionis eorundem, prædictum iudicem secularem minimè competentem esse contra religiosos, eo quod aduersus personas eorum quibus imputabatur culpa ex ommissione descriptionis coram suo iudice conseruatore agendum esset, præcipue cum animalia prædicta nulli damnum dedissent, sed domini eorum omisissent prædictam descriptionem si facta non erat, & sic de eorum negligentia agebatur. Quo audito responso, religiosi conseruatorem elegerunt virtute litterarum Apostolicarum sibi à Sede Apostolica concessarū, qui quidem iudex conseruator processit recte & recte aduersus prædictū iudicem laicum, & causa delata ad Regiam Cancellariam Pintianā, per modū violentiæ fuit remissa ad prædictum iudicem ecclesiasticum, cuius iurisdictioni secularis obtemperauit, & mandato ecclesiastici conseruatoris, se à causa cognitione inhibuit, virtute dict. Decreti Regalis cancellariæ.

¶ Finitis. 4. Quæstionis.

SVMMARIVM.


1 **A**N is qui post delictum commissum ordinem ecclesiasticum suscepit, vel factus sit religiosus possit per iudicem secularem puniri, vel sit remittendus ad ecclesiasticum: & refertur quorundam sententia Hispanorum tenentium, quod à iudice seculari distringi possit.

2 Sed in hac quæstione assignatur prima conclusio, quod ecclesiasticus ordo post delictum commissum ab aliquo absque vlla fraude

- fraude susceptus, eum omnino liberat à iurisdictione iudicis secularis.
- 3 *Secunda conclusio assumens ordinem ecclesiasticum post delictum à se commissum in fraudē, ut se eximeret à iurisdictione seculari, non liberatur ab ea, sed potest à iudice laico contra eum procedi.*
- 4 *Idem in clerico coniugato cum vnica & virgine existente in habitu laicali præuenito de aliquibus criminibus per iudicē temporalem & promittente se presentare in dicto habitu laicali & postea comparente in habitu & tonsura clericalibus conclusum fuit in Capella Tolosana.*
- 5 *Fraus maximè in proposito præsumitur, si quis post delictum commissum ante susceptum ordinem fuerit accusatus, vel denunciatus, aut sanè infamatus.*
- 6 *Fraus in proposito in vniuersum præsumitur ex eo, quod post crimen commissum timore secularis iurisdictionis quis ordinem suscepit.*
- 7 *L. 1. ff. de pœnis. & lex iniuriarum æstimatio ff. de pœn. cum similibus probantium, in delictis delicti, non verò sententia quo ad pœnam imponendam considerandum esse intellectus.*
- 8 *Bulle Alexandri. VI. & Pij. III. super habitu & tonsura à clericis deferendis, ut gaudeant priuilegio clericali intellectus.*

L. 1. tit. 4. lib. 1. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. V.

- 1  Vero primo circa. l. 1. tit. 4. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ & simul cū sancto concilio Trid. sessio. ne. 23. c. 6. ibi relato vbi ponun-

tur requisita quædam & qualitates quæ necessario debent interuenire ad hoc, ut clerici i. tonsuræ & aliorum ordinū minorū gaudere possint priuilegio fori in causis criminalibus: \* An is qui post delictum commissum ordinem ecclesiasticum acceperit, & prædictas qualitates habuerit vel factus sit religiosus, possit per iudicem secularem puniri vel sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum, & videtur quod possit à iudice seculari distringi & minimè debeat ad ecclesiasticum remitti. Primo, quia in delictis quo ad pœnam imponendam semper attenditur tempus delicti commissi, non verò tempus sententiæ ut in. l. 1. ff. de pœnis. & in. l. iniuriarū æstimatio. ff. de iniur. Secundo, præstat bonū argumentū tex. in. l. si quis decurio. verf. fin. C. ad. l. Cornel. de fal. vbi habetur quod licet, decurio non possit torqueri, tamen si commiserit falsitatem antequam esset decurio. bene potest torqueri, & sic hæc dignitas vel qualitas superueniens in persona delinquentis post delictum commissum non excusat à pœna vel tortura. Tertio, per nostrā. l. & dictum decretum sancti Concilij Trident. quibus tantum conceditur priuilegium fori in criminalibus, prædictis clericis in minoribus constitutis delinquentibus post ipsam primam tonsuram, vel ceteros ordines minores receptos non verò prius, præmaxime attendita Bulla sanctissimi domini nostri Pij. III. & ipsius declaratione & publicatione facta in eius executione à Nuntio eiusdem Sanctitatis Episcopo de Cariete relatis in hac eadem. l. in versiculo: *Conformandonos con vna Bulla que à nuestra supplicacion concedio nuestro muy sancto padre Pio. III. & c. ibi, que los dichos clergos continuamente, o por lo menos seys meses antes del delicto trayan vestiduras largas con bonete en la cabeça, y la corona abierta, segū y como lo traen y acostūbran à traer los clergos de missa destos Reynos, & c.* Idem prius (præterquam in numero dictorum. 6. mensium, nam. 4. fuit contentus) concesserat Alexan. VI. Pontifex Maxi.

Maxi. Anno Domini. 1492. statuens clericos primæ tonsuræ, quosunque etiam si liberi sint à matrimonio, non esse exemptos, nec immunes in criminalibus causis à iudicibus secularibus, nisi tempore commissi criminis & quatuor proximis ante mensibus tonsura & vestibus clericalibus vsi fuerint, prout referebatur olim antè hanc Nouam Collectionem Legū huius regni, in pragmat. 21. huius regni, in cuius bullæ locū hodie in hac nostra. l. 1. ponitur bulla Pij. III. cum ipsius declaratione à prædicto Nuntio facta, qua eadem pœnæ statuuntur & solum innouatur tempus, nam in locum dictorum. 4. mensium contentorū in bulla Alexan. VI. assignantur nunc. 6. menses. Quod fit, ut isthæc opinio probata videatur in prædictis. II. Regijs atque bullis summorum Pontificum, quam etiam tenere videntur, DD. in. c. 1. post gl. ibi, de obligatis ad ratio. & in terminis quamuis prædicta iura Regia, nec bullas referat, ita tenet Anto. Gom. in. 3. Tom. c. 10. nu. 5. & per bullam Alex. tenet eandem sententiam constantissimè Petrus Nuñez Auend. lib. 1. de exequedis manda. Reg. ca. 22. nu. 12.

Sed his non obstantibus, non est tenenda prædicta sententia sed in quæst. proposita, ut veritas magis elucescat, & firma resolutio habeatur, faciendæ sunt duæ conclusiones verissimæ & tenendæ.

2 Prima conclusio est, ecclesiasticus ordo post delictum commissum ab aliquo absque vlla fraude susceptus, eum omnino liberat à iurisdictione iudicis secularis argumento. tex. in. l. hos accusare. §. hoc beneficio & in versiculo item magistratum. ff. de accusa. vbi Angel. & Alberi. & in. l. qui cū vno. §. reus. ff. de re militari. Ita tenet Oldrà. consil. 4. & hæc est communis opinio secundum Stephanū Aufreri. in Clementina. 1. de officio ordi. regula. 1. Fallen. II. quàm communem esse de iure Canonico cum prædicto Stephano fatetur Auend. vbi supra, & insignis Couar. eum sequutus, attētis dict. bulla Alexan. VI. & dict. pragmat. Regia. 21. in practicis quæst. ca. 32. n. 4. in. 1. & 2. conclusione. Et hæc conclusio est frequentiori cal-

culo recepta, ut testatur Petrus Plaça lib. 1. delictorum. c. 35. nu. 5. & eum referens hoc affirmat & sequitur Iulius Clarus in sua practica criminali. §. fi. q. 36. in versiculo sæpe numero contingit, vbi etiam loquitur in illo qui post delictum commissum factus est religiosus.

3 Secunda conclusio est, assumens ordinem ecclesiasticum post delictum à se commissum in fraudem, ut se eximeret à iurisdictione seculari non liberatur ab ea, sed potest per iudicem laicum contra eum procedi ad punitionem dicti delicti, non ut possit puniri corporaliter à iudice laico, sed tantum in confiscatione bonorum, aut pœna pecuniaria, prout qualitas delicti exposcerit: remanebit igitur hoc casu clericus subditus iudici seculari ratione causæ & bonorum, non autem respectu personæ. hæc est communis opinio secundum Stephan. Aufreri. Auen. Couar. Petrum Plaçam, & Iul. Clar. vbi supra qui alios idem tenentes referunt.

4 Idem in clerico coniugato cum vnica & virgine existente in habitu laicali præuenito de aliquibus criminibus per iudicem temporalem & promittente se presentare in dicto habitu laicali, & postea comparente in habitu & tonsura clericalibus, qui fuit à prædicto iudice incarceratus, quauis à iudice spirituali peteretur remitti: fuit conclusum per Capellam Tolosa. iudicio & votis grauissimorum Iurisperit. vt patet decisione eiusdem Capellæ. 144.

5 Et secundum plerosque ex supra dictis doctoribus fraus maximè in proposito præsumitur, si quis post delictum commissum & ante susceptum ordinem fuerit accusatus, vel denunciatus, aut sanè infamatus, iuxta text. optimum. in. l. vlt. ff. de re militari. & in. l. vlt. ff. de bonis eorum. qui mortem sibi consci. & ita censet maior pars interpretum, ut attestatur Plaça, vbi supra, dict. c. 35. num. 1. circa finem. relatus per Iul. Clar. vbi supra vers. sed in hoc proposito, dicens quod alias senatus iudicauit beneficium in fraude susceptum fuisse: quoniam post commissum delictum illud adeptus fuerat delinquens, & quod hoc multo magis locū haberet in eo, qui iam



iam fuisset condemnatus, & postea fecit se clericum prout in facti contingetia dicitur <sup>6</sup> senatum iudicasse. \*Addit Couar. vbi supra, verif. fraus verò, cum Baldo, quem refert in vniuersum fraudem præsumi ex eo quòd post crimen commissum timore secularis punitionis quis ordinem susceperit.

7 Non obstant primum & secundum fundamentum pro priori parte adducta: nam ea loquuntur respectu diuersitatis temporis delicti & sententiæ, quo ad poenam imponendam. Item & qualitatis superuenientis post delictum commissum, quæ tempore delicti non aderat in delinquente, respectu poenæ, vel torturæ, quæ dissimilia sunt à nostra quæstione clericatus nouiter suscepti post delictum commissum, respectu iurisdictionis iudicare debentis; nam hoc casu cum vtroque tempore cognitionis & sententiæ proferendæ, delinquens reperitur clericus cessante fraude, consentaneum est, vt iudex ecclesiasticus sit competens contra ipsum delinquentem, non verò laicus. At verò in casu dict. l. i. cum similibus. ff. de poen. & d. l. si quis decurio. non agitur de iurisdictione, nec de ea dubitatur, sed de poena imponenda delinquenti, cuius temporis haberi ratio debeat an delicti, vel sententiæ, merito quòd tempus commissi delicti considerandum sit, non verò sententiæ, quando quidem illo tempore inflicta poena fuerit in hoc verò minime, quæ cum iuste sit merita auferri nõ debet propter qualitatem de nouo superuenientem. Aliter enim daretur asilum siue refugium ad euitandam poenam merito incurfam in fraudem debitæ punitionis contra vtilitatem Reipublicæ cuius interest ne delicta remaneant impunita, vel minus sufficienter punita, vt in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. quæ ratio cessat in nostro casu, cum poena debita pro delicto minimè minuatur propter susceptum ordinem, sed tantum iudex illam imponere debens ostenditur.

8 Non obest nostra. l. Regia, nec bulla Alexan. VI. & Pij. III. cum sua declaratione pro. 3. fundamento prioris partis adducta. quia summi Pontifices præfati, nec legisla-

tor noster aliquid voluerunt immutare circa clericos illos, qui post delictum commissum ecclesiasticum ordinem acceperunt, cum de his tantum tractauerint in prædictis bullis, & in nostra leg. qui tempore delicti tenebantur iure pontificio tonsura & vestibus vti clericalibus; quæ esset satis à re propofita & petita omnino alienum tonsuram & vestes clericales exigere in his qui essent vere laici nullo ordine ecclesiastico insigniti: nam de his qui laici erant cum crimen fuit perpetratum nihil est ibi petiitum à Summo Pontifice, nec ab eo responsum: siquidem hi non tenebantur tunc nec poterant tonsuram simul & vestibus clericalibus vti, eosque voluerunt Summi Pontifices culpa notare ad amittendum fori priuilegium, qui tenebantur tonsura & vestibus clericalibus vti, vt constat ex ipsarum constitutionum serie.

Quamobrem nihil noui ex eisdem potest deduci circa illos qui post delictum fuerunt promoti ad primæ tonsuræ gradum, idcirco eorum ius & exemptio à iudice seculari erat examinanda his rationibus & autoritatibus, quibus examinari & expediri poterat ante prædictam constitutionem & nostram legem, vt tam subtiliter quam vere meo iudicio perpedit Couar. dict. quæst. 32. Practicarum quæst. num. 4. aduersus doctissimum Auenda. vbi supra tenentem, hodie autoritate dict. constitutionis clericum qui ordinem ecclesiasticum assumpsit post crimen commissum posse à iudice seculari puniri, etiã corporalibus poenis, quia tempore commissi criminis, nec tonsura, nec vestibus utebatur clericalibus: nam verius est contrarium cum Summus Pontifex in hoc casu non loquatur, sed in clerico qui tempore delicti commissi talis erat, tonsuram tamen & vestes clericales minimè deferebat, quare tenenda est nostra secunda conclusio supra dicta & communis, etiã attento iure Regio, & dict. Alexand. 6. constitutione quibus nihil innouatur in casu de quo agimus, vt est prædictum.

¶ Finis. 5. Quæstionis.

SVM-

Eadem. l. i.

QVÆSTIO. VI.

- SUMMARY.**
- D**elinquentibus simul clerico & laico, an vterque debeat conueniri coram iudice ecclesiastico; & sic quòd laicus ratione socij gaudere debeat priuilegio fori in criminalibus necne, per totam quæstionem, & cap. fundatur pars affirmatiua.
  - Quando est controuersia inter ecclesiasticum & secularem iudicem, super aliqua persona vel causa, cognitio ad ecclesiasticum pertinet, tanquam ad digniorem.
  - Clericus & laicus si sint simul obligati, laicus occasione clerici coram episcopo conuenitur, sed hoc non seruatur in practico, vt in nu. 10.
  - Alimenta præstanda ab heredibus laicis & clericis debent peti coram iudice ecclesiastico, sed contra. n. 10.
  - Mulier quæ commisit fornicationem cum clerico, efficitur de foro ipsius clerici vt de contrariis. nu. 10.
  - Si sint duo socij omnium bonorum, & alter sit immunis à solutione gabellarum alter verò non, ille qui non est immunis ex persona consocij efficitur immunis. Sed contrarium. nu. 12.
  - Fundatur pars negatiua in quæstione principali & numeris sequentibus.
  - Fratres tributarij non liberantur à contributione onerum pro suis partibus si habeant patrimonium, vel fundum communem cum alio fratre clerico.
  - In indiuiduis & inseparabilibus socijs bene gaudet priuilegio socij.

**Q**uero secundo, circa eadem. l. Regia. an delinquentibus simul clerico & laico, vterque debeat conueniri coram iudice ecclesiastico, & sic quòd laicus ratione socij gaudere debeat priuilegio fori in criminalibus necne; nã si gaudere potest esset optima extensio & declaratio ad nostram. Quòd videtur primo ne continetia causa diuidatur, argum. l. nulli. C. de iudi. cù similibus. Secundo quia magis dignum attrahit ad se minus dignum, vt in. c. quando. de iudi. & in. c. quòd in dubijs. versiculo finali. de consecratione ecclesiæ cum similibus. Sed clericus est magis dignus quam laicus & iudex ecclesiasticus est etiam laico dignior: ergo, &c. \* Ex quo inferitur quòd quando est controuersia inter ecclesiasticum & secularem iudicem super aliqua persona vel causa, cognitio ad ecclesiasticum pertinet tanquam ad digniorem secundum Antoni. Butri. in. c. ceterum. col. 3. de iudi. quam plures referens testatur communem dict. doct. Perez. in rubric. tit. 1. lib. 1. Ordinamenti. col. 746. quæ communis est hodie approbata in l. fin. huius. tit. 4. lib. 1. Nouæ. Collect. Reg. eo casu quo agitur an coronatus debeat gaudere priuilegio fori: nam inquit lex quòd iudex ecclesiasticus cognoscit super hoc, & est iudex competens. Tertio, quia ratione indiuidui socij videtur priuilegio socij, vt in. c. per tuas. versiculo quòd autem. de arbi. l. si comunem. ff. quem admodum seruitus amittit: Quarto, quia à duobus iudicibus simul procedentibus clerico & laico appellatio interponenda est ad superiorem ecclesiasticum ratione clerici & non ad secularem. Cardinal. in. cap. super quæstionum. §. si verò duo. vers. quarto. pont. de offi. delegat. Quinto, ex tex. in. l. vtrius. ff. ad l. Pompeiam. de Parricidijs. vbi habetur quòd si filius cum extraneo occidit patrem vterque tenetur poena parricidij. Sexto, per tex. in. l. si. C. de accusationibus. vbi confessio rei capti de socio criminis non nocet ei: quia

quia fortè dolose & falso hoc asseueravit ve-  
niam delicti sperans ex personâ socij ab eo  
nominati: ergo, vult tex. quòd si verè ef-  
sent socij criminis gauderet vnus priuile-  
giò alterius. Septimò facit, optima doctri-  
na Barto. in. l. præcipimus. §. eodem. obser-  
uando. n. 2. C. de appellat. vbi tenet q̄ si sint  
tibi clericus & laicus simul obligati occasio-  
ne clericus, laicus coram episcopo conuenietur,  
quam Bart. opinionem plures doct. referens  
testatur communem eam sequutus doct. Perez,  
vbi supra, col. 746. in princip. in versiculo  
hinc etiam Bartolus. post Anton. Gom. in. 3.  
Tom. c. 10. nu. 6. vltra quos eandem sequitur  
Iaso. in. l. si emancipati. C. de Colla. nu. 3.  
& Maranta ampliàs & limitans, de ordine  
iudiciorum. 4. part. 11. dist. nu. 21. cum  
tribus sequentibus. fol. 218. & Hippolytus  
in rubricâ de fideiussori. nu. 130. cum se-  
quent. & est verior secundum Ioannem Gar-  
cia. in regul. 9. nu. 2. Octauò facit, doctrina  
eiusdem Barto. in. l. solent. n. 14. ff. de alimen-  
& cibis. lega. tenentis quòd quando heredes  
sunt laici pariterque clerici, & ab eis alimen-  
ta debent exigi eorum petitio erit facienda  
coram iudice ecclesiastico, & iudex secularis  
cogit laicos adire iudicem ecclesiæ.  
Nono facit, nam mulier quæ comisit for-  
nicationem cum clerico efficitur de foro  
ipsius clerici. Federicus de Senis, consil. 167.  
incipit. Mulier accusata. quem sequuntur  
alij & eos referens. D. Perez, vbi supra. Deci-  
mò facit, glof. in. l. finali. ver. fratribus. C.  
de muneribus. & honoribus. non conti. lib.  
10. & expressior in. c. nolite ver. triticum. pro-  
pè fin. 11. q. 3. quæ volunt, q̄ si sunt duo socij  
omniū bonorū, & alter sit immunis à solu-  
tione gabellarum: alter verò nō, ille qui nō  
est immunis ex persona cōsocij efficitur im-  
munis, quòd latè examinat Iaso. in dict. l. si  
emancipati. à nu. 5. vsque ad num. 23. Sequit-  
ur idem Iaso. in. l. 1. n. 2. C. de transact. & te-  
statur priorem glof. communiter approba-  
tam Curtius Iuni. in. l. 1. num. 19. C. de in ius  
vocat. Refert alios. doct. Antonius de Padilla  
in. l. 1. nu. 5. C. de diuersis rescrip. & in ter-  
minis nostræ quæstionis hanc primam par-  
tem affirmatiuam tenuit originaliter Antò.

de Prato vete. in. l. 1. in fine. ff. quæ sententiæ  
sine appellatione rescindantur. sequitur So-  
cin. in. l. cum senatus. ff. de rebus dubijs. col.  
fin. in fi. dicens ita fuisse obtentum in pra-  
ctica, & esse benè notandum pro liberando  
amico à pœna mortis, idem se testatur Me-  
diolani vidisse Cassanæus, in consuetudini-  
bus Burgun. Rubri. 1. §. 5. vers. Archidiaconus.  
n. 70. quam sententiam sequuntur plu-  
res relati, per Couar. in practis quæstioni-  
bus. c. 34. n. 1. & d. D. Perez vbi supra. Col.  
745. in fine. & sequentibus & per doct. An-  
to. de Padilla, vbi supra, nu. 6. eamque testa-  
tur communem. Bosius, in sua practica cri-  
min. §. finali. q. 36. versic. Euenit. plerunq̄  
vbi refert alios autores testificâtes de practi-  
ca huius opinionis. Idè nouissimè fecit Lu-  
douicus Mexia, in Pragmatica taxæ panis. cō-  
clu. 5. nu. 74. foli. 84. & testatur eam esse ma-  
gis receptam, licet illam vix obseruent laici  
iudices, Menoch. de arbitrar. iudic. Centu-  
ria. 4. lib. 2. casu. 371. nu. 13.

His tamen omnibus, non obstantibus  
prædicta sententia vera non est, sed imo fal-  
sa & non tenenda, sed potius contraria, q̄ de-  
linquentibus simul clerico & laico vnus-  
quisq; eorum coram suo iudice sit conuenien-  
dus: clericus coram ecclesiastico, laicus ve-  
ro coram seculari: itaque laicus hoc casu mi-  
nimè poterit conueniri coram iudice eccle-  
siastico, nec per eum puniri. Quod primo  
probat per nostrâ. l. Regiam. vbi priuile-  
gium fori coronatis concessum tanquam  
personalissimum consideratur, imò per eam  
restringitur, vt minimè locum habeat, nisi  
concurrentibus qualitatibus de quibus in  
ea & hoc respectu tantum ipsius clerici non  
vero alterius laici, etiam simul delinquentis  
cum eo. Nec obstat q̄ lex nō loquitur hoc  
casu quia id libèter fateor, negari tamè non  
potest quin vrgens præbeat argum. pro hac  
parte. Secundo idem probatur, ex text. an. l.  
si quis vxori. in principi. ff. de fur. vbi in deli-  
ctis socij criminis minimè gaudet priuile-  
gio socij. Tertio probatur, quia inquisitio  
delicti, & eius pœna diuidua est inter delin-  
quētes in qualibet enim persona eorū repu-  
tatur diuersum ac distinctum delictum. ar-  
gum.

gum. l. 1. cū materia. C. de conditione furti.  
ergo separari debent ne eludatur iudex se-  
cularis nec suæ iurisdictioni præiudicium  
fiat prætextu clerici, & quilibet debet cōue-  
niri coram suo proprio iudice. Quarto pro-  
batur, argum. tex. in. l. si quis. perferendum.  
§. finali. ff. de furtis. vbi si plures delinquant  
& in vno subsit qualitas aggrauadi delictū,  
& in alio cessat in illo debet per iudicem au-  
geri in hoc verò minime. Quinto probatur,  
argumento text. in. l. minoribus. C. de his  
quibus vt indignis. vbi condemnatis pluri-  
bus de eodem delicto vno eorū appellante à  
prædicta sententia suspenditur tantum per  
appellationem respectu appellatis non verò  
respectu non appellantis. Imo exequi sta-  
tim potest cōtra ipsum qui non appellauit.  
Sexto facit, quia si cōtraria sententia esset ve-  
ra daretur laicis occasio delinquēdi sub tute-  
la clericus cū in eo foro iudices ecclesiastici  
mitiorē pœnā soleāt imponere quod nō est  
permittendū, maximè in fraudē iurisdic-  
tionis secularis. Septimò & vltimo facit, opti-  
ma doctrina Speculatoris & aliorū doctorū  
tenentium quòd fratres tributarij non libe-  
rantur à cōtributione onerum pro suis parti-  
bus si habeant patrimonium vel fundum  
communem cum alio fratre clerico, cum  
hæc onera diuidua sint & commodè distri-  
bui possint pro parte illius fundi vel patri-  
monij adhuc indiuisi, q̄ cōmpetit laicis: ne  
inde damnum Rex, vel Respublica indebi-  
tè patiat, vt aduersus Hippolytū singula-  
ri. 180. contrarium in hac specie existiman-  
tem recenset Couar. vbi supra. nu. 2. & Ota-  
lora de Nobilita. 2. p. c. 1. n. 16. foli. 24. sub-  
dens iudicem ex officio cogere posse illos  
fratres diuidere bona cōmunia, vt ex parti-  
bus aliorum soluantur collectæ & plures re-  
ferens dict. doct. Perez vbi supra. Colla. 748.  
& Mexia, vbi supra. nu. 77. fol. 84.

Quare hanc secundam sententiā in quæ-  
stione principali, verissimam esse & sepi-  
simè & communiter in iudicijs practicatam,  
contrariam autem minimè, affirmant plu-  
res, tam exteri quam nostrates, vt constat  
ex relatione Antoni. Gom. Couar. doct. Pe-  
rez, dict. Antoni. de Padilla. Iulio Claro, &

Mexia, vbi supra, qui omnes idem affirmant  
& horum Iulius, inquit, ab hac comuni  
obseruantia non esse recedendum in practi-  
ca, quā opinionē expressè probauit. lex. 123.  
Stili. & facit lex. 9. eiusdem Stili, hanc refert  
esse veriorē & receptiorē ex supra di-  
ctis Ioannes Garcia. dict. Regu. 9. nu. 5. Non  
obstant fundamenta adducta pro. i. opinio-  
ne, quia ipsa loquuntur & procedunt in re-  
bus & causis connexis, indiuiduis & insepa-  
rabilibus nos verò agimus in diuiduis. Qua-  
re si essemus in causa indiuidua & commu-  
ni, ita quidem vt nulla possit cōgrua distin-  
ctio nec diuisio fieri inter socios quorum al-  
ter fori priuilegium haberet, tunc tota cau-  
sa, etiam quo ad socios nō habentes priuile-  
gium esset tractanda coram iudice illius,  
qui fori priuilegium haberet, vt ex dict. l. si  
communem. ff. quemadmodum seruitutes  
amittantur annotarunt varia exempla fin-  
gētes plures relati à Couar. vbi supra. d. n. 2.  
qui. n. 1. præcedēti latè agit de intellectu. d. c.  
per tuas. de arbi. ne obstat nostræ verissimæ  
& receptæ sententiæ text. in. l. finali. C. de  
accusatio. non probat. i. sententiā, quia ver-  
ba eiusdem. leg. 5. relata sunt enunciatua à  
quibus argumentum non est sumendum,  
quia non inducunt dispositionem. l. Publia.  
§. finali. ff. de positi. Non obstat etiam do-  
ctrina Barto. in dict. l. præcipimus. §. eodem  
obseruando. nu. 2. quia præterquam, quòd  
contrarium tenent alij & eos referens Me-  
xia, vbi supra. nu. 76. ipsam nunquam vidi  
practicari, imò contrarium seruari in praxi.  
Nec doctrina eiusdem Barto. in dict. l. solent:  
quia non est vera vt existimat Alex. ibi, su-  
per eum. Non nocet sententiā Federici de Se-  
nis, tenentis. d. consil. 167. quòd mulier quæ  
comisit fornicationē cum clerico efficitur  
de foro ipsius clericus, nam hoc falsum repu-  
to & contrarium legibus huius Regni, quæ  
concubinas clericorum certis quibusdam  
pœnis puniri iubent, & ita quòd concubi-  
na clericus non gaudeat priuilegio fori, no-  
tat post alios Auil. c. 47. prætor. in glo. Sacri  
Ilego. col. 2. dicens quòd in Ciuitate Placen-  
tiæ inuenit quandam prouisionem Senato-  
rum Regalium, vbi cauebatur quòd episco-  
pus

pus illius ciuitatis seu eius vicarius & pro-  
uisor non cognosceret contra dictas concu-  
binas clericorum super concubinato, sed tā-  
tūmodo iustitia secularis illius ciuitatis. Nō  
obstat etiā sententia, gl. in. d. l. fi. ver. fratri-  
bus. C. de muneri. & hono. nō conti. lib. 10.  
quia nimis dura est, & ideo eam reprobant  
Bart. & Platea. dict. l. fin. & dicit communi-  
ter illā non seruari in praxi Cagnol. in dict.  
l. si emancipati. n. 58. & inquit dominus An-  
tonius de Padu. in dict. l. i. n. 5. C. de diuer. ref.  
crip. quod nec ipse in iudicijs si ex facto res  
agitaretur crederet obseruandam opinionē  
dict. glo. præterquam in indiuiduis, in qui-  
bus saluari ipsa potest. Addit Auend. 2. p. c.  
14. prætorum, n. 32. quod esset durum in no-  
stra Hispania practicari opinionem illius  
glo. præterquam in bonis confraternitatis,  
cuius maior pars esset nobilium.

## ¶ Finis. 6. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

1. **C**lericus primæ tonsuræ vel in mino-  
ribus ordinibus constitutus, habes  
beneficium ecclesiasticum, non tamen  
deferens habitum vel tonsuram clerica-  
lem, gaudere debeat priuilegio fori in  
criminalibus? Deciditur affirmatiue.  
2. Lex alteram referens, debet intelligi iux-  
ta terminos, qualitates ac tenorem eius-  
dem leg. late.

L. i. tit. 4. lib. i. Nouæ  
Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. VII.

**C**irca dict. l. i. tit. 4. libr. i. Nouæ  
Colle. Regiæ. ibi. *Y juntamente  
con qualquiera destas qualida-  
des traxere habito, y tonsura clerical.* Que-  
rō vltorius an clericus primæ tonsuræ, vel

in minoribus ordinibus constitutus habens  
beneficium ecclesiasticum. nō tamen defe-  
rens habitum vel tonsuram clericalem. gau-  
deat priuilegio fori in criminalibus? & vide-  
tur ipsum minimè gaudere, ex dictis verbis  
iunctis præcedētibus, vbi copulatiuè requi-  
ritur quod coronatus habeat beneficium &  
habitum tonsuramque clericalem deferat  
vt fori priuilegio fruatur, vt patet inferius  
ibi, *y que de otra manera no gozen del pri-  
uilegio del fuero.* Adeo, vt in contrarium  
non valeat consuetudo, vt arbitratur Domi-  
nicus à Soto in. 4. distinct. 24. artic. i. pagin.  
28. col. i. in versu. Rursus. Sed his non obsta-  
tibus in præfata specie contrarium cenfeo  
tenendum, imo q̄ clericus primæ tonsuræ  
beneficium ecclesiasticum obtinens cano-  
nicè, gaudere debeat priuilegio fori præ-  
cipuè in criminalibus, etiam si habitum &  
tonsuram clericalem non deferat, quamuis  
ob id à suo iudice ecclesiastico puniri pos-  
sit ac valeat, vt deciditur in Decreto. 6. de re  
format. Sessio. 23. Sacri concil. Trident. ibi,  
Isetiam fori priuilegio non gaudeat, nisi be-  
neficium ecclesiasticum habeat, aut cleri-  
calem habitum & tonsuram deferens, &c.  
Coronatus itaque habens beneficium eccle-  
siasticum gaudet priuilegio fori, quāuis ha-  
bitum & tonsuram clericalem non deferat,  
hoc namq; solum requiritur ibi in clerico  
primæ tonsuræ, vel minoribus ordinibus  
insignito non habente beneficium ecclesia-  
sticum, vt expressè deciditur ibi, & constat  
ex illa dictione, aut, quæ est disiunctiua: nec  
his obstat lex nostra Regia, in verbis supra  
relatis, quia ipsa in eis solum refert atq; ma-  
terna lingua exponit literam concil. Trid.  
in præfato Decreto. 6. sicq; debet intelligi  
iuxta terminos & qualitates ac tenorē eiuf-  
dem Decreti, ibidem relati ex traditis per  
Burgos de Paz, in. l. 3. Taur. in. i. part. conclu-  
sione. 3. num. 344. & 345. vbi latè id probat,  
& dum dicit dict. l. i. *Y juntamente con  
qualquiera destas qualidades traxere ha-  
bito y tonsura clerical, &c.* Intelligi de-  
bet, scilicet, quando inseruerit ecclesiæ, vel  
in aliqua

in aliqua vniuersitate studuerit eum licen-  
tia Episcopi: hæ enim sunt duæ qualitates  
proximiores, non vero referri debet ad ca-  
sum remotiorem, nempe coronati habitus  
beneficium ecclesiasticum: lex etenim no-  
stra in prædictis verbis non vult, nec inten-  
dit (non dico q̄ possit) corrigere dict. Decre-  
tū. 6. Concil. Trid. in hac specie prout con-  
tingeret si aliud diceremus, sed tantum re-  
fert verba eiusdem & præcipit, vt concilium  
obseruetur, in dubio autem non est inducen-  
da legitima correctio, vt in. l. Sancimus. C. de  
restam. & in. l. præcipimus. C. de appell. hoc  
q̄ clarius efficitur ex eadem leg. paulo post,  
ibi, *Y no se haya fraude a lo dispuesto cerca  
dellas por el dicho Concilio.* Itaque qualita-  
tes concilij iubet sine fraude obseruari: sed  
ipsum Concilium tantum requirit qualita-  
tem habitus & tonsuræ clericalis, in corona-  
tis non habentibus beneficium ecclesiasti-  
cum, vt est prædictum. Præterea hoc fit ma-  
nifestū ex instructione Regiæ. ad fin. d. tit. 4.  
apposita, vbi requiritur habitus clericalis &  
tonsuræ in ordinatis minoribus ordinibus  
tantum, & in cap. antepenultimo. illius in-  
structionis loquente de habentibus benefi-  
cium ecclesiasticum id non requiritur, ha-  
bitus nempe & tonsuræ clericalis delatio  
ad hoc, vt coronatus gaudere debeat priui-  
legio fori in criminalibus.

## ¶ Finis. 7. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

1. **A**n clericus primæ tonsuræ, vel aliis  
in minoribus ordinibus constituti  
non coniugati liberi sint atque immunes  
ab omnibus subsidijs, censibus & tribu-  
tis indiētis, siue gabella.

L. 2. tit. 4. lib. i. Nouæ  
Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. VIII.

**Q**uæro an clerici primæ tonsuræ  
vel aliis in minoribus ordinibus  
constituti non coniugati, liberi  
sint atque immunes ab omnibus  
subsidijs, censibus & tributis & indiētis, siue  
gabella à quibus clerici in sacris constituti  
liberi censentur. In qua quæstione ante No-  
uam Collectionem legum huius Regni opi-  
niõ affirmatiua, tam iure communi quam  
regio præualuit, fuitque recepta communi-  
ter, imò iure Canonico probata in cap. quan-  
quam. de censibus. in sexto. vt resoluit Co-  
uar. in lib. Practicarum quæst. ca. 31. nu. 9. &  
post eum Matien. in. l. i. tit. 10. lib. 3. Nouæ  
Collect. Regiæ. glo. i. nu. 4.

Hodie tamen attentata. l. Regiæ. 2. tit. 4. lib.  
i. eiusdem Collect. Regiæ, qua cauetur q̄  
clerici in minoribus ordinibus constituti sol-  
uant gabellam & cætera tributa, sicut laici,  
nisi sint soluti & actualiter habeant benefi-  
cium ecclesiasticum, contraria opinio nega-  
tiua tenenda est, scilicet, quod constituti in  
minoribus ordinibus etiā si aliis priuilegio  
fori gaudere debeant in cæteris tamen om-  
nibus pro laicis reputentur, tam in contribu-  
tionibus quàm in reliquis & sic contribuere  
debent sicut laici, nisi sint soluti & actualiter  
habeant beneficium ecclesiasticum: itaq;  
si id non habeant, etiam si deferat habitum  
congruentem & tonsuram debeantq; ob id  
gaudere priuilegio fori, ad huc tenebuntur  
soluere gabellam & reliqua tributa tanquam  
laici per nostrā legē supra dictā, & quāuis vi-  
deatur tendere contra libertatē ecclesiasticā  
& clericorū priuilegia, & ideo nō seruanda, vt  
in. c. quæ in ecclesiis. & in. c. ecclesia S. Ma-  
riæ. de Constitutio. & in Auth. cassā & irrita.  
C. de sacrosanctis ecclesijs. attamen cum hæ  
personæ non sint merè ecclesiasticæ, sed po-  
tius laicæ, potuit iuste condi. & seruanda est  
absq; dubio, præcipuè cum ante ipsius legis  
promulgationē Regiæ. literæ fuissent con-  
cella,



cessa, vt clerici primæ tonsuræ, etiam non coniugati cogentur soluere gabellam, vt testatur Couar. vbi supra: & credendum est id non semel decretum fuisse, & sic consuetudine introductum esse, quæ consuetudo multum potest in his immunitatibus, vt fatetur idem Couar. vbi supra, nec ius Canonicum expressim vetat in clericis primæ tonsuræ.

## ¶ Finis. 8. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

1. **S**ententia diffinitiva super declinatoria iurisdictionis Regalis opposita, an sit necessaria ad hoc, vt clerici primæ tonsuræ eam opponentes indigni efficiantur publicis officijs secularibus: pars affirmatiua probatur. l. Regia.
2. Hæc tamen lex procedit in causa feudi, & alijs id genus, quarum iudex secularis est competens, & tamen declinatur eius iurisdictione.
3. An pœnitentia ante sententiam sufficiat ad hoc, vt declinans iurisdictionem secularem non efficiatur indignus his officijs publicis.

L. 3. tit. 4. lib. 1. Nouæ  
Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. IX.

1. **V**ero circa l. 3. eiusdem titu. 4. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ. qua cauetur, vt clerici primæ tonsuræ, etiam qui aliàs iuxta Decretum sancti Concil. Trident. & l. Regias præcedentes debeant priuilegio fori gaudere, qui semel vsi fuerint fori præscriptione aduersus iudicem secularem eiusque forum declina-

uerint, quod vulgo dicitur: *Que viueren resumido la corona, ò reclamado a la corona*, Indigni censeantur publicis officijs secularibus. An ad hoc, vt hæc decisio procedat requiratur, & necessaria sit sententia diffinitiva iudicis super prædicta declinatoria, & resumptione primæ tonsuræ, vel sufficiat illam proposuisse, quamuis non fuerit prosecuta vsq; ad sententiam. Quæ in re requiritur necessario sententiam diffinitiuam, & sic, qd cū effectu fuerit declinata iurisdictione iudicum secularium pluribus fundamentis probat & tenet atq; defendit doct. Perez, in l. 17. tit. 3. lib. 1. Ordin. col. 123. & sequent. & in terminis, inquit, hoc tenere Bald. in l. si quis in suo. n. 5. C. de in offi. testam. vbi Bald. dicit, qd si statuto caueatur, vt si qd declinasse inueniatur iurisdictionem cõspõsit impunè offendi. Hoc non habebit locum ex sola oppositione exceptionis declinatoriæ iurisdictionis, dum super illa nodum est pronunciatum secundum Bart. quem refert in duobus locis, quam Baldi opinionem, quamuis ad terminos alterius, l. Regiæ de qua infra in alia quæstione agemus tenet, licet sub dubio Couar. in Practicis quæst. c. 33. n. 6. & Mexia, in Pragm. taxæ panis. concl. 5. n. 61. fol. 82. Sed hoc non obstantè contraria sententia est tenenda, imò quod decisio nostræ. l. 3. procedat, etiam si ad sententiam non fuerit peruentum super declinatoria cum solum factum resumendi priuilegium tonsuræ, & declinandi iurisdictionem regalem considerent. l. Regiæ, vt poena leg. locum habeat, & in hoc casu quo factum tantum non vero effectus consideratur loquitur Bald. vbi supra, & in terminis ita tenet Auenda. l. part. cap. 19. prætorum. num. 22. in principio, cuius opinio hodie nouissimè per hanc nostram. l. Regiam Nouæ Collect. approbata est, vt constat ex illis verbis: *Aunque nõ obtegan sentècia, ni legue el negocio a ello*. Quare non est amplius hæsitandum super hoc, cum legislator ad tollendum dubium & controuersiam, quæ ante erat in hoc articulo id expresserit, quod etiam aduertit doct. Azevedo. hic nu. i. dicens hanc. l. approbare

probare opinionem Auend. vbi supra.  
2. Placet tamen intellectus huic. l. assignatus. per doct. doct. Perez, vbi supra. col. 144. vt intelligatur quando coronati declinauerunt iurisdictionem secularem in causa feudi, vel alijs id genus in quibus iudex secularis est competens, & tamen ab eius iurisdictione declinatur, tunc enim iustum est vt qui iurisdictionem secularem declinauerit, dignitatibus & officijs publicis secularibus careat & indignus eorundem efficiatur, quod comprobari potest ex l. 9. titu. 1. lib. 3. Ordinum. veter. ibi, *Maliciosamente por fatigar a su contrario*. Idem doct. Perez, in l. 10. titu. 1. lib. 1. col. 801. ibi, quia ista lex.

3. Si tamen post propositam declinatoriam ante sententiam pœnituerit, & ab ea expresse recesserit, videtur ei parcendum, vt tenet doct. Perez, vbi supra, de quo hodie attendenda nostra. l. dabito, propter nimiam generalitatem ipsius, quæ solum ipsum factum declinandi considerat: si tamen opinio hæc doct. Perez alicui placuerit eam limitandam censerem, si pœnitentia & recessus à declinatoria fieret postquam ageretur de consequendo aliquo officio Regali, antequam consequeretur, quia videtur id in fraudem leg. factum: Et forsan clarius dici potest, quod hæc lex ponit tres casus de eo qui habet ordines minores. Primus casus est, in resumendo coronam. Secundus est, quando declinauerit iurisdictionem secularem. Tertius est, quando potest gaudere priuilegio fori, quod cõuincitur per dictionem, *O, quæ inducit casuum diuersitatem*, vt in l. hæc verba. 124. ff. de verbor. signific. hoc supposito considerari potest qd nostra lex et si dicatur de declinante iurisdictionem habere secularia officia, non posse etiã ante sententiam, non hoc ipsum dicit in primo casu, scilicet, in resumendo coronam, quod scilicet, is etiam ante sententiam non possit habere officia: & ratio diuersitatis est, quia declinare fit coram iudice seculari: & sic est maior audacia, sed reassumere coronam fit coram ecclesiastico, quo casu requirebatur reassumptio cū effe-

ctu: ita quod sequeretur sententia, & hoc per nostram legem non reperitur correctum.

## ¶ Finis. 9. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

1. **C**oronatus declinans iurisdictionem secularem amittit Regias concessiones, vt in hac. l. sed an iusta sit. Hoc procedit quando quis declinauerit malitiosè iurisdictionem secularem, vt in casu non permisso.
2. Cautela, vt coronatus in pœnas huius leg. minimè incurrat, nempe vt iudex ecclesiasticus ex officio suo non ad instanciam partis petat remissionem causæ.

L. 4. tit. 4. lib. 1. Nouæ  
Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. X.

1. **V**ero primo, circa l. 4. titu. 4. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ, sic aliter: *Qualquiera nuestro vasallo, que de nos ouiere tierra, ò lanças, ò de clina-re iurisdiction de nuestro juez seglar: di ziendo ser clerigo de corona, y nõ ser tenudo de responder ante nos, ò ante nuestro juez seglar por la dicha razon: que por esse mesmo hecho aya perdido, y sea priuado de la tierra, y lanças que de nos tienen, ò tuieren, &c.* An hæc lex sit valida & seruanda? Et videtur quod non quia tendit contra libertatè ecclesiæ & priuilegia clericorū. arg. tex. in. c. quæ in ecclesiarum cum similibus. de constit. & in Authentic. cassa & irrita. C. de sacrosanct. Sed hoc nõ obstantè contrariū est tenendū, imò qd hæc lex sit iusta & seruanda, iura enim in cõtrarium adducta debent



intelligi quando lex vel statutum aufert clericis directè vel indirectè aliquod ius, vel priuilegium inductum à iure communiv el canonico: secus verò si auferat ius vel priuilegium quæ habent & sibi competunt ab ipsis regibus, vel dominis statuentibus, vt in nostra leg. quia tunc bene valet eorum dispositio iuxta tradita per Paul. de Castr. in l. si quis curialis. num. 5. C. de Episcop. & cleric. quem refert & sequitur Anto. Gom. 3. Tomo. c. 10. num. 7. hanc legem latè etiam defendit doct. Perez. in l. 10. titu. 1. libr. 3. Ordina. col. 801. dicens quòd Rex poterit, sicut quilibet alius imponere subdito etiam ecclesiastico talem leg. dicendo: Quicumq; noluerit stare coram me, vel meo officiali in causis in quibus fuerit conuentus sit priuatus omnibus emolumentis, commoditatibus, atq; stipendijs à me habitis. Et talis dispositio, vel conuentio, est seruanda. argum. cap. verum. de conditio. apposi. & l. 1. C. de donat. quæ sub modo. Addo ego quòd videntur à principio, supra dicta & concessa, iuxta. l. iuris communis & huius Regni, ea tacite concedentis, quæ est, vt ipsius iurisdictionem nõ recusent, alioqui indignus eorum censetur donatarius tanquam ingratus. argum. l. si. cum materia. C. de reuocandis dona.

2 Ex quibus dubitari posse videtur de intellectu huius leg. assignato per eundem doctorem Perez. in præfenti, scilicet, in. d. l. 10. titu. 1. libr. 3. Ordina. vete. col. 801. versic. quia ista lex, & colla. sequenti existimantem decisionem huius leg. esse intelligendam quando malitiose declinat quis iurisdictionem secularem & in casu non permisso, vt in l. 9. præcedentibus, *Que maliciosamente por fatigar à su contrario, &c.* Quia hæc declinatoria inutilis & fraudulosa clericis prohibetur, ne vexetur cõtrarius & vt facilius suum consequatur. Nam cum lex hæc tantum auferat clericis primæ tonsuræ emolumenta & stipendia à Regia Maiestate concessa videtur ipsa locum habere quocunq; modo declinauerit clericus primæ tonsuræ

forum iudicis secularis. Nec obstat dict. l. 9. ibi, Maliciosamente: quia ea lex non tantum punit in suo casu laicos asserentes iudicem secularem non posse cognoscere de causa, & petentis eius remissionem fieri debere ad iudicem ecclesiasticum, amissione officiorum & stipendiorum aliorumque emolumentorum; sed etiam omnium bonorum suorum fisco. Regio, amplificandorum: tum præterea quia non loquitur in clericis, sed in laicis asserentibus causam non pertinere ad iudicem secularem sed ad ecclesiasticum.

Adhuc tamen his non obstantibus verus videtur intellectus assignatus per doct. Perez. ad nostram leg. vt procedat quando coronatus declinat iurisdictionem iudicis secularis in casu & causis ad ipsum mære pertinentibus, vel etiam in causis mixtis vtriusq; fori, & sic quoties iudex secularis deberet, vel posset cognoscere etiam per præsentionem: tunc enim esset proprium ipsius forum: quia alias si iudex secularis vellet cognoscere aduersus coronatum, vel etiam omnino laicum, de causa ad forum ecclesiasticum tantum pertinente, vt pura spirituali, vel spirituali annexa, vel alijs ad forum ecclesiasticum spectantibus, si coronatus vel etiam mære laicus iurisdictionem iudicis laici declinat, non amitteret. Profecto dictas Regias concessiones, nec procederet nostra lex, nec dict. l. 9. cum ipsa loquatur in malitiose declinante: & licet hoc verbum nostra lex non expresserit est in ea intelligendum: alias enim statuentes cõtrarium essent in peccato ac excommunicati, cum esset statutum contra immunitatem & iurisdictionem ecclesiæ, vt in cap. quoniam. de immunitate ecclesiarum quod non est dicendum, nec præsumendum velle legislatorem iuxta tradita per eundem legislatorem, in dict. l. 10. col. 802. Eundem intellectum probauimus in nostro Tract. de Iuramen. Confirm. cap. 2. num. 27.

3 Erit autem bona cautela, vt coronatus in casu huius. l. & l. 3. præcedentis non amittat prædicta regalia, scilicet, vt ipse non declinet

clinet iurisdictionem secularem, nec petat remissionem causa fieri ad iudicem ecclesiasticum. Sed iudex ecclesiasticus ex suo officio & non ad instantiam partis petat prædictam remissionem. argumeto text. in cap. si iudex laicus. de sententia excommunicationis. in sexto. & ita plures id tenentes refert & sequitur contedens posse fieri Anto. Gom. dict. 3. Tomo. cap. 10. nu. 7. ad fin. & doct. Perez. vbi supra. col. 802. circa fin. & col. sequenti, dicens hanc esse notabilem cautelam & menti tenendam & practicari solitam, & nos quoq; vbi supra. d. c. 2. n. 28. & sequitur doct. Azevedo in præfenti. nempe in l. 1. (huius titi) num. 2.

Sed videtur quòd hæc cautela procedere minimè possit si teneamus intellectum eiusdem doct. Perez. de quo modo supra ad nostram leg. nempe vt procedat in causis pertinentibus ad fori seculare & etiam in causis mixtis ad vtrumq; fori spectantibus, & sic vbi habet locum præsentio. Ex quo videtur quòd iudex ecclesiasticus minimè possit laicos repetere. Sed hoc non obstante prædicta cautela est vera, iuridica & tenenda, vt patet ex adductis per supra dictos doctores. Non obstat difficultas supra dicta quoniam licet attentio iure communi iudex secularis possit cognoscere in illis causis contra laicos, ex priuilegio tamen clauso in corpore iuris competit clericis primæ tonsuræ, vt possint forum ecclesiasticum expetere & seculare declinare: in criminalibus modo omnes qualitates ad hoc requisitæ à Sancto Concil. Trid. & l. Regijs præcedentibus cõcurrant: in civilibus autem dic, vt resolui-mus in Tract. de Iuramento Confirm. 1. part. cap. 17. num. 11. & sequentibus. Quare id quod posset facere dictus coronatus poterit etiã ipso non petente facere ex officio iudex ecclesiasticus pro suo interesse: & sic ratione suæ iurisdictionis, vt probatur per dictos doctores: Sed caueat coronatus ne id affectet, vel procuret, scilicet, prædictam declinatoriam & remissionem: quia si de eo constiterit incurrit poenas harum legum: quia remedium affectatum, vel procuratum nemini prodest, vt quamplurimis iuris deci-

sionibus comprobari potest, & in terminis tenet doct. Azevedo, vbi supra. n. 2.

#### ¶ Finis. 10. Quæstionis.

#### SUMMARIVM.

**A** N sententia diffinitiva requiratur super declinatoria, ad hoc vt coronatus declinans iurisdictionem secularem amittat Regias concessiones, pars negatica eligitur.

#### Adeand. l. 4.

#### QVÆSTIO. XI.

**Q** Væro secundo an ad hoc, vt poena. d. l. 4. locum habeat requiratur, vt sententia diffinitiva feratur super ipsa declinatoria, vel sufficiat tantum factum ipsum declinandi, licet ad sententiam prædictam non perueniatur. Et videtur requiri sententiam & aliter non incurri poenam huius leg. ex traditis per me in quæst. 8. supra, in primo loco. & per Couar. Practicarum quæst. ca. 33. num. 6. in fin. Sed hoc non obstanteteneo cõtrarium, vt ibi tenui, & præterea per nostram. l. ibi, *Que por esse mismo hecho aya perdido, sea prinado, &c.* Et sic lex non tantum effectum quam nudum factum declinandi considerat. Idque maximè verum efficitur ex mente leg. præcedentis, vbi id aperuit quare eadem videtur durare in sequenti, hoc est, in casu nostræ. l. 4. & quantum quibusdam videri possit hoc argumentum contra nos retorqueri posse: quia cum lex præcedens id expresserit & sequens omiserit videtur innuere cõtrarium: quia si idem vellet & expressisset argum. l. vnic. C. de cadu. tolend. in versic. sin autem. ad deficientis. in fin. respondere eiusdem possum, id non procedere quoties in sequenti dispositione aliud exprimitur q̄ æquipolleat primo prout in nostra. l. exprimitur, scilicet,

*Que por esse mismo hecho aya perdido, &c.*  
Et sic videtur idem his verbis sensisse no-  
stram leg. quod præcedens in illis, *nunquæ*  
*no obtengan sentenciam, ni legue el nego-*  
*cio a ella.* Quamuis hæc verba expressiora  
sint per quæ & nostra lex declarari potest:  
quam non fuit opus eadem repeti in nostra  
leg. ne toties idem inculcetur quando quid-  
dem de mente constat, & ita tenco, & post  
hæc scripta idem probat doct. Azevedo hic  
dicens nostram leg. procedere in hoc per  
solam petitionem quâuis ulterius non pro-  
cederetur. Et hac in declinate iurisdictione  
secus in reassumente coronâ, coram iudice  
ecclesiastico in quo sententia requiritur, vt di-  
ximus supra. q. 7. in fi.

¶ Finis. 11. Quæstionis.

SVM MARIVM.

- 1 **C**oronati declinantes iudices secu-  
lares arma deferre non possunt,  
& an ad hoc requiratur sententia super  
dicta declinatoria, vel sufficiat tantum  
declinasse.
- 2 **P**œna leg. regia clericis ob delationem ar-  
morum illata coram quo iudice exigen-  
da sit, & numeris sequentibus.
- 3 **I**ure communi regulariter armorum vsus  
est prohibitus, tam laicis, quam clericis.
- 4 **S**tatutum laicorum aduersus arma por-  
tantes comprehendit etiam clericos.
- 5 **A**rma non amittuntur nisi quis actualiter  
fuerit deprehensus cum eis, etiam si con-  
stet illum arma portasse.
- 6 **V**era resolutio in quæstione principali, corâ  
quo iudice exigenda sit pœna armorum  
delationis illata contra clericum: nem-  
pe respectu captionis armorum iudicem  
seculari ipsiusq; ministrum esse com-  
petentes, respectu vero alterius pœnæ  
pecuniariæ, vel correctionis in personam

- 7 **I**udex secularis ipsiusq; familia potest, imo  
debet clericum armis deprehensum de-  
tinere & consignare suo iudici, vt il-  
lum puniat.
- 8 **I**udex secularis poterit clericum cum ar-  
mis post delictum commissum & decli-  
natoriam oppositam ad ecclesiam confu-  
gentem eis in ecclesia spoliare.
- 9 **S**ecus in laicis.

L. 5. tit. 4. lib. 1. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XII.

¶ Vero circa l. 5. tit. 4. lib. 1. Nouæ  
Collect. Regiæ, quæ ita se habet.  
**M**andamos que de aqui adelante  
te las personas que se han llama-  
do, o llamaren, a la corona para se excimir  
de la nuestra jurisdiccion Real, no tra-  
yan armas algunas, publicas ni secre-  
tas, aunque para ello tengan nuestras car-  
tas, no obstante las leyes que permiten traer  
armas: por que nuestra intencion no es que  
las tales leyes se estiendan a las tales perso-  
nas. Y si las traxeren que las pierdan: y  
mas incurran en pena de seys mil maraue-  
dis: la mitad para nuestra camara y las di-  
chas armas, y la otra mitad para el denun-  
ciador y juez que lo sentenciare. An ad in-  
currendas pœnas huius. I. requiratur senten-  
tia diffinitiva super declinatoria, necne. Et  
quanuis ex supra à me adductis in quæstio-  
ne præcedenti, nempe, 9. & 10. videri forsân  
posset sententiam non requiri ad hoc, vt no-  
stra lex. 5. procedat in casu tñ ipsius: quia ea  
alijs verbis vtitur nepe, *q se han llamado,*  
*o llamaren a la corona para excimirse de la*  
*nuestra jurisdiccion Real.* Ex quo videtur,

NON

non tantum factum ipsum, vt in ll. præce-  
dentibus sed etiam effectum considerari, vt  
patet ex illis verbis. *Para excimirse de la*  
*nuestra jurisdiccion.* Merius videtur requiri  
sententiam super hoc, nec sufficere fori de-  
clinatoriam, nisi super ipsa pronunciatum  
fuerit, & sic quod exceptio habuerit effe-  
ctum: nam ex sola allegatione reassumpsis-  
se coronam non dicuntur coronati nec fo-  
rum declinasse, vt in terminis nostræ leg. ex  
pluribus probat Ludouicus Mexia in prag-  
matica taxæ panis, conclusione. 5. num. 61.  
fol. 82.

- 2 **M**aius autem dubium est coram quo iu-  
dice hæc pœna quæ ob armorum vsum cle-  
ricis hæc leg. inferitur ab ipsis exigenda sit co-  
ram seculari, vel ecclesiastico. Pro cuius qui-  
dem quæstionis præuia intelligentia sciend-  
um est iure communi regulariter, arma ef-  
se prohibita & eorum vsum vetitum, tam  
clericis quâ laicis, tam intra ecclesias quam  
foris, per text. in l. 1. c. vt armorum vsus.  
in scio principe interdicit. fit. lib. 11. c. clerici  
arma. de vita & honest. cleri. vbi inquit tex.  
Clerici arma portantes & vsurarij excōicen-  
tur. Et ibi gl. hoc intelligi nō ex iusta cau-  
sa. tex. in c. 1. §. si clericus. & in §. si quis rusti-  
cus. De pace & eius violatore. lib. 11. tradunt  
latè Corne. consil. 20. lib. 3. Socin. Regu. 30.  
Cota, & Tiraquel. & eos referes. Couar. lib.  
2. Variar. resolu. c. 20. num. fin. col. fi. Idem  
in practicis quæstionibus. cap. 33. num. 7. Ia-  
cò Jacobus Menoch. de arbitrar. lib. 2. Cen-  
tur. 4. casu 94. Iulius Clarus. lib. 5. Senten-  
§. fin. quæst. 82. in statuto. 6. de delatione ar-  
morum. extant hæc de. ll. Regiæ. 456. &  
7. & 9. titu. 9. lib. 6. Nouæ Collect. Regiæ.  
Quare iustissimè leg. nostra cauetur, vt  
qui clericatus priuilegio gaudere decreue-  
rit vocans se ad primam tonsuram (vt aiūt)  
vt se excimat à iurisdictione Regali in dero-  
gationem ipsius beneficio deferendi arma  
certo modo & forma ab eisdem supra di-  
ctis legibus Regijs laicis cōcesso vt non de-  
beat: congruit enim rationi, vt qui iure cle-  
ricatus forumulare subterfugit, idem tan-  
quam clericus. priuilegio laicis cōcesso suo  
proprio facto priuetur. quo fit clericos non

posse arma portare, quæ leg. laicorum sint  
interdicta iuxta text. in dicti cap. 11. §. si cleri-  
cis de pace tenenda & eius violat. \* Vnde  
statutum laicorum aduersus arma portan-  
tes comprehendit etiam clericos: quia in  
his quæ concernunt publicam vtilitatem  
clerici comprehenduntur. Eaddictos. C. de  
Episcopali audientia. At arma non portare  
concernit vtilitatem publicam & quietem to-  
tus populi vt in authenticis de armis in prin-  
cipio. Colla. 6. Et præterea armorum vsus nō  
solum iure civili, sed etiam canonico est in-  
terdictus, vt supra est dictum. Ita existimat  
Palatius Rub. in Rep. c. per vestras n. 2. no-  
tab. in vers. sed est pulchra dubitat. nu. 13. de  
donat. inter virum & vxor. Couar. in practi-  
quæ. it. d. c. 33. nu. 7. doct. Perez in loco infra  
citando. col. 541. Ludouic. Mexia in prag-  
matica taxæ panis. 5. conclus. nu. 58. est q; magis eois  
opinio secundum Iul. Clar. in practicis. nu.  
§. fi. q. 36. vers. vltimus quæro. vbi illam se-  
quitur & sic alio loco refert.

Redeūdo modo ad quæstionem nostram  
coram quo iudice exigetur hæc pœna ob  
delationem armorum à clericis: videtur di-  
cendum coram iudice laico hoc fieri posse.  
Atque constare videtur ex eadem leg. no-  
stra. Regiæ dum dicit, *Que las pierdan*  
Ergo, poterunt iudices seculares hinc ar-  
mis hos clericos prima tonsura hinc spo-  
liare. Sicque extat ad hoc Regiæ dictum da-  
tum Hispali & rursus Granata inter ordina-  
tiones Granatenfis Auditorij fol. 74. col. 2.  
vt testatur Couar. dict. cap. 33. num. 7.

Secundo hoc comprobatur vna ratione:  
quia alioqui si à iudicibus secularibus id nō  
fieret, liberâ haberent clericis facultatem ar-  
ma vetita deferre: ac deinde maxima ab his  
scelera liberius perpetrarentur in Reipubli-  
cæ iniuriâ, atq; aduersus ipsius quietem &  
tranquillitatem & ecclesiastici ordinis ac di-  
gnitatis opprobrium. Tertio, quia cum de  
iure requiratur deprehensio actualis cum  
armis, vt eorum condemnatio fiat stan-  
te statuto, quod qui portauerit arma ipsa  
amittat, vel aliquid soluat, quibus verbis vsa  
videtur nostra. l. libi, *Y si las traxeren que*  
*las pierdan.* argum. text. in l. si barsatorum.



C. de fidei iusso. vt tenent plurimi præcipue Paul. in l. i. n. 4. C. vbi senatores, vel clarissimi & alij relati, & sequuti per doct. Perez in l. 2. tit. 14. lib. 2. Ordinarum. col. 540 adq; frequentiori consuetudine, in toto fere orbe Christiano receptum est, nempe arma non amitti, nisi quis fuerit deprehensus armatus: nec si cõsistat illum arma portasse, vt vtriusq; icilicet, tam de iure quam consuetudine affirmat Couar. dict. ca. 33. col. fi. circa finem. versic. Præsertim de qua etiam consuetudine ipso testis sum in praxi & iudex ecclesiasticus non habeat ministros, qui noctu possunt clericos armatos capere: armaq; ab eis tollere clericis vagarentur libere armati, pluraq; committerent delicta, quibus est obuiandum à Regibus quibus hoc competit, merito, vt hoc per decreta Regia & suos ministros fieri possit: vt Respublica in quiete debita & tranquillitate permaneat.

Rursum videtur hanc poenam delationis armorum minimè posse peti contra clericum, nec ab eo exigi coram iudice seculari, sed coram suo ecclesiastico, vt in authenticis statuimus. C. de Episcopis & cleri. & in cap. si diligenti. de foro compet. & in dict. 6. si clericus. clericus enim delinquentes per iudicem ecclesiasticum coercendi & puniendi sunt, non vero per seculares iuxta illud Dauid Propheta. Psalm. 104. Nolite tangere Christos meos. &c. Et in toto titulo de foro compet. & alibi sæpius est enim omnino incapax & incompetens iudex secularis aduersus clericum, vt tradunt doct. per text. ibi, in cap. at si clerici. §. de adulter. de iudi. Improbatur per. II. Regias præcedentes. huius titu. 4. lib. 1. nouæ Collect. vbi cauetur qd coronati concurrētibus qualitatibus ab eisdem. II. post S. Cõcil. Triden. requisitis gaudere debēt in criminalibus priuilegio fori. Sed & alibi sæpius probatur hæc exēptio clericorū à iurisdictione & limitatione iudicis secularis: tam autoritatibus Sacræ Scripturæ, quam Pontificum summorū responsis, vt constat ex latè adductis per ipsum Couar. in Practicis quæst. cap. 31. num. 1. & sequentibus, & in terminis nostræ quæstionis, quod poena delationis armorum veti-

torum sit exigenda à clerico coram suo iudice ecclesiastico, non vero coram seculari tenet & probat Ioannes de Pla. in §. Item lex Julia. In l. i. n. 4. de publi. iudi. col. 4. vers. item nunquid. que refert & sequitur Palat. Rubi. vbi supra, item Couar. dict. ca. 33. n. 7. dicens sibi admodum placere, & addit, imo fortassis non teneri iudicem ecclesiasticum poenam illam aduersus clericum exequi: sed poterit iuriscanonicis poenis & pecuniaria multa eius arbitrio clericum punire, sequitur etiam idem Couar. dict. lib. 2. Variarum. c. 20. col. fi. vers. poena tamen. & doct. Perez, vbi supra, col. 541. eodem vers. & Ludo. Mexi. vbi supra, nu. 71. & 72. vbi n. 73. Hoc secundum, vltimumq; dictum Couar. intelligi debere dicit quando iudex ecclesiasticus sufficienter puniat. Secus autem si leuem poenam imponeret, vt ibi per eum cuius contrarium probauit Iuli. Clari vbi supra, propter communem resolutionem, supra traditam, nempe statutum laicorum contra arma portantes comprehendere clericos: quomodo enim diceretur clericis ligari eiusmodi edictis, nisi ligarentur etiam poena pecuniaria in eis posita. Nihilominus tamen mihi placet opinio Couar. in hoc & sequenti; quoniam etiam huiusmodi statutum prohibitorium delationis armorum cum poena ligabit clericos, poenæ tamen quantitas non ligabit necessario, sed arbitrio ecclesiastici iudicis imponentis.

Quid tenendum? Certè in hac quæstione pro vera resolutione tenendum est, qd aut loquimur respectu captionis armorum tantum & tunc iudex secularis ipsiusque minister potest rectè, imo iustissime clericum quemcūque arma prohibita portantem eis spoliare, & absque villo metu excommunicationis priuare: quia hoc ad secularem iudicem & Reipublicæ Rectorem sine dubio pertinet atque spectat: nec compelli poterit iudex secularis à iudice ecclesiastico arma illa restituere, siquidem lex Regia arma prohibere potuit eaque prohibitio clericos etiam comprehendit, vt prædixi, nec est lex diuina vel humana, quæ contrarium probet imo hæc consuetudo, aut tacita iudicis

iuris

is permissio sanctissima est & in maximam Reipublicam vtilitatem ex rationibus supra adductis pro prima opinione, quæ in hoc casu rectè procedit, vti enim sequeretur qd clericis possent cum armis libere vagari & impune turbare quietem Civitatis, quod esset absurdissimum & nullo modo tolerandum, & ita se habet consuetudo Hispania nostra iuxta hanc primam partem nostræ distinctionis, & resolut. Aut verò loquimur respectu alterius poenæ pecuniariæ vel correctionis in personam clericis faciendæ propter delationem armorum veterorū: & tunc procedat secunda opinio, & omnia pro ea supra allegata, quæ sunt etiam iuridica & vera & in hoc casu propriè & expressè loquuntur & sunt intelligendi Ioannes de Plat. Palat. Rubi. & sequa supra relati, hanc distinctionem verissimam & tenendam esse censeo, quam sequitur Couar. vbi supra vtrouque referes etiam apud Gallos clericos, arma vetita deferentes posse per iudices seculares puniri, etiam poena pecuniaria propter armorum usum leg. Regia vetitum ex priuilegio Romanorum Pontificum ex testimonio Cassiani & aliorum, eandem etiam distinctionem sequitur Mexi. vbi supra dict. nu. 58. & sequentibus. & Iulius Clarus vbi supra, & nouissime doct. Suarez de Paz, in sua praxi. capit. vnic. 8. partis. i. Tomi. num. 7. quo fit, vt in casu huius nostræ leg. Regiæ. 5. respectu armorum amittendorum sit iudex competens contra clericum, cum ipsis deprehensum secularis, respectu vero poenæ pecuniariæ sexmillium dipondiorum, non secularis, sed ecclesiasticus iudex competens sit iuxta supra dictam resolutionem. Quamuis doct. Redin, olim regius cõsiliarius, nunc verò Episcopus Tarraco. in libr. quem fecit de Maestrate Principis. num. 166. cum sequentibus alio dextimet, nempe vtriusq; poenæ exequutionem ad iudicem secularem pertinere, quasi nihil intersit inter hæc. Verum eum reprehendit supra dictam resolutionem probans Sarmient. libr. 7. Selectarū. interpreta. cap. 8. num. 1. & sequent. Posset tamen iudex secularis & ipsius familia, imo deberet clericū cū armis deprehensum impu-

ne detinere & cõsignare suo iudici, vt illum puniat secundum Iulium Clar. vbi supra.

8 Ex quibus omnibus supra dictis infero, qd si aliquis clericus primæ tonsuræ qui declinauerit forum seculare, & petierit remitti ad iudicem ecclesiasticum, vt se eximeret à iurisdictione Regali, & sic in casu nostro leg. postea confugiat propter delictum ad ecclesiam, & ibi inuentus sit cum armis, quæ alias laicis essent permilla, tamen quia sibi iam sunt vetita atque prohibita propter declinatoriam præfatam, vt in nostra leg. Iudex secularis, etsi non possit eum inde inuitum abducere, poterit tamen ab eo intra ecclesiam auferre prædicta arma sibi vetita & prohibita per nostram. I. delinquit etenim is qui fert arma prohibita, & ideo cum hoc delictum in ecclesia committat, quamuis extrahi ab ea, vel puniri alia poena à iudice seculari minimè valeat. Armis tamen spoliari bene poterit, sicut posset extra ecclesiam propter solam delationem armorum sibi veterorum, quamuis aliud delictum non commisisset: quod colligi potest ex traditis per Couar. dict. lib. 2. Variarum. c. 20. vers. Tricesimo sexto. Quod secus esset in laicis, quia statim cum armis à leg. tamen portare permittis, quibus cum delictum commisit ad ecclesiam confugisset: quia in ecclesia eis auferri minimè possent eo casu, quo immunitate ecclesiæ gaudere deberent, vt sensit Couar. vbi supra, & ex eo deducens expressè tenet doct. Azeuedo in l. 3. num. 5. tit. 2. libr. 1. Nouæ Collect. Regiæ.

¶ Finis. 12. Quæstionis.

SUMMARIUM.

1 Iudices & potestates seculares atq; cõcilia populorum, an tempore necessitatis imminētis tritici, possint iuste absq; metu excommunicationis sequestrare triticum & hordeū decimarum & aliorum reddituum ecclesiarum atque personarum ecclesiasticarum ad provisionem Reipublicæ, & numeris sequentibus.

C 5 2 Iudi

- 2 *Indicibus & Rectoribus laicis est permissum cogere omnes tam laicos quam clericos, ut relicto sibi tritico necessario pro sustentatione & alimonia familiarum suarum reliquum, quod habet egen- tibus vendant precio à lege Regia taxato.*
- 3 *Vera resolutio in questione principali, supra, num. 1. posita.*

L. i. tit. 5. lib. j. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XIII.

**Q**Uæro circa. l. tit. 5. libr. j. Nouæ Collectionis Regiæ, quæ cauetur, *Que ninguno sea osado de tomar y usurpar por su propia autoridad los diezmos de las Iglesias: y si los tienen ocupados sin algún título ó derecho, se manda los dexen libre y desembargadamente a las Iglesias a quien pertenecen.*

Soletque frequenter contingere, quòd iudices & potestates seculares & cõcilia populorum sequestrari faciãt triticum & hordeũ decimarum & aliorum reddituum ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum tempore necessitatis in annonam ad prouisionem Reipublicæ, idq; aliquãdo præpostere atq; ex abrupto ac si essent bona laicorũ sibi subditorũ. \*Quare operæ precii duxi querere an id iustè fieri possit an verò illud faciẽtes possint à iudice ecclesiastico illius dicecesis excõmunicari, si inobedientes fuerint atque rebelles infacienda restitutione liberè. Et videtur per nostram leg. iudices seculares ceterosque laicos id minimè facere posse, imò incidant in expressum casum referuatum excõmunicationis ipsõ factõ incurrendæ contentum in bulla Cœnæ Domini, c. 12. quòd sic se habet. *Quiue iurisdictiones seu fructus, redditus & prouentus, ad eccle-*

siasticas personas ratione ecclesiarum monasteriorum & aliorum beneficiorũ ecclesiasticorum per eos obtentorum pertinentes usurpant, vel subripiunt seu quauis occasione vel causa, sine Romani Pontificis expressa licentia sequestrant intellige & expresse excõmunicamus & anathematizamus sicut continetur in c. præcedenti.

Rursum videtur id iustè fieri posse absque metu excõmunicationis per alteram Regiam leg. quæ de iusta taxatione precij tritici loquitur, scilicet. l. i. tit. 25. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ dum dicit: *Y porque por experiencia se ha visto que las personas que tienen el dicho pan, poniendo se tassa lo absconden y encubren, y no lo quieren vender, de que resulta auer falta y estrechez: para que esto se prouea y no aya la dicha falta mandamos a los corregidores, gouernadores, y alcaldes, y otros qualesquier justicias y juezes cada vno en su jurisdiccion: que entendiendo lo por los registros que se han hecho, y por las otras vias y maneras que conuengan, los que tienen el dicho pan para lo poder vender, tomando si les pareciere consigo para esto dos Regidores y otras dos personas del lugar, hagan repartimiento por las personas de qualquier calidad, estado, ó condicion, preminencia, ó dignidad, que sean: ansi clerigos y personas ecclesiasticas, como Comendadores, &c. Sin exceptar persona alguna que en la tal cibdad, villa ó lugar, tuuiere pan de lo que les perteneciẽre que deuen y pueden vender: Y les manden y apremien a que lo vendan segun les fuere por ellos repartido: y que las personas à quien se repartiere sean obligados à lo vèder luego à las personas que lo quisieren comprar, &c.*

2\* Nam attentæ, hac leg. quæ iustissima profecto videtur tempore imminentis necessitatis ne Respublica fame pereat, cum hoc sit munus

munus patrimoniale, & nisi subueniretur huic publicæ necessitati, redudaret etiam in damnum ecclesiæ, vt cum alijs comprobatur Mexia in Commentar. prædictæ. l. Regiæ. i. conclus. n. 64. fol. 21. & 22. est permissum iudicibus & Rectoribus laicis cogere omnes, tam laicos quàm clericos vt relicto sibi tritico necessario pro sustentatione & alimonia familiarum suarum reliquum, quod habent egenibus vendant precio taxato per. d. l. quòd si cogere licitè possunt: ergo & sequestrare triticum poterunt alias enim illud soloria & frustratoria coactio esset cum possent cogendi sunt abscondere triticum alijsq; cautelis vt, quibus non obitat nostra lex Regiæ. l. huius tit. 5. lib. i. Nouæ Collect. Regiæ, nec Bulla Cœnæ Dñi in. c. 5. relato: quia ipsa loqui tantum videtur respectu usurpationis proprietatis tantũ decimarũ & aliorũ reddituũ ecclesiasticorũ, vt ex earũ serie colligitur ibi: *Ninguno sea osado de tomar y usurpar, ni ocupar, por su propia autoridad los diezmos de las Iglesias, sin algún título, derecho.* Et in Bulla ibi, (vsurpant vel subripiunt seu quauis occasione vel causa sine Romani Pontificis expressa licentia sequestrant.) Non verò respectu commoditatis fructuum qui tempore imminentis necessitatis necessarii sunt pro sustentatione pauperum Reipublicæ: tunc enim videtur quòd soluto iusto precio ipse clericus (hoc est) taxato à Rege, relictoque sibi frumento necessario pro alimonia familiarum suarum ceteri fructus tritici hordei & cetera possint sibi auferri ex causa publicæ utilitatis, & ad redimendam famem pauperum vt tamque ipsorum, quid dicendum?

3 Certè in hac quæstione mea sententia est, quod iudices & Rectores seculares dum modo in procedendo & exequendo obseruent ad vnguem formam traditam atque præscriptam à dict. leg. Regiæ. secũdo loco allegata, & sic seruatis seruandis rectè possint frumentum clericis non necessariũ sequestrare vendique facere coegentibus absque metu excõmunicationis. Et ad hoc seruanda sunt sequentia quæ colligo ex dict. l. Regiæ. Pri-

mo, quòd sit atque immineat necessitas & magna indigentia tritici. *Item, que el pan que se pretende tomar, sea del que tienen para poder vèder.* Habita ratione sumptus familiæ suæ, & ceterarum personarum quibus prouidere teneantur, veluti pauperum, parerum & aliorũ consanguineorum egentium, & hospitem: arbitrabitur itaque iudex in hoc casu, quòd quantumque iustum fuerit relinquendo ipsis clericis potius plus quàm minus necessario, ne aliàs postea ipsi clerici cogantur maximo suo sumptu comparare, quòd postea sibi defuerit cum id habeat ex suis redditibus. *Item, quòd sibi offeratur verè & realiter precium iustum taxatũ ab eadẽ Regiæ Pragmatica, præterea meo iudicio præcedere debet omnia supradicta requisita faciendã ipsis clericis cũ precio prædicto antequàm ab eis auferatur, vel sequestratur triticum; videlicet quòd attetã præsentim maxima necessitate Populi siue Reipublicæ egentis ipsi vendant & præbeant superfluum triticum quòd habent: para la albon dĩa ó a panaderas, vel alijs personis egentibus nominatis ab ipsis iudicibus & Rectoribus secularibus, soluto sibi iusto precio à rege taxato quod realiter offerri debet quòd si tunc renuant iustæ petitioni, habebit locum dict. l. Regiæ. quòd constat ex ipsa, ibi, *Les manden y apremien a que lo vendan segun les fuere por ellos repartido, & ibi, sean obligados à lo vender luego à las personas que lo quisieren comprar.* Nam non dicit lex quod statim ab eis auferatur, nec sequestratur: sed quod eis præcipiant, & cogant, vt vendant ipsiq; ad id teneantur: Ergo, requisitio præcedere debet vt constat de ipsorum contumacia, maxime in clericis. Nec enim hoc casu hisque seruatis loquitur. l. l. Regiæ. supra allegata pro contraria parte, nec Bulla Cœnæ Domini: quòd si prædicti iudices & Rectores seculares excedant metam & formam prædict. l. Regiæ. secũdo loco allegatæ statim de facto, non seruatis seruandis & cum præcipitatione (quæ est nouerca iustitiæ) frumentũ clericorum, vel ecclesiarum occupent*



occupent & usurpent propria autoritate vel sequestrent, existimo quidem eos in quæ facere, quia contra Dei & sanctorum patrum nititur sanctiones, ut in c. causa. in. fi. de verb. signific. & posse merito excommunicari à iudice ordinario ecclesiastico, imò excoicatos, ipsos existere ex plurimorum Summorum Pontificum sanctionibus, præcipue tex. in. c. 2. de rebus ecclesiæ non alienari. eoque casu directe incurrunt sententiã excommunicationis latam in prædicta Bulla Coenæ Domini, & poterunt præcedente causæ cognitione declarari incurrisse in prædictam excommunicationem Apostolicam, & ita vidi fuisse obseruatum in praxi, & quauis negotium per viã violentiæ fuit delatum ad Regiam Cancellariam Pincianam: postea tamen remissum fuit ad iudicẽ ecclesiasticum qui quosdam iudices & Rectores cuiusdam Oppidi declarauerat incurrere sententiã excommunicationis Bullæ in Coenâ Domini, eò quod triticum decimarũ ecclesiæ & beneficiatorum eiusdẽ antequã inter eos diuideretur de facto occupassent atq; sequestrari fecissent sub colore imminentis necessitatis, non seruando formam d. l. Regiæ. Iudex tñ ipse ecclesiasticus præceperat prius, vt postquam sibi restitueretur prædictũ suum triticum: superfluũ eius, qd opus nõ haberet venderet & darent Concilio. d. Oppidi precio taxato à Regali Maiestate, sicque virtute decreti Regiæ Cancellariæ, officiales prædicti laici restituerunt clericis triticum suum & humiliter petierunt absolutionẽ excommunicationis, quã incurrerant obediendo mãdatis ecclesiæ. Est verum quod sequestrum in hoc casu licitum esset ad breue tempus ne dum tractatur de exequenda Regia prag. triticum occultaretur, & lex esset imposita verbis: melius est enim præuenire in tempore, quam post exitum vindicare, & ne dum Roma cõsulitur Sagũtum expugnetur: si enim licita est Pragmaticæ executio, omnia etiam media ad commodam ipsius executionem licita erunt. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procurat. l. 2. ff. de iur. omn. iudicum.

¶ Finis. 13. Quæstionis.

- SUMMARIVM**
- 1 **D**ecimæ quæ vulgo, tertias, vocantur, competunt Regibus Hispaniæ in statu nempe ex privilegio & cõcessione Summi Pontificis.
  - 2 **R**eges Hispaniæ possunt alienare in laicos prædictas decimas vulgo tertias nuncupatas.
  - 3 **A**dversus laicum infeudatum de decimis currit prescriptio.
  - 4 **I**udex secularis cognoscit de his tertijs quomodocunq; causa tractetur, siue de iure harum decimarum siue de facto.
  - 5 **L**aici inquietantur coram iudicibus ecclesiasticis super huiusmodi decimis sic infeudatis ante Concilium Lateranense. Solent impetrare literas à Rege ad inhibendum prædictis iudicibus ecclesiasticis, ne de his cognoscant causasque remittant ad iudices seculares: quibus mãdatur, vt faciant laicos gaudere dicto privilegio, &c.

Ad eandem. l. i. tit. 5.  
lib. i. Recop.

QVÆSTIO. XIII.



Været forsan aliquis & secundo circa eandẽ. l. i. tit. 5. lib. i. Nouæ Collect. Reg. ad fi. ibi, Ni se entieda en los diezmos

y tertias q los reyes nuestros predecesores y nos acostubramos à lleuar antiguamẽte: Quo iure Reges nostri Hispaniæ has decimas percipiant? Quod nõ oportet in dubiũ controuerti cum sit perspicuum atque notorium Regibus Hispaniæ iusto tit. nempe ex privilegio & cõcessione Summi Pontif. competere

cõpetere in perpetuum, & ipsos solitos esse percipere has decimas, quæ tertias vulgo vocat, vt tenet Gregor. Lupus in l. 22. in gl. No los deuen auer. & iterum in l. 24. in glo. Tomend diezmo. in vers. que tu nota. tit. 20. pag. 1. Auenda. 2. part. c. 4. prætorum. nu. 20. dicens esse apud nos iura regalia. ex concessione Papali. & doct. Perez. in l. i. tit. 5. col. 197. in vers. Regi. præterea Hispaniæ & clarus. col. 208. ad fi. lib. i. Ordin. & nouissime Menchac. lib. i. Controuersiarũ illustrium. cap. 89. nu. 6.

- 2 **Q**uo fit quod cum ipsi Reges iusto tituli illas tertias habeant & possideant sic quod sint in commercio laicorum & exemptæ à summis Pontificibus atque separatæ à iure ecclesiæ, poterunt alienari ab ipsis Regibus nostris in laicos etiq; concedi eruntq; iidem capaces earundem, vt testatur de iure sustineri Gregor. Lopez in dict. l. 22. in gl. supra allegata ex doctrina Felini. in dict. cap. causam quæ. n. 4. vers. limita. 2. de præscrip. & addit esse ad hoc consuetudinem in his Regnis. Et in Regno Franciæ esse eandem consuetudine refert Guillelmus Benedi. relatus per Gregor. vbi supra. refert & sequitur supradictus Ioan. Garzia de expens. & melio. c. 9. n. 97. fol. 84. Et de iure idem latè probat Menchaca, vbi supra. n. 2. & 6. afferens has tertias solere & posse alienari à principibus nostris. Tã in Ducibus, Comitibus & Marchionibus Hispanos, quam in alios viros inferioris conditionis, & in eis iure hereditario succedi & præscribi posse, & migrare de persona in personã posse tã quo ad iustã domini quam possessionis causam. Quauis Palati. Rube. in repetitione Rubri. de donatio. inter virũ & §. 37. ex illis. n. 13. referens Mortalu. in contrarium relinquit cogitandum, quia quotidie inquit ipsi videmus concedi has tertias à Rege alijs laicis. \* Et quod aduersus laicum infeudatum de decimis currat prescriptio, latè probauit Cuma. consil. 83. incipienti causa decimalis, cuius meminit Tiraquel. lib. i. Retract. §. 1. gl. 3. nu. 8. & plenius tradit Paris. cons. 25. nu. 10. lib. 4. quos refert & sequitur Aluarus Velaz. de iure emphyt. q. 17. nu. 15. idem tenet Petr. Rebuff. in

tract. de decim. q. 13. nu. 55. vers. nisi contra laicum. Ex quibus omnibus inferitur quod cum hæc decimæ vulgo, Tertias nuncupata, sint iusto titulo à Romano Pontifice à Regibus nostris Hispaniæ tractata: poterit de eis iudex secularis cognoscere vtiq; causa tractetur, siue de iure harum decimarum, siue de facto, imò ad eum pertinet huius causæ cognitio priuatim quidquid alias sit, quando decimæ remanent penes ecclesias ipsas, vel ecclesiasticas personas, vt cũ iudicio probauit Couar. in Practicis quæst. cap. 35. nu. 2. vers. dicens: Se semel ex literis Regijs vidisse decimarum causam tractari inter ecclesiasticos apud Granatense prætorium ex eo quod Reges Catholici Ferdinand. & Elisabet. decimas illius Regni Granatensis obtinuerint à Pontifice Maximo, cum onere dotandi ecclesias: de qua concessione & ipsius tenore testatur etiam Roderic. Suar. alleg. 28. per totam, atq; in Hispania seculares iudices cognoscunt de eisdem decimis, refert Petrus Belluga, in suo Speculo Principum. Rubri. 13. de decim. §. restat. fol. 45. & sequenti. & ipsum seruari in regno Franciæ tradunt Carolus Molina. & Rupel. relati per Couarru. vbi supra, vltra quos idem testatur Rebuff. in Tract. de decim. quæst. 10. nu. 39. dicens: quod hodie ex privilegio cõcesso Philippo Regi Franciæ (vt quidam aiunt) quod Philippinam vocat iudices laici de decimis feudatilibus cognoscunt. Et si laici inquietantur coram iudicibus ecclesiasticis super huiusmodi decimis sic infeudatis ante Concil. Lateranense, solent impetrare literas à Rege. ad inhibendum iudicibus ecclesiasticis, ne de his cognoscant, causasq; ad iudices seculares remittant: quibus per Regem mandatur vt faciant laicos vti & gaudere privilegio dicto, & iura tenendi, portandi, colligendi & possidendi huiusmodi decimas in vim prædicti privilegij, sicut referunt Reges Ferdinand. & Elisabeth, Reges Hispaniæ id præcipientes iudicibus Regalis audienciæ Galleciæ, vt refert Ioan. Garl. vbi supra, nu. 95. quia num. 95. in idem est videndus. De quo meminerunt Benedi. & Casanaz.

sanæ. relati per Rebuf. vbi supra, vbi addit qd prædictū est ex Petro Belluga, in Hispania seculares iudices cognoscūt de eisdem apud se hoc esse expeditum quādo laici iure tenerēt istas decimas; alioquin non possunt cognoscere teste Frederic. de Sen. consil. 245. incipienti, domino Andr. qui bene distingūt in proposito; nempe qd si quæstio decimarum vertatur super iure soluendi eas pertineat ad solum ecclesiasticum iudicem, si vero super facto ad secularem, vt in exemplis ibi per eum positus.


## ¶ Finis. 14. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- 1 **L**aiici sunt incapaces regulariter decimarum. & nu. 2.
- 2 **Sacerdotes consequuntur ius percipiendi decimas ex ministerio altaris & spiritualium: quia seminantibus spiritualia debentur temporalia quorum exhibitio ordinatur propter ministerium spiritualium.**
- 3 **Summus Pontif. potest laicis concedere decimas ob sua benemerita in ecclesiam vniuersalem impensa, vt cōcessit Regibus Hispaniæ tertias.**
- 4 **Laici legitime possunt habere decimas ex infeudatione earum propter benemerita eorum in ecclesiam, vel ob aliam iustam causam facta à Prælato ante Concil. Lateran. & quando fuerit celebratum dictum Concil. quidque contineat.**
- 5 **Prohibemus intellectus, & nu. 8.**
- 6 **Laicus habens decimas in feudum perpetuum concessas à Prælato ante Later. Concil. an possit eas in laicū quocunque titulo transferre?**
- 7 **Laicus contra laicum, has decimas prescribere potest cum communi.**

## Ead. lex. i.

## QVÆSTIO. XV.



Vero tertio, circa eandem. l. Regiam primam. titu. 5. lib. 1. Noue. Collecti. Reg. in fine. ibi: *Nre los diezmos que otras personas*

*particulares lleuaren por legitimos titulos, en los quales no se haga nouedad.* Qui tituli possint esse legitimi quibus decimæ ecclesiasticæ iure competere possint laicis, cū ipsi regulariter sint incapaces earum, vt in dict. cap. causam quæ. de præscrip. eo quod ius istud percipiendi decimas consequitur sacerdotes ex ministerio altaris & spiritualium: quia seminantibus spiritualia debentur temporalia quorum exhibitio ordinatur propter ministerium spiritualium, quæ ab alijs quam à clericis ministrari nequeunt, & sic hoc ius spirituale est, nec laicis potest regulariter competere secundum S. Tom. & Caietan. 2. 2. q. 87. arti. 3. & Quodlibet. 2. artic. 8. & hæc est communis doctorum adnotatio. in dict. capi. causam quæ. per text. illum, vt asserit Couar. libr. 1. Variarum resolu. c. 17. n. 5. in princ.

Qua in re dicendum est. i. tit. legitimum esse priuilegium expressum, vel concessio Apostolica à Summo Pontifice facta ipsis laicis ob sua benemerita in ecclesiam vniuersalem impensa: nam nō dubium est posse Summum Pontificem eo casu laicis concedere decimas sicut cōcessit Regibus Hispaniæ, vt in quæst. præcedenti dicebamus. Et probatur in. c. à nobis. & in. c. dudum. de decimis. estque indubitatum de iure & consuetudine.

Secundo, poterit esse legitimus titulus in laicis percipiendi decimas, infeudatio earū laicis de ecclesia ob benemerita, vel ob aliam iustam causam facta à prælato ante Concil. Later. olim, enim ante prædict. Concil. Lateran. quod celebratū fuit sub Alex. III. Anno Dñi fere. 1179. vt ex pluribus autoribus commemorat Couar. vbi supra. d. n. 5. versic. &

dubio

dubio procul. obtentum fuit, vt laicis de ecclesia benemeritis decimæ à prælati perpetuo infeudarētur, quod Concil. illud Later. in posterum fieri magno conatu prohibuit: ita quidem vt laici iuste possent retinere decimas antiquitas, id est, ante prædictum Concil. sibi à prælati in perpetuum cōcessas, nō tamen eas quæ post Concil. prædictum etiā iure feudorum à prælati fuerint eisdem perpetuo data, vt probari videtur ex text. in. ca. cum Apostolica de his que fiunt à prælati. & in. c. quātis vbi gl. de decimis. lator. text. in. ca. 2. §. fanè de decimis. prædicto. Ex quibus iuribus hæc est communis & receptissima sententia omnium scriptionum solus (quod ipse viderim legerim quæ) Petrus Rebuff. in Tract. de decim. q. 10. n. 12. & sequentibus. præcipue. n. 23. vel fateatur quod in supra dictis conuenit omnis turba doctorum tenet tamen oppositum, nempe etiam ante Concil. prædictum incapaces fuisse laicos & peccasse detinendo decimas: idque pluribus rationibus & autoritatibus probare conatur inter ceteras vero per text. in. c. prohibemus. de decim. cuius verba sunt hæc: (Prohibemus ne laici decimas cū animarum suarum periculo detinentes in alios laicos possint aliquo modo transferri, & c.) Ecce enim text. d. Concil. Later. in sinu atem laicos cum animarum periculo decimas possidere, quas etiam ante illud Concil. obtinuerunt.

Sed hoc non obstante communis prior sententia amplectenda est in qua omnes conueniunt secundum Couar. vbi supra dict. n. 5. vers. igitur constat. quam etsi expressè non probent pleraque iura ex supra allegatis: eam satis insinuat text. in dict. c. 2. §. fanè. in vers. illas autem. de decim. in. 6. vbi text. videtur expresse legitimum titulum iudicare quem habebant laici ad ius percipiendi decimas ex infeudatione perpetua ipsis facta ante Concil. Later. ad hoc vt iuste possint à religiosi de manibus eorundem laicorum prædictæ decimæ recipi, cum tamen aliàs minimè ab eisdem laicis recipi per religiosos possent absque Diocesanorum Episcoporum assensu, vt in principio dict. §. cauetur.

5 Nec obstat tex. in dict. cap. prohibemus.

in verbis supra relatis: quia potest intelligi in decimis à laicis ante Concilium illud obtentis absque legitimo infeudationis iure, cum text. ille minimè mentionem faciat de infeudatione aliqua, cū suo titulo laici decimas obtineant, imo videtur aperte loqui de laicis qui absque aliquo (legitimo saltem) titulo eas detinebant, vt constat ex illo versic. Detinentis, quæ in eam atque nudam detentationem de facto habitam significat, vt probari videtur in dict. cap. 2. §. fanè. ibi, De decimis à laicis detentis: Et hoc modo potest saluam opinionem Rebuffi. vbi supra, cum statim in principio dicat hæc verba: Sed ego etiam teneo de his decimis, quæ ante dictum Lateran. Concil. Nouo iure acceptæ erant, vt inferius probabitur. Secundo, respondet Couar. vbi supra, fortasse text. illum, in dict. cap. prohibemus hūc sensum habere, vt laici obtinentes decimas in feudum ante Lateranense Concil. in periculo animarum sint constituti: quia minimè impendant ecclesias à quibus eas acciperunt seruitia, obsequia & ministeria quæ secundum feudalis conuentionis. II. exhibere tenentur. Qui duo intellectus veri esse videntur atque conuenire literè & dispositioni illius text. quauis generaliter quæ text. ille noluit decidere oēs laicos ante prædictum Concil. Later. possidentes decimas, esse in peccato, nec cum peccato eas habere. Nō enim ad hoc præcipue venit: sed vult & decidit quod laici cum animarum periculo detinentes quicūque hi sint non transferant eas aliquo modo in alios laicos.

Sed ad huc obstat, quia secundum hos intellectus si laici cum periculo animarum detinentes decimas non possunt eas in alios laicos transferre, vt in dict. cap. prohibemus. supra dictis modis intellecto: sequitur à contrario sensu, quod laicus habens decimas in feudum perpetuum cōcessas à prælato ante Lateran. Concil. possit eas in alios laicos quocunque titulo transferre, vel alienare saltim Episcopi accedente consensu, vt tenuit glo. ibidem. verb. Laicos. Hoc autem verum non videtur quoniam etsi in ecclesiā, vel religiosi possid fieri posset cum consensu episcopi, vt in dict. cap. cum Apostolica. & in. d. c. prohibemus.



hibemus. iuncta supra dict. glo. ver. laicos. in principio. & communiter doct. vtrobiq; id probat. & in. c. cum & plantare. §. 1. de priuile. & testatur communem esse hanc opin. doct. Couar. dict. lib. 1. Variar. resol. c. 17. nu. 5. & Menchac. lib. 2. Controuersiarum illustriu. c. 89. n. 2. in alios auté laicos id fieri minime potest etiam cū consensu Episcopi. vt probare satis videtur à contrario sensu. text. in dict. ca. cū Apostolica & expressius in dict. c. prohibemus. in sua generalitate; vbi omnes notant & communiter sentiunt secundum Abbribi. nu. 4. & alios referens testatur communem Couar. vbi supra. n. 5. ver. præter hæc. & Menchac. etiam vbi supra. & inquit Angel. de Clauas. in sua summa verb. Decima. nu. 15. quod illa glof. contraria. in dict. ca. prohibemus. in hoc cōmuniter non tenetur. cuius differentia inter hos duos casus ea est ratio; quia non multum refert quæ ecclesia an hæc vel illa habeat decimas antiquitas laicis infeudatas dummodo extirpentur & exeant à laicis: quæ ratio cessat in alienatione facta in alium laicum; nam tunc si valeret posset tendere in magnum præiudicium ecclesiæ cui debentur; nam per mortem ipsius sine filiis deuoluerentur ad ecclesiam. vt in. c. 2. de feudis. sed per concessionem alteri laico factam impediretur huiusmodi deuolutio in perpetuum; nam etiam si iste liberos non haberet posset alteri concedere. & sic deinceps in perpetuum; ergo merito quod laicus transferre non possit prædictas decimas in aliū laicū in ecclesiam verò sic.

Sed respondendo huic difficultati dico verriorem & cōmunioem esse sententiam cōtrariam. quam tenet gl. verb. Laicos in dict. c. prohibemus. nempe vt laicus possit alienare in alterum laicum de prælati consensu decimas quas legitime possideat vt testatur plurimos ita tenentes referens Menchac. dict. lib. 2. Controuers. illustr. c. 89. num. 2. qui pluribus id comprobatur fundamētis præcipuè ex. d. c. prohibemus. à contrario sensu. Nec obstat sui generalitas cum potius loquatur restrictiuè in detinentibus decimas cum animarū periculo & sine titulo; quia postquā res semel coepit alienari posse. iam

exiuit antiquam prohibitionem; vt libere deinceps alienari possit. argumento. l. quoties ab omnibus. cum materia. C. de fidei commiss. Denique pro hac parte; inquit. ipse est vniuersa Hispaniæ cōsuetudo: nam postquam decimæ semel ex Pontificali priuilegio coeperunt ex parte illa. quæ tertia vocatur. ad Reges nostros pertinere; libere tunc inde alienatur. videnturq; esse de facto in commercio laicorum; non secus quam reliquæ res profanæ; & q; sic seruetur de consuetudine: nec ab hac opinione inquit possimus discedere absq; ingenti animarū dānatione. & innumerorum contractuum euerfione; & similem consuetudinem esse Galliæ secundum Cassan. quem refert eandem sententiam vltra eum probauit Syluest. in summa. ver. Decima. n. 16. ver. Tertium; Imo & laicum contra laicum has decimas præscribere posse cum communi contēdit Mencha. ibidem num. 3. & diximus supra. q. 13. n. 3. & ita etiam decimæ concessa laicis. quas possident ante Concilium illud dicuntur beneficia patrimonialia. vt cum Guiliel. Benedict. Cassan. & Staphileo. refert & sequitur Ioan. Garfia. de expens. & Mel. c. 9. num. 93. qui tandem num. 97. tenet q; cum beneficia. quæ nobiles Regni Galliciæ habent ex consuetudine & priuilegio eisdem ante. d. Concil. Lateranen. concessa sint patrimonialia. ad instar patrimonij possunt vendi. permutari. in dotē dari. obligari & quod veniunt in iudicio famil. heretic. dicens se pē vidisse in senatu Gallico sustineri venditiones. permutationes. locationes harum decimarum. & quod quotidie deducuntur in iudicio famil. heretic. & retrahuntur iure re tractus sicut reliqua bona auita & quod vidit latas plures sententias etfi nouis. senatoribus. qui ab scholis quotidie ad illud regnū veniunt noua res semper visa sit.

8 Possit tamen textui in dict. c. prohibemus. assignari alius intellectus. quem sentit Abb. ibidem. num. 2. scilicet; q; si intelligatur de possessoribus siue detinentibus sine titulo. tunc clarum est q; peccant mortaliter: quia occupant bona ecclesiæ. Si autem intelligitur de detinentibus in feudum ab antiquo iuxta

Ead. lex. i.

QUÆSTIO. XVI.



Vt quarto. circa eandem. l.

1. tit. 5. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ; quid si dubitetur. an decimæ. titu. feudi à laicis possessæ concessa fuerint ante Conciliū Lateranense. vel postea probata in immemorialis temporis carū possessione. præsumantur concessa ante dict. conc. nec necesse videtur præiudicium non sufficere. quia laici sunt incapaces iuris spiritualis percipiendi decimas. ac proinde eas vltimo tempore præscribere nō possunt. vt in cap. dudum. & in cap. causam. quæ. de præscriptio nibus. si quæ deficiat titulus qui in tali præscriptio ne est necessarius. vt in cap. 1. de præscript. lib. 6. deficit etiam bona fides. cum laicus se nō scdere debeat incapacem possidendi decimas à Pontifice Romano non concessas. d. cap. dudum. & in. c. à nobis. & c. tua. de decimis. cum mala autem fide præscriptio. non procedit. vt in cap. si. cum similib. eodit. deficit præterea possessio. in qua potissimum inuenitur præscriptio. vt in c. sine possessione. de reg. iur. in. 6. l. 3. ff. de vfucap. l. 1. §. per seruum. qui in fuga. ff. de acquir. possess. vbi ad effectū. præscribendi oportet adesse possessionem civilem. & iuridicam: hic autem talis possessio nō adest. cum lex canonica fecerit laicos incapaces hōiusturis possidendi. vt in dict. cap. causam. quæ. nisi ex titulo & possessione. quæ re vera à Romano Pontifice habitæ essent. vt in dict. c. dudum. & in dict. cap. à nobis. & in terminis q; laicus decimas præscribere non possit. etiam per tantum temporis. cuius initij memoria non existat. tenet Ioan. Monachus. ca. 2. de præb. in. 6. & ibi Philippus Probos. n. 7. sequuntur Abb. & Felin. in dict. cap. causam. quæ. & Couarr. vbi supra. nu. 6. ver. 4. ab eadem radice. vbi se refert. eodem lib. 1. Vari. resol. c. 10. est in. n. 14. vbi plures allegans testatur esse communem opinionem. constituens hoc casu rationē differentia inter priuilegium Principis & præscriptionem immemorialē: quia laici priuilegio Summi Pontificis possunt cōsequi. & obtinere ius percipiendi decimas. non sic præscriptione immemoriali: quia laici incapaces sunt possessio nis

iuxta notata. in. c. quauis. eodit. dicamus q; detinent cum periculo. nō tamen cum aperto peccato: quod periculum videtur imminere: quia timendum est ne Deus prouocetur cum ex necessitate concessio fuit eis facta pro quo facit etiam. d. c. cum Apostolica. vbi laici dicuntur male detinere licet recipiant in feudū qui intellectus. aliquo modo coincidere videtur cum ratione primi & secundi intellectus. modo supra adductorum: cessante enim necessitate ob qua fuerunt concessa decimæ laicis ante Concilium Lateranense. videtur q; cessare debet ipsa concessio. vel quod saltem cum periculo laici decimas detinent eo casu. nisi absq; titulo. eas haberat. vel cum titulo. si tunc non impendat ecclesijs à quibus eas accepere seruitia & obsequia. &c. Ad quæ legæ cōventionis tenentur. vt ex supra dictis intellectibus colligitur: superest igitur verificatio nostræ conclusio: quam pro intellectu huius legis in. 3. q. assignauimus supra. in. ver. secundo poterit esse: nēpe q; laici possunt habere legitimū titulu ad percipiendas decimas. infeudationis. scilicet. perpetuæ à Prælato factæ ante Lateranense Conciliū ob benemētia. vel aliā iustā causam. modo intelligamus iuxta supra dicta. ipsos laicos impedere debere decimas ecclesijs seruitia & obsequia debita. ceteraq; omnia adimplere ad quæ per ill. cōuentionis tenentur: alias enim cum periculo animarum eas detinent.

Finis. 15. Quæstionis.

SUMMARIUM.

1. Si dubitetur an decimæ tit. feudi à laicis possessæ concessæ fuerint. ante Concilium Lateran. vel post: an probata immemorialis temporis earum possessione. præsumantur concessæ ante ipsum Concilium? & nu. 2.
2. Laici præscribere decimas non possunt etiā per tantum tempus cuius memoria in contrarium non existat: & quomodo hoc intelligatur.



fionis huius iuris, quæ necessaria est, ad præscribendū, nec immemorialis præscriptio priuilegio æquualet ubi adest hæc incapacitas, idem fatetur Mench. lib. 2. Controueri. Illustrum. c. 89. nu. 7. & doct. Didac. Perez, vbi supra. col. 212. versic. præterea.

His tamen non obstantibus contraria sententia tenenda est, in nostra quæst. imo quod si dubitetur an decimæ titulo feudali laicis possessæ concessæ fuerint ante Concil. Lateran. vel post, si antiquitas possessionis immemorialis temporis fuerit, maximam præsumptionem inducat ad sufficientem titulum probationem ante concil. acquisiti, siquidem non sit confirmatio ecclesiæ ipsas decimas tanto tempore percipere laicos assentiri sine titulo legitimo, quæ in specie tradidit Ioan. Andr. Ant. Card. & Imobd. c. cum Apostolicam. Ancharra. & Card. in d. c. causa. quæ de præscrip. Alex. consil. 6. nu. 5. ad fin. lib. 1. inf. consil. 56. nu. 1. & sequent. volu. 2. la. tuisime probat. Barbatius. consil. 35. incip. Sapienter scribitur. volu. 2. dicit eorum. Franc. Balb. Tract. Præscription. 1. part. 5. partis principalis. q. 7. ad. fi. nu. 21. fol. 49. vol. 8. Tractatum Diuersorum doctorum. vbi late eam probat, sequuntur alij, & eos referens Petrus Nuñez Auend. lib. 2. c. 4. pratorum. nu. 21. dicens quod si allegetur titulus habitus ante Concil. Lateran. probata immemoriali possent laici decimas percipere, hanc etiam sententiam sequitur & affirmat comunem, plures referens Couar. d. lib. 1. Variar. resol. c. 17. n. 5. versic. sed si dubitetur. hanc quoque tenet Grego. Lopez, in l. 23. in verb. Tornen diezmo. col. fi. tit. 20. part. 1. vbi asserit quod hæc opinio videtur magis comunis. eandem etiam sequitur. & testatur comunem plures referens Burgos de Paz. consil. 50. nu. 5. & denique Mencha. vbi supra. nu. 6. & 7. licet nimis hoc inculcet cum præd. comuni opinione. quæ alio casu loquitur, vt statim dicam, eandem tenet cum supradictis doctor Molina de Hispan. Primogen. libr. 2. c. 6. nu. 47. & Ioan. Garzia, de expens. & melior. cap. 9. num. 96. & testatur comunem plures referens Mascardus, de probat. verb. decimæ. conclu. 483. num. 8. & sequentib. & ita est tenendū. Est tamen allegandus semper prædict. titulus habitus ante Concil. Later. ultra antiquitatem possessionis immemorialis, quæ ipse ti-

tulus probatur & præsumitur, vt sentiunt præfati doct. Præcipue Balb. Auenda. & Mencha. vbi supra. Non obstant supra adducta pro prima opinione, quæ ipsa non sunt contraria huic receptæ sententiæ & tenede: sed diuersa omnino, quæ loquuntur & procedunt quando non allegatur titulus legitimus habitus ante Concilium, sed solum niterentur laici præscriptioni immemoriali, quæ quidem minimè sufficeret rationibus supra dictis: si tamen allegetur reuerentia habitus ante Concil. & dubitetur de eo, probata immemoriali possessione præsumetur, & probabitur sufficienter acquisitus titulus ante Concilium, & hoc est quod habet hæc secunda pars vera & tenenda, quare non possum assentiri eidem Menchæ, vbi supra, nu. 7. Existimant tamen procedere etiam si re vera laici priuilegium à Romano Pontifice non habuissent, cum hoc casu videantur cum animam in periculo detinere decimas, non tamen emonecessaria probatio fama: ex qua deducatur hæc decimas ante Concil. Lateran. in feudum concessas fuisse, vt contra Abbat. Syluestrum & alios, quos nouissime refert Mascardus, vbi supra. nu. 6. tenet Grego. Lopez, & Couar. vbi supra, licet fortasse requiretur. Satis ex fama constare laicos eandem decimas, tituli seu di. possedisse, vt cū Ripa probauit Couar. vbi supra, cuius opinionem ipse quoque sequor. Sed an laicus spoliatus à iure & possessione percipiendi decimas sit ante omnia restituendus: ne plus debito calamū protendamus videndi sunt late, hoc examinantes Couar. nu. 6. Menchæ, 4. vbi supra.

#### ¶ Finis. 16. Quæstionis.

#### SUMMARIUM.

**D**ecimæ prædiales regulariter illi sunt Ecclesiæ tribuendæ in cuius territorio prædia sunt sita.

Si tamen consuetudo habet, vt decimæ prædiales personales sint, & ad eam Ecclesiæ pertineant ubi parrochiani diuina audiunt sacramenta, recipiunt, an existente parrocho paupere illius parrochie in cuius territorio fructus sunt collecti, vel ecclesia ipsa

sa egena.

- sa egena & ornamentis carent, & possint aliquam partem illarum decimarum petere pro sui sustentatione & num. sequent.
- 3 Decretum. 13. de reformat. sacri Concilii. Irid. Sess. 24. citatur. & nu. 12. intelligitur.
  - 4 Qui præscripserit decimas vel curam contra principalem curatum tenetur ad congruam portionem. & nu. 16. quomodo hoc intelligatur.
  - 5 Consuetudo vt decimæ prædiales sint personales, est valida.
  - 6 Iudex ita facit litem suam iudicans contra consuetudinem sicut contra ius.
  - 7 Beneficium datur propter officium & naturalitati congruit, vt qui seminat spiritalia metat carnalia, dignus nãq. est mercenarius mercede sua, eademq. ratio naturalis dicitur, vt qui Deo pro populo ministrat ab eo alatur, & qui altario seruit de altario viuere debet.
  - 8 Decimæ dantur Parrocho in compensatione oneris administrationis sacramentorum.
  - 9 Decimæ personales soluntur atque redduntur ecclesiis illis, in quibus decimantes percipiunt ecclesiastica sacramenta.
  - 10 Decimæ personales non debentur primo curato si quis mutauerit domicilium, sed secundo, si ibi audiatur diuina officia & recipiantur sacramenta.
  - 11 In quacumq. provisione, vel dispositione conditionali pendente conditione, nulla oritur actio vel obligatio: sed ipsius substantia & effectus est in pendenti donec impleatur conditio.
  - 12 Non est discooperiendum vnum altare, vt alterum cooperiatur.
  - 13 Quando aliqua Basilica, sine ecclesia indiget reparatione, vnde refici debeat.
  - 14 Decretum septimum, de reformatione Sacri Concilii Irid. Sess. 21. in id expeditur.

#### L. 2. titu. 5. lib. 1. Noua

Collect. Regia.

#### Q. V. A. S. F. I. O. XVII.

Verò circa l. 2. eiusd. tit. 5. lib. 1. Noua collect. Regia. ibi, *Y porque los diezmos son para sustentamiento de la iglesia, y prelados, y ministros dellos, y para ornamentos, &c.* Habemus de iure quod decimæ prædiales regulariter illi sunt ecclesiæ tribuendæ in cuius territorio prædia sunt sita. text. c. significat. & ibi glo. de parroch. text. c. quonia. & ibi glo. fi. & in c. Apostolica. ver. consuetudo. & in c. in fine homines. & ibi glo. de decimis. l. 8. tit. 20. part. 1.

Quid si in aliquo Episcopatu, ad huc consuetudo in contrariū, nepe vt decimæ prædiales sint personales, hoc est, sequatur personam seminantiū & colligentiū fructus, & deferantur atque pertineat ad ecclesiā parrochiale illorū vbi diuina audiunt & Sacramenta recipiunt: quæ quidem parrochialis est altera q̄ illa, in cuius territorio prædia sunt sita: & parrochus proprius illius ecclesiæ in cuius territorio sunt prædia detractis illis decimis, remaneret pauper & sine congrua sustentatione: Itē ipsamet ecclesiā, si quæ egenis careatq. ornamentis, an hoc casu possit parrochus hic, & ipse ecclesiā in cuius territorio sunt prædia, petere aliquam partem prædictarū decimarū quæ de consuetudine spectant ad alterā ecclesiā parrochiale. s. fructus colligentiū, pro sua sustentatione & oneris supportatione, maxime si ipsi seminantes atq. colligentes fructus audiāt re diuinā aliquādo in d. parrochiali, in cuius territorio prædia sunt sita, hanc questionē habui de facto in causa propria huius alme Cathedralis ecclesiæ Ciuit. (vbi licet immeritus misericordia tñ Deum canonicus præbendæ literariæ, hoc est doctoralis) & ecclesiæ oppidi, del Bodon, vbi præstimonium nō tenuerem præbendæ annexū possideo) ex vna, & alterius beneficiati parrochialis, del Mācano, actoris ex altera partib. super decimis fructuū prædiorū sitorū in ecclesiæ territorio del Mācano, quos percipiunt quidā parrochiani. d. ecclesiæ Cathedralis & parrochialis, del Bodon. Nã dictus beneficiatus del Mācano, fundauit suā actionem

nem aduersus admodum illustres Decanum & Capitulum Ciuitaten. & beneficiatos del Bodó. eo qd prædia in quibus fructus percipiebant dicti parrochiani, erat sita in territorio sue ecclesie, petens ab eisdem certam partem prædictarum decimarum, hoc est tertiam pro sui sustentatione atq; ornamento eiusdem ecclesie assuerans, ea parte tam se, quã ecclesiam præfatam maximo cogit. dubitatu fuit, an prædictum beneficiatum sita foueret in causa, vel Capitulum, & ceteri essent absoluedi in totum à sua petitione.

3 Pro parte dicti beneficiarii del Maçano, sub primo allegatu Decretum. 13. de reformatione Sess. 24. sacri Concil. Tridentini sic habet in parrochialibus ecclesijs quarum fructus & que adeo exiguntur, vt debitis neque oneribus satisfacere, curabit Episcopus (si per beneficiorum vnionem non tñ regulari, id fieri non possit) vt primitiarum, vel decimarum assignatione aut per parrochianos sibi aut collectas, aut quocumq; commodiori ei videbitur ratione redigatur, pro Rectoris ac parrochie necessitate decem sufficere, sed dictum beneficiu penè non habet alios redditus, nisi decimas dictorum prædiorum in suo territorio constitutorum vt probatu existit, quæ si ab illo auferantur remanebit absq; redditibus pro sustentatione sui parrochi & ecclesie, quia non habet alios parrochianos qui contribuere possint: ergo ex dictis decimis sustentandus est tam Rectori prædicto, quã ecclesie vsq; ad quantitatem congruam, hoc est, necessariam portionis pro sui sustentatione.

4 Secundo, fuit allegatum dictum Rebuffi, in Tractate de congrua portione. n. 48. & 49. vbi inquit, qd qui præscripserit decimas vel curam contra principale curatu, tenetur ad congruam portionem: ergo idè videtur dicendum in proposito.

Tertio, potest allegari in fauore dicti beneficiarii nostra. l. Regia, in verbis supra relatis, ibi, *Porque los diezmos son para sustentamiento de las Iglesias, y Prelados, y ministros de ellas, &c.*

Histis omnibus non obstantibus dixi & defendi cõtrarium imo qd præfatu admodum illustre Capitulum ecclesie Ciuitaten. & beneficiarij del Bodon, essent omnino absoluedi & liberadi in totum à prædicta petitione actoris eiusq; imponendum perpetuum silentium su-

per prædictis declarandum, esse prædictas decimas integre & absque onere dictæ congruæ portionis spectare & pertinere ad dictos dominos Decanum, & Capitulum Ciuitaten. & ceteros beneficiarios respectiue idq; ex sequentibus.

Primo, ratione consuetudinis immemorialis quæ fuit sufficenter probata, & aduersa partem non negauit imo ipsam confessa fuit, percipiendi hanc partem ecclesiam Ciuitaten. & illam del Bodon, decimas integras omnium fructuum perceptorum à suis parrochianis in quibuslibet prædictis, etiam sitis in territorio, del ecclesie de el Maçano, & aliarum quarumcuq; huius Episcopatus: in quo hæc est vniuersalis consuetudo, vt prædictæ decimæ fructuum sint personales, quæ consuetudo valida est, vt in iudic. terminis probat. text. d. c. cum similes homines, de decimis. & ibi tenent cõter docto. & præcipue Rebuff. in Tract. de decimis. q. 6. n. 1. text. cap. dilectus. & ibi, Panor. nu. 2. vt lite pend. tenet S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 2. in responsione ad secundum dicens qd tunc determinat, vbi in hoc seruatur cõsuetudo diu obtenta. l. 7. & 8. ff. 20. p. 1. & idè est in præscript. lib. 6. tradit optimè Couar. lib. 1. Varia. resol. c. 17. n. 8. versu. 3. & in versu. 4. vbi inquit, sufficere consuetudine decem annorum à fortiori igitur habebit hoc locu in nostro casu, non tatum decem, verum quadraginta & quinquaginta annorum consuetudo sit probata generalis in toto hoc Episcopatu, imo & immemorialis atq; specialis & indiuidua in nostro casu, vt nulla pars prædictarum decimarum consueuit dari ecclesie parrochiali, nec ipsius Rectori in cuius territorio sunt sita prædia, sed qd omnes integre pertinent & deferuntur ad ecclesias parrochiales ipsarumq; beneficiatos, in quibus ipsi fructus colligentes sunt parrochiani, & ibi sacramenta recipiunt diuinaque audiunt: quia decimæ prædictæ quæ alias videbantur prædiales, per consuetudinem sunt personales: qua stante remanet exclusa aduersa pars: quãdoquidè. d. capituli consuetudo præmaxime cum sit immemorialis, sit seruanda, vt in dictis iuribus probatur, & iudex ita facit litem suam iudicans contra consuetudinem sicut contra ius, secundum Bald. in Authen. iubemus. nu. 2. C. de iud. l. 1. de quibus. nu. 7. ff. de legibus.

Secundo,

Secundo, quia dictus beneficiatus del Maçano, nullos parrochianos habet, quibus sacramenta ministrare necesse habeat: quo fit, vt nec vllus sumptus facere necesse sit ad eum ad dictu locu, de el Maçano, causa ad ministrandi sacramenta, sicq; cessat fundamentum sue intetionis, qd si aliquando cõtingat ipsum habere aliquos parrochianos quibus tenetur sacramenta ecclesie ministrare tunc ipsimet parrochiani soluent rectori decimas suas, vt duo ex proprijs testibus ipsius affirmant: hi nãq; agricultores super cuius decimilis præfens vertitur non sunt parrochiani. d. Rectoris, del Maçano; sed huius ecclesie maioris Ciuitaten. & ecclesie, del Bodó, in quibus sacramenta recipiunt, vt est probatu. Cum igitur beneficiu detur propter officiu & naturalem cõuenientiam, vt qui seminatur spiritualia metat carnalia, nam dignus est mercenarius mercede sua, eadèq; ratio naturalis dicitur, vt qd Deo pro populo ministrat ab eo alatur, & qui altario seruit de altario viuere debeat secundum Apostolum, vt hæc omnia refert & probat Rebuff. de decimis. q. 2. n. 7. consequens est, vt aduersa parti cum nõ sit Rector horum hominum decimatu, nec eis teneat sacramenta ecclesie ministrare nulla pars harum decimarum debeat. Sed integre persoluenda sunt ecclesijs parrochialibus eorum decimantiu, in quibus sibi prædicta sacramenta ministrantur, quibus nec etiã missam dicere tenetur. d. Rector del Maçano, nisi soluta sibi ab eisdem pietancia, vel elemosyna: quia nõ est suus proprius rector, sed alienus.

8 Tertio, quia decimæ dantur parrocho in cõpensationem oneris administrationis sacramentorum, vt probat text. c. ecclesias. 13. q. 1. per totu, præcipue in versu. nõ accipiebatur iuncto versiculo sequenti. & in versu. Corinthijs autè. & in versu. qui altario, & in versu. sequenti. & in versu. item Leo Quartus. qui text. est omnino videndus in proposito. & est etiã optimus text. c. fi. de parrochijs. vbi qd prælati non debent ab his temporalia exigere quibus spiritualia nõ ministrat, qd præmaxime veru est in decimis personalibus; vt ipsæ ab eis reddantur illi ecclesie in qua percipiunt ecclesiastica sacramenta, vt inquit text. in. c. ad

Apostolica. de decimis. & in. d. c. fi. de parrochis. & tenet Rebuff. post Ioan. de Imol. vbi supra. d. q. 2. n. 6. & latius. q. 6. n. 2. & 3. quo fit, vt prædictæ decimæ non debeantur primo curato si quis mutauerit domiciliu, sed secudo si ibi audiat diuina officia & recipiat sacramenta. Vt cum alijs ex. d. c. ad Apostolica. tenet Rebuff. d. q. 6. n. 24. quibus omnibus sic statibus perspicuè est dictas decimas integras esse, & pertinere ad nos canonicos & beneficiatos huius almæ ecclesie Cathedralis Ciuitaten. & alterius ecclesie, de el Bodó, respectiue, quaru sunt parrochiani audiuntq; diuina & sacramenta recipiunt dicti decimantes; superiora cõfirmantur ex traditis à me circa significationem huius nominis ecclesie parrochialis. & in quibus cõsistat ius parrochiale in mea allegatione. 8. nu. 6. & 7.

Iustitia ecclesie Cathedralis sic roborata & munita reliquum est, vt fundamenta partis aduersæ demoliamur.

Non obstat primu, scilicet, Decretum. 13. de reformatione. Sess. 24. sacri concil. Tridentini, supra relatu, quia primo respondeo, qd dispositio illius text. circa decimarum assignationem, illo casu faciendam conditionalis est, vt patet ad oculu; nempe si per beneficiorum vnionem non tamè regulari id fieri non posset, itaq; prius quã perueniatur ad primitiarum, vel decimarum assignationem inquirendum est an per vnionem beneficiorum non regulari provide-ri possit necessitati, & cõstare non posse: ac tunc non quidè præcisè perueniendum est ad prædictam assignationem: sed aut ad eam, aut ad symbola, vel collectas parrochianorum, aut ad aliam comodiorè viam, arbitrio Episcopi. At de iure certu est, in quacũq; promissione, vel dispositione conditionali, pendente conditione, nulla oriri actionem, nec obligationem, sed ipsius substantiam & effectum esse impeditu donec impleatur cõditio, vt in. l. cede re. d. ff. de verb. signifi. cũ alijs pluribus cõgestus per Ant. Go. de qualitate contractuum. nu. 28. vbi bene ampliat, & nouissime plura cõgerit in pposito. Roland. à Valle. cõf. 63. per totu: & prius. consi. 29. n. 16. & 17. lib. 4. vbi qd agens debet probare cõditionem esse iam verificatã, sed in proposito id neq; con-

D 3 stat: nec



fiat: nec deducti, nec articulatim est igitur obtinere actor minimè potest.

- 12 Secundo respondeo præfatū Decretum concil. Trid. esse intelligendum, loqui necessario in primitiis & decimis ad ipsam ecclesiam pertinentibus quas beneficiati illius iusto tamē titulo percipiunt itaq; si fructus ecclesie parochialis vique adeo exigui sint ut debitis nequeant oneribus satisfacere, si per beneficiorum unionem non tamen regularium fieri non possit: tunc ex primitiis vel decimis ipsius ecclesie quas alij beneficiati eiusdem percipiunt tantū redigatur, quod pro Rectoris aut parochie necessitate deceter sufficiat: aut ex parochianorū symbolis vel collectis, aut alia comodiori via, quæ Episcopo videbitur, nam æquum est, ut ex decimis ad eandem ecclesiam pertinentibus quavis in beneficiorum illius comodum cedant necessitas supra dicta provideatur, non vero ex decimis aliarū ecclesiarum: & hoc est quod sibi vult decretum illud Sacrosancti concil. Trid. idq; probo tā ex Iuris canonici dispositione, quam ex alio Decreto eiusdem concilij Trid. ut sic vnum Decretum ipsius per alterū eiusdem declaratur: quæ est optima interpretatio, & id iure probatur. Primo, quia non est discooperiendū vnum altare, ut alterum cooperiatur, iuxta doctrinam Bart. l. assiduis. §. exceptio. C. qui potiores. in pignore habeantur. in. 3. notabili. Bald. l. fin. §. sed si quis. col. 3. per illū tex. C. comunia delegatis. est bonus tex. c. denique. 14. q. 3. vbi si vni subueniri nō potest, nisi alter laedatur, neutri subueniendum est. refert alios ita tenentes decisio Pedemontana. 39. nu. 11.

- 14 Secundo, & in terminis, quia quādo aliqua Basilica, siue ecclesia indiget reparatiōe id quidem fieri debet ex fructibus eiusdem ecclesie, & his deficientibus non solū beneficiatus qui habet ecclesiam parochialem, sed qui habet alias ecclesias vel beneficia inferiora, tenetur contribuere secundum facultatem reddituum benefi. & hoc deficiente debent cōpelli parochiani eiusdem ecclesie ad contribuendum ratione sacramentorum, quæ inibi recipiunt, & sibi ministrantur, & diuinorum officiorū, quæ ibidem etiā audiūt,

ut probatur in. c. 1. & in. c. de his. de ecclesijs edificand. per quæ iura ita tenet Abb. in. d. c. 1. nu. 1. & 4. & sequent & alij, quos ipse retuli, idem tenentes in mea allegatione. 10. m. 1. vbi adduxi optimam & expressam. l. Regiā. in. tit. 10. p. 1. quæ habet: *Que la Iglesia se ha de reparar por el Prelado y clerigos della, de la renta que es de la Iglesia: y no bastando la dicha renta, el beneficiado de la iglesia es obligado a gastar lo que faltare, segun la renta que tuuiere, sacado lo que viuere menester.* Decreto autem eiusdem concilij

- 15 id comprobo ex Decreto septimo, de reformatione. Sess. 21. vbi dicitur, ut parochiales ecclesias Episcopi refici, instaurariq; procurant: etiam si prædictæ ecclesie sint iuris patro, ex fructibus & prouentibus, quibuscunq; ad easdem ecclesias quomodocunq; pertinentibus: quod si non fuerint sufficientes omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesijs prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant, quacunq; appellatione & cōtradictione remotā: quod si nimia egestate oēs laborent ad matrices seu viciniores ecclesias transferantur, & c. Ecce igitur iura expressa. & concil. Triden. Decretum, vbi præcipitur, quod ad necessitatem ecclesie, de qua loquitur alterum Decretum, quo pars aduersa nititur, beneficiati eiusdem in defectum reddituum ipsius ecclesie, compellantur ex fructibus à dictis ecclesijs proueniētibus, aut in illorum defectum parochianos (de quibus etiam loquitur Decretum partis aduersæ) esse cogendos, ad prædictæ necessitati subueniendum: consequens ergo est, ut idem dicendum sit pro necessitate Rectoris ecclesie: cum ambo æquiparentur, & sub vna eademque oratione comprehendantur in dicto Decreto, parochus scilicet, & ipsa ecclesia egēs, vnde eadem iuris dispositione amplecti debent, tam ex regula vulgari quæ habet, quod vbi est eadem ratio, idem ius statui debet. ut in. l. illud. ff. ad l. Aquil. quam ex alio iuris principio disponente quod vna determinatio respiciens plura deter-

ra determinabilia pariformiter debeat determinari, ut in. l. iam hoc iure. cum alijs. ff. de vulg. & pupil. sed decimæ super quibus contenditur nō sunt ecclesie del Mançano, nec ab ea proueniūt: sed Cathedralis Ciuitaten. Ecclesie parochialis oppidi del Bodon, ut est probatum: Decimæ præterea nō sunt parochiani ecclesie del Mançano, sed prædictarū maioris & del Bodó, nullo igitur iure modo velle pars vlla prædictarū decimarum assignāda est parti aduersæ nec ipsius ecclesie, quavis necessitate magna laborasset per supra dicta, sed prouideri necessitas debet iuxta decretū Concil. allegatū ab aduersa parte: quod ratum abest, ut nō solū illi non patrocinetur sed imo eidē actori cōtrariū sit, nam cum sit generale non explicans ex cuius ecclesie decimis debeat fieri prædicta assignatio Decretum. 7. Sess. 21. supra allegata, id manifestum facit modo supra dicto, & sic non sunt cōtraria, imo vnum per alterū suppletur & declaratur: quod si iterum replicet actor quibus alimentis vitam sustinebit interim quod sibi parochiani venient ei responsio est obuiam, de se conqueri posse quod prædictū beneficium sciens acceptauerit præmaximè, quia cum non laborat cum non habeat parochianos, nimirum si indenō manducet & aliunde sibi victum quærat sicut faceret si nō esset beneficiatus: nam nō sunt sibi danda temporalia, cum spiritualia non ministret, nec habeat quibus ministret ut in dict. cap. si. de parochijs.

- 16 Nec etiam obest dictum Rebuff. vbi supra tenentis quod qui præscripserit decimas vel curā contra principale curatū, tenetur ad congruam portionem. Nam respōdeo hoc non habere locum in nostro casu, quia integræ decimæ sunt nostræ consuetudine immemoriali ita ut curato nihil debeat, nec detur, ut est probatū. Secūdo, quia Rebuffus loquitur in ijs qui bona & decimas illius ecclesie recipiūt, nā hi merito tenentur ad congruam portionem, quia fructus proueniūt ex eadem ecclesia, ut constat ex eodem Rebuffo. nu. 48. dicente qui ecclesie decimas possidet tenetur ad hanc congruam, quantum patronus non sit: cum decimæ sint tribu-

ta egentium: & statim subiungit, imo qui præscripsit decimas vel curam cōtra principalem curatum tenetur ad hanc congruam. Secūdo id constat ex eodē Rebuff. ibidem dict. nu. 49. dum dicit, ita à patrono & ab ijs qui bona ecclesie recipiunt hæc portio est supplenda: at verò decimæ de quibus nos agimus non sunt dict. ecclesie de el Mançano, nec ipsa in illis quidquam habet, sed sunt propriæ Cathedralis Ciuitaten. & parochialis del Bodon, ut supra est dictum. Vnde dissimiles hi casus sunt, nam Rebuffus in effectu vult, quod disponit Concil. Trid. dict. Decreto. 7. Sess. 21. Tertio ex eo, vel maxime cōvincitur dictum Rebuff. nō obstare nobis, quia Dominicus, quem allegat in cap. cum singula. col. 1. de præben. in sexto. Hæc verba profert in nu. 4. & sic facit is text. quod capellanus ecclesie possit præscribere curā ipsius ecclesie contra principalem prælatū, sicq; loquitur in capellano ecclesie, qui curā ipsius præscripsit contra principalem. At in nostro casu decimæ non sunt nec vnquam fuerunt dict. ecclesie de el Mançano, nec potest dici esse præscriptas, sed iuxta consuetudinem immemoriam, solitas esse solui nostris ecclesijs, in quibus sunt parochiani illas soluere debentes, & dictum doctoris debet intelligi iuxta. l. quam allegat, ut tradit Bart. cōmuniter approbatus. l. non solum. §. si liberationis verba. n. 7. ff. de liber. leg.

Non obstat & vltimo, nostra lex Regia. in verbis supra relatis, quoniam ipsa intelligenda est, iuxta superiora, nempe de decimis ipsius ecclesie pauperis, non de alienis.

Hæc causa decisa fuit per admodum illustrēm Episcopū Ciuitaten. cum consilio doctissimi cuiusdam Cathedralis Primarij Salmantini in facultate legali, in fauorem omnino admodum illustrū dominorū Decani & Capituli Ciuitaten. & beneficiorū ecclesie de el Bodon, impositumq; fuit perpetuum silentium dicto Rectori super prædictis decimis, visa hac iuris allegatione, quæ sententia transiit in autoritatem rei iudicatæ lataq; fuerūt literæ executoriales ipsius.

¶ Finis. 17. Quæstionis.



## SUMMARIUM.

- 1 **D**ecima an debeat ex pensione, a colono, dño fundi soluta ex aceruo decimato, controuersa quæstio, & numeris sequentibus.
- 2 **L**ege Regia iuste prohibitū est, nè in exigendis decimis fiat nouitas.
- 3 **D**ecima proprie dicitur, vna pars ex decem, reddecima verò alia secunda decima, & ideo reddecima est odiosa, & apud populum male audit.
- 4 **D**ecima non debetur ex aceruo frumenti, iam decimato.
- 5 **D**ominus fundi & colonus tacite inter se videntur pacisci tempore locationis, vt colonus soluat decimam prius ex toto aceruo, & sic quòd postea eam soluere dominus ex sua pensione non teneatur: hoc tamen pactum nocere non debet ecclesie cui decima à domino est soluenda.
- 6 **S**tante statuto quòd de omnibus redditibus soluatur Gabella facta locatiōe fundi pro centū florenis & soluentē colono Gabellam de frumento, quod ibi collegit, dominus eam soluere nō teneatur de prædictis florenis; quia soluta est iam pro fructibus.
- 7 **V**aleat argumentum de tributo ad decimā.
- 8 **R**ecitantur autores qui partem negatiuā tuentur in quæst. principali, de qua supra nu. 1.
- 9 **D**omini Molendinorum tenentur in re comuni soluere decimam ex redditibus ipsorum.
- 10 **E**x donatione vel legato solui debet decimā, etiam si à donatore vel legante fuerint prius prædicta bona decimata.
- 11 **D**uæ decimæ solui possunt & debent ex vna eademque re, diuersis tamen respe-

ctibus, vt in exemplo hic posito.

- 12 **D**ominus fundi si gratiose concessit alicui herbam depascendam, donatarius tenetur duplicem decimam soluere, vnā ex herba, alteram ex fœtu pecoris.
- 13 **C**lerici recipientes decimas tenentur soluere Summo Pontifici decimam earum.
- 14 **D**ecimā debetur exemptione domus, & ex precio locationis ipsius.
- 15 **D**ecimam quilibet soluere tenetur ex omni, quod sibi dominus dederit.
- 16 **D**ecima debita à colono est prædialis, à domino verò soluenda est personalis siue mixta.
- 17 **C**olonus soluere debet decimam totius acerui, dominus verò ex censu vel tributo sibi à colono soluto ex illo aceruo.
- 18 **P**actum factum inter dominum & colonum de soluenda decima tali ecclesie, nō potest postea alio pacto tolli in præiudicium ecclesie.
- 19 **D**ominus auget bona, soluenti melius decimas & pro vno centum dat.

L. fi. tit. 5. lib. 1. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XVIII.

**V**ero circa. l. fi. tit. 5. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ qua habetur. *Que en cōsejo se den las prouisiones y cédulas necesarias para que no se haga nouedad en el llenar rediezmo, de lo que se vniessè pagado diezmo.* Dñs prædij si à suo colono certam percipit ratione prædij pensionem, an cum integrum aceruum frumenti colonus decimauerit, dominus teneatur

tur pensionē quam recepit decimare: qua in re fundamēta, & doct. vtriusq; partis refert Montalius. in. l. 4. in gl. De todos los heredamientos. tit. 5. lib. 1. fori. vbi existimat necessariam fore circa hanc quæstionem nouam iuris prouisionē, idem Montalius in Repertorio Ordinam. verb. decimas. fol. 35. col. 2. versic. Item nota. incidenter, sed quia quæstio hæc maximā habet difficultatem, ideo argum. hunc latè examinare intendo.

2 **Q**uare p parte negatiua vñ nra lex Regia expressa. in verbis supra relatis. quatenus probat, vt de re iam decimata iterū decima non soluatur, vt patet ibi, *Que mandassemos pro ueer en que de lo q se vniessè pagado diezmo, no se pidiesse ni se tornasse a pedir ni lleuar rediezmo, & c.* & ibi, *Para que no consientan, ni den lugar a que se haga nouedad en el llenar el diuho rediezmo,* q potest Rex prohibere ecclesiasticis personis, vt per plura iura probat Guillelmus Benedictus in cap. Raynuntius. §. absque liberis. 2. sub. nu. 45. de testam. & quòd non fiat nouitas in decimis prædialibus, nec personalibus soluendis, latè plurimum auctoritate comprobatur Nanius Auend. lib. 1. cap. 1. Prætorum. nu. 32. versic. in fine. fol. 19. vbi testatur ex his vigeri in practica ab Imperatore nostro in uicissimo Carolo Quinto, statutum est in hac lege, & præcedenti, ne scilicet fiat nouitas in exigendis reddecimis.

3 **S**ecundo, hæc eadem pars negatiua probatur, quoniam hoc nomē reddecima, est odiosum & apud Populum male audit, decima enim proprie dicitur vna pars ex decē secundum Florentinum in sua summa. 2. p. tit. 4. c. 3. §. 3. Siluest. ver. decima. n. 1. Hostiēf. in sua summa de decimis. §. 1. Rebuff. in Tract. de decimis. q. 4. num. 1. Reddecima verò dicitur alia secunda decima, vt constat ex verbo, *Re*, quod iterum significat sicq; ex decem duo partes solueretur quod est contra omne ius.

4 **T**ertio, quia cum aceruus frumenti iam decimatus sit iterum de eodem decima non debetur, argum. regulæ iuris. Bona fides nō patitur, & c. Et tenet glo. verb. deducendas. in. c. pastoralis. de decimis. doct. in cap. tua.

& in. c. cum non fit. eod. tit. Gigas de pensio ne. q. 59. n. 3. & 4.

5 **Q**uarto, quia dominus fundi & colonus tacite videntur inter se pacisci tempore locationis, vt colonus soluat decimam prius ex toto aceruo: & sic q dominus eā postea soluere minimè teneatur ex sua pensione. argum. tex. d. c. pastoralis. de decimis.

6 **Q**uinto, hæc eadem pars coadiuuatur ex doctrina Bart. in. l. interdū. §. quoties. nu. 5. ff. de publican. & vectiga. vbi stante statuto q de omnibus redditibus soluatur gabella, cōtingit, q quis locauit fundum pro cētum Florenis, colonus percipit frumētum & de eo soluit gabellam: dubitatur an dñs teneatur soluere de florenis, & resoluit q nō: quia soluta est iam pro fructibus quorū contem

7 **P**latiōe habet dominus florenos, & propter gabellam minori precio locauit: ergo idem dicendū est in nostra quæst. de decima, cum valeat argum. de tributo ad decimam, vt in c. tua nobis. de decimis. & in. c. decimæ. 16. q. 1. tradit latè Euerard. in Centuria legali. in loco. 72. à tributo ad decimā, per totum & prædictam sententiā Bart. sequitur Bald. in suo Speculo. ver. Gabella, & Petrus in Clement. præsentis de decimis. & in terminis hæc primam partem negatiuā in nostra quæ

8 **S**tione principali, tenet Innocent. in. d. c. cū non fit. nu. 1. de decimis. & ibi Collectarius. Hostiēf. & Ioan. Andr. post medium lecturæ. idem Hostiēf. in sua summa. tit. de decimis. §. quibus autem. versic. item danda. Petrus Ancharra. in. c. tua nobis. nu. 10. de decimis, & ibi Abb. nu. 14. Alex. de Ales. 3. p. q. 51. membro. 5. in Resp. ad quartum: additio. ad Bart. in. d. l. interdū. §. quoties. ver. statutū. ff. de pub. & vectig. Grego. Lopez. l. 2. titu. 20. part. 1. verb. heredes. Soto de Iust. & iur. lib. 9. q. 4. artic. 2. in si. verbis. pagina mihi. 746. & nouissime doct. Azuiedo in præsentis. num. 1. qui alios refert.

Nihilominus tamen contraria sententia & sic affirmatiua in nostra quæstione, imo quòd dominus fundi decimā soluere teneatur de pensione frumenti pro suo fundo sibi soluta ex aceruo iam decimato per colonū, solidissimis fundari & comprobari potest

fundamentis. Et primo, ex glo. in. c. tua nobis. in verb. sic & dominus. de decimis. vbi habetur q̄ licet acerū frumēti à colono sit decimatum pensio tamen nempe, si certa pars sit soluta domino fundi, non est decimata ab ipso: ideo licet descendat de decima to aceruo dominus de illa pensione tenetur soluere decimā. Secūdo, hæc eadem pars expressè probata videt̄ in. d. c. tua nobis. in illis verbis: & cū de cūctis omnino prouentibus decimæ sint reddendæ sicut colonus de parte fructuum quæ sibi remanet ratione cultura, sic & dñs de portione quā percepit ratione terræ decimā reddere sine diminutione tenetur. Idē probare videtur text. c. à nobis. eod. tit. ibi quod à dantibus & recipientibus possessiones ad firmā de fructibus quos percipiunt decimæ sunt soluendæ: quanuis his iuribus responderi possit loqui quando tempore quo soluitur pensio domino, totus aceruus nō est decimatus: & ideo merito quod colonus teneatur de sua parte fructuum quæ sibi remanet & dominus de sua portione quam percipit ratione terræ decimas soluere vt cōstat ex eisdem, at vero nos agimus quoties totus aceruus frumenti est decimatus, & postea de eo soluitur portio conuenta domino, an eam iterū teneatur decimare quod est diuersum.

9 Nihilominus tamen, & tertio facit pro hac secūda parte quia sic etiā videmus quod domini molendinorum tenentur soluere decimam ex redditibus ipsorum, vt in. c. ex transmissa. & in. c. peruenit. & in. c. pastoralis. de decimis & gl. in. d. c. peruenit. hoc intelligit verū, non solum in molendinis communibus, sed etiam in molendinis acris: ergo idem dicendum est in nostro casu, cum similis videatur.

10 Quarto facit, quia ex donatione, vel legato quātitatis frumēti solui debet decima, etiā si à donatore vel legante prædicta bona fuerint prius decimata. vt tenet expressè Hugo. in. c. decimæ. 16. q. 1. & Florēt. in sua summa. 2. p. c. 3. tit. 4. de decimis. §. 3. post mediū. Siluester in sua summa. ver. decima. n. 12. Alex. de Ales. in. 3. p. q. 51. mēbro. 5. ad. 4. Abulens. super Matthæum. c. 23. q. 159. quæ conclusio

intelligi debet in successione extraneorum; quia reputatur diuersa persona secus in successione filiorū qui cū patre vna eademque persona reputatur, vt in. l. fi. C. de impuberū, & alijs. & in. l. cū scimus. C. de agricol. & cēfitis. lib. II. glo. in. c. pastoralis. vers. quasi de lucro. de decimis: Idē igitur dicendum est in nostra. q. de iure etiā seclusa consuetudine.

11 Quinto, quia ex vna eademque re, diuersis tamen respectibus duæ decimæ solui possunt, & debent, vt si adfit consuetudo q̄ dominus fundi ex herba ipsius, hoc est ex redditu herbe soluat decimam, eam quoq; tenebitur soluere colonus siue inquilinus ex pecore, quod herbam pastus est. Imo si dominus fundi gratis concessit alicui dictam herbam de pascenda, ipse donatarius tenebitur duplicem decimam soluere vnā ex herba, alteram ex foetu pecoris, secundū Innoc. in. c. commissum. de decimis. vbi Ioan. Andr. post medium. & Ancharra. num. 4. & Abb. nu. 3. inquit, quod ita tenet doct. & S. Thom. 2. 2. q. 87. artic. 2. in responsione ad quartum. & expressè tenet Abulens. super Matthæum cap. 23. q. 155. in principio, cuius rei ratio est, quia res non decimata transit cum suo onere ad quemcunque perueniat, text. c. pastoralis de decimis. text. in. c. cum non sic in homine. eodem tit. & in. c. si quis laicus. 16. q. 1. vbi glo. l. fi. tit. 20. par. 1. ergo a fortiori idem dicendum venit in nostro casu, cum eadem persona non soluat duas decimas: sed vnā colonus ex toto aceruo suæ parrochiæ ratione cultura, alteram dominus fundi ex sua pensione siue redditu suæ parrochiæ, vt habet consuetudo huius Episcopatus Ciuitatis. sicut in casu modo proxime dicto decima herbe soluitur, parrochiæ domini fundi, decima verò foetus pecoris parrochiæ domini pecoris vt volunt & concludunt præfati. doct. & præcipuè Abulens. vbi supra.

12 Sexto, pro eadem parte facit doctrina S. Thom. quem refert & sequitur Florētinus in sua summa. 2. p. tit. 4. c. 3. §. 4. vbi tenet q̄ clerici recipientes decimas, tenentur soluere summo Pontifici decimam harum decimarum, & probatur numerorum. cap. 18. & tradit Abulens. super Matthæum. ca. 23. q. 148.

ad

ad fin. col. penul. & q. 143. & Adrianus. q. 5. Quolibet in princip. col. 6. probatur etiā in c. de decimis. Nec obstat. c. nouum genus: eod. tit. vbi probatur, quod clerici non tenentur soluere alijs clericis decimam: quia debet intelligi quod non tenentur soluere decimā alijs clericis, scilicet, sibi æqualibus; secus verò summo & superiori Pontifici, vt tenet glo. in. c. 2. in ver. à leuitis. & ibi Hostiens. & Ioan. Andr. & Abb. nu. 4. de decimis. Si ergo eadem res à diuersis personis bis decimari potest & debet, vt satis superq; probatum existit: idem in nostro casu, vel iure optimo dicendum venit.

14 Septimo & vltimo, pro hac eadem parte facit, nam ex emptione domus debetur decima, item & ex precio locationis ipsius vt probat text. in. c. pastoralis. de decimis. & in. c. plerique. de pactis. Ioann. Andr. in. c. commissum. de decimis. in principio. ergo si ex locatione domus, cuius precium fuit iam decimatum debetur decima, idem dicendum erit ex pensione debita ex contractu locationis & cōductionis fundi. & quanuis Ioan. Andr. vbi supra, dicat communi consuetudine non deberi decimā ex prædi. locatione domus; Hostiens. tamen in. d. c. commissum. inquit quod si esset consuetudo soluendi dictā decimam ratione consuetudinis deberetur.

Et in terminis nostræ quæstionis hanc secundā partē affirmatiuam quādo certa pars numeralis pensionis nomine soluenda est domino sed quota, probauit glo. in. c. tua in magna. verb. & homines. de decimis. vbi Vincentius & Ant. de Butrio idem tenent. & Ioan. Andr. in. fi. dicens esse verum consuetudine introductum. & Innoc. in. c. à nobis. de decimis. in vers. sed secus. & expressè Abulens. super Matthæum. c. 23. q. 168.

Et tenendo hanc secundam partē, non obstant fundamenta prioris, & l. nostra Regia, non obstat, quoniam primo respondeo ipsa tantum decidere, ne in nostro casu fiat nouitas, & sic potius videtur velle, vt consuetudo præcedens seruetur. at verò deficiente consuetudine nihil decidere videtur: & sic in terminis iuris communis, in quibus est nostra quæstio, de qua consuetudine an sit

seruanda agamus infra statim, in quæstione sequenti. Secundo respondeo nostram leg. posse intelligi, vt res semel decimata ab eadem persona, iterum non decimetur, nec in hoc fiat nouitas: à diuersis tamen personis, diuersisq; respectibus iterū decima soluenda est, iuxta supra dicta. Secundum non nocet, nam respondeo quod in nostro casu; colonus qui decimauit semel suum aceruum, non soluit ex eo alteram decimā, sed dominus fundi ex redditu sibi soluto: de quo quæstio suæ parrochiæ non est soluta decima soluit eam, quia quilibet tenetur soluere decimā ex omni q̄ sibi dominus dedit, vt in. c. ex transmissa. de decimis; & Genesis. c. 28. in fi. ibi, cūctorū quæ dederis mihi, offeram decimas tibi, sicq; reddecimā appellari non potest, sed decima, nec vllus text. nec Doctor reddecimā eam appellat: vnde q̄ vulgus eam sic nomet non debet esse in consideratione: quia variæ voces populi sequenda non sunt, vt in. c. Osius. de electione. & in. l. Decurionum filij. C. de poenis. & in. d. docendus. 62. dist. & à duabus personis diuersis respectibus duæ decimæ soluendæ sunt, vt supra est probatum.

Tertium fundamentum etiam non obstat, nepe q̄ aceruus, de quo soluitur redditus est iam decimatus, & sic iterum decimari non debet: quia quanuis aceruus sit decimatus à colono, redditus tamen solutus dñs fundi nō est ab eo decimatus; ideo decimari debet et si sint diuersæ personæ, & decima debita à colono est prædialis, à domino verò soluenda est personalis siue mixta, vt respondet gl. in. d. c. tua nobis. verb. & dominus. & Abulens. super Matthæum. ca. 23. q. 168. vbi expressè dicit, quod decima quam soluit colonus ex toto aceruo est prædialis, & quā soluit dominus ex redditu est personalis. Confert etiam, nā si colonus soluere debeat domino prædij hunc redditum ratione census, siue tributi colonus tenetur soluere decimam totius acerui: dominus vero, ex censu vel tributo q̄ à colono exegit ex prædict. aceruo, secundum Abb. in. d. cap. tua nobis. nu. 14. & ibi, Ancharra. num. 10. Eadem igitur ratione ad idem tenebitur dominus ex redditu



redditu sibi soluto à colono ex aceruo decimato, quanuis non sit census vel tributum; nam nulla cogruaratio differentie inter hos duos casus assignari potest, quanuis doct. tenentes priorem partem aliud existiment.

Non obstat etiã & quartum, fundamentum contrarij partis nempe quod dominus fundi & colonus tacite videntur inter se pacisci tẽpore locationis, vt colonus soluat decimam prius ex toto aceruo, & sic q̄ dominus eam postea soluere minimẽ teneatur: quoniã pactum hoc etsi expressum fuisset minimẽ noceret ecclesiã, cui debetur decima à domino soluenda, vt in. c. pastoralis. & in. c. cum non sit in hominẽ. de decimis. quod non solum procedit in decima à iure debita prout est supra dicta, sed etiam in debita per contractum factum inter dominũ & colonum, de soluenda decima tali ecclesiã: nam postea in præiudicium illius ecclesiã pactum in cõtrarium factum non valet. argumentum traditorum per Couar. lib. 1. Variarum. ca. 14. n. 7. & Rodericum Suarez, in. l. quoniam in prioribus. in declaratione l. Regia. C. de inoffic. testam. in. §. octauo quaritur. nu. 2. Grego. Lopez, in. l. 7. titu. 4. part. 5. glo. El otro.

Quintum fundamentum etiam cõtrarij partis ex doctrina Bar. in. l. interdum. §. quoties. n. 5. de pub. & vectig. nõ obstat, quia diuersa ratio est in solutione gabellæ & decimæ, quia illa est odiosa, & à iure positiuo inducta: hæc verò fauorabilis, & à iure diuino inducta. Præterea, quia soluens gabellam agit de diminutione patrimonij, tanto enim minus sibi remanet quantum soluit pro gabella, at in soluente decimam cõtrarium est: quia eam melius soluẽti Dominus auget bona & pro vno cõtuplũ dat, iuxta illud Malachia. c. 3. Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea & probate me super hoc, dicit dominus. Si nõ aperuero vobis cataractas celi, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuoratem, & non corrupet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro. dicit dominus exercituum, &c. Quæ verba refert Archiepiscopus

19

Florētinus in sua Summa. 2. p. c. 3. tit. 4. §. 3. & quod ex solutione Decimarũ multa cõmoda sequantur hominibus probat Abulens. super Matthæum. c. 23. q. 208. & Petrus Rebuffus. in Tract. de decimis. q. si. n. 3.

Hæc autem omnia procedunt, attentõ iuris rigore seclusa omni consuetudine. ex quibus satis apparet opus esse noua Pontificia de cisione in quæst. adeo difficili atque dubia. in qua propter concursum opinionũ grauissimorum doct. & fundamenta vtriusq̄ partis adeo iuridica sequi quilibet poterit partẽ supradictarum quam maluerit: stante vero consuetudine an sit seruãda agemus in quæstione statim sequenti.

¶ Finis. 18. Quæstionis.

SUMMARIVM.

1 **C**onsuetudo soluendi redecimam, hoc est, vt dominus fundi soluat parrochia suã decimam pensionis frumenti à colono sibi soluta ex aceruo decimato, an sit valida per totam quæstionem resoluitur affirmatiuẽ.

2 Nouitas quando fieri dicatur in exigendis istis redecimis.

3 Consuetudo in decimis soluendis consideranda & attendenda est, quod procedit nedũ in decimis personalibus, sed etiam in prædialibus.

Eadem. l. fin. tit. 5. lib. 1.

Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XIX.



Varo secundo, circa eandem l. si. tit. 5. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ. quid si consuetudo sit in cõtrarium in aliqua regione vel Episcopatu, scilicet, soluendi decimam ex parte pensionis, siue

lex redditu frumenti, quam dominus recipit à colono tui prius totum aceruum decima uerat, & de eo postea soluit dominus prædensionem, an prædicta consuetudo sit valida & seruanda necne.

Et videtur prima facie, q̄ prædicta consuetudo non sit valida nec seruãda, quia nullo iure probatur, quod eadem res bis decimetur, & sic erit contra bonam fidem quæ habet ne bis idem exigatur, & consuetudo contra bonam fidem non erit seruãda, quia est iniqua & iniusta. Secundo, quia hæc secunda decima rei iam decimata (quæ vulgo, rediezmo, appellatur) videtur quibusdã odiosa. & ideo procuratores huius Regni supplicauerunt nostrum inuictissimum Imperatorem ac Regem Carolum Quintum, eius que matrem Reginam Ioannam, in pluribus comitijs huius Regni, vt prouidere dignarentur: *Que de lo que se vniessa pagado diezmo no se pidiesse ni tornasse a pedir ni lleuarse diezmo por los Prelados ni otras personas Ecclesiasticas de estos Reynos.* Vt in hac. l. fin. refertur.

Sed his non obstantibus, prædicta consuetudo est valida & seruãda. Primo quia eam non excludit nostra lex Regia, imo ipsam admittit à contrario sensu, quod argumentu fortissimum est in iure, vt in. l. 1. §. huius rei. cum similibus. ff. de offic. eius cui madata est iurisdicctio, nam inquit nostra. l. *Que se den, las prouisiones y cedulas necesarias contra los Prelados y personas ecclesiasticas y sus juezes, para que no cõsientan ni den lugar que se haga nouedad en el lleuar el dicho rediezmo.* Nam cum à procuratoribus huius regni esset supplicatum, vt prouideretur indistinctè & generaliter:

*Que de lo que se vniessa pagado diezmo, no se pidiesse ni lleuasse rediezmo,* Reges nostri minimẽ id simpliciter, & generaliter sanxerunt, sed quod in eo non fiat nouitas: ergo si ante erat consuetum solui decimam dictam siue redecimam bene poterit postea exigĩ, cum hoc non sit nouitas quæ tantum

consuetum sublata à lege hac, non verò consuetudo, quæ habet vim legis: quum ipse consuetudo virtualiter admittit & approbata videtur per l. nostram: & in terminis huius. l. ita tenet Auendanius lib. 1. ca. 1. prætorum. n. 32. vers. licet in l. tit. fol. 19. dicens cum Bald. in l. 3. & lib. apostilla. C. de seruit. & aqua. com. in hoc seruandam esse prædicta consuetudinem, & rursum in versiculo nouitas, inquit in proposito, quod nouitas tunc fieri dicitur in exigendis istis decimis quando exigitur quod non est solutum exigĩ decem annis præteritis, vt in alio proposito deducit Casiodorus de cisione vnicã. de consuetudine. n. 5. & 6. & Couar. lib. 1. Variar. ca. 17. n. 3. etsi contra quosdam probatur consuetudo, si illis tamen tenebitur ecclesiã in possessione: quia nõ solum agitur ex iure formato ex cõsuetudine, sed de actibus ex quibus formatur, vt per plura iura cõcludit Decius consil. 215. n. 5. relatus per Auend. vbi supra contra quem dum præsupponit sufficere consuetudinem decem annorũ præteritorum ad nõ soluendum decimas, imo quod requiratur consuetudo immemoralis non soluendi decimam, & quod minor consuetudo non sufficiat, & ita in Regio Senatu fuisse pronuntiatum tenet doct. Azuero supra in. l. 6. huius. tit. §. n. 2.

3 Secũdo quia sapissime in iure probatur consuetudinem in decimis soluendis esse attendendam & considerandam, vt in. c. cum sint homines. & in. c. ad apostolicã: & in. ca. in aliquibus. & in. ca. commissum. de decimis. glo. c. 1. de decimis. in sexto. verb. decimarũ. tradunt Abb. & communiter alij doct. in toto titu. de decimis. Card. confi. 88. Couar. lib. 1. Variarum. resol. c. 17. nu. 8. vers. 3. & 4. & doct. Perez, in. l. 1. tit. 5. lib. 1. Ord. col. 214. versic. est & alia. ibi, quæ (scilicet consuetudo) in solutione decimarum validissima est, imo & l. Regiæ passim eandem consuetudinem in materia decimarum seruandam esse præcipiunt, vt constat ex. l. 8. tit. 20. p. 1. & in. l. 4. hoc. tit. 5. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ, quod non solum procedit in decimis personalibus, vt tradit Ioann. And. in. c. 2. de decimis. & Greg. Lopez, in. l. 2. in gl. heredes.



des. tit. 20. p. 1. sed etiam in prædialibus, secundum Socinum, consi. 297. col. 1. & 2. libr. 2. Balbum de præscrip. 1. p. 5. par. principalis. q. 7. n. 9. Siluestrum ver. decima. n. 10. & 11. Rebuff. de decimis. q. 4. & 13. & præcipue valebit in proposito nostro consuetudo immemorialis, sicut est in hoc Episcopatu Ciuitaten. certissima, & quæ inuolabiliter seruetur, cum ea habeat vim priuilegii. vt in. c. si per quibusdam. §. præterea. de verborum signific. cum similibus.

Tertio & in terminis nostræ quæstionis ita tenet Montaluis in. l. 4. in gl. Fedos los heredamientos. tit. 5. lib. 1. Fori. idem. Montaluis in Repertorio. Ordinationum. verb. de decimas. fol. 35. col. 2. ver. item nota incidenter, vbi quod in quæst. nostra standum est consuetudini loci, Diocesis, vel Prouincia, quæ est optima legit. interpret. vt in cap. consuetudo. d. dist. in quem refert & sequitur. Gregor. Lopez in. l. 3. tit. 20. p. 1. in gl. cada vno de su parte. idem probat. doct. Perez vbi supra. col. 215. & nouissime doct. Azevedo in præsent. n. 1. & vltra eos idem voluit Euerardus in sua Centuria Legal. c. 72. de tributo ad decima. litera. B. & ita sepius pro nuntiatum vidi in contradictorio iudicio, & exequutorias super eo latas. vt seruatur præd. consuetudo in hoc Episcopatu, vbi ipsa adest. non obstant fundamenta prioris partis, quæ ipsi satisfiit in præcedenti quæstione.

¶ Finis. 19. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 Reges Castellæ iure & consuetudine possunt de causis ecclesiasticis cognoscere per modum, vel viam violentiæ inter Prælatos ecclesiasticosq; personas super ecclesijs & beneficijs.
- 2 An hoc casu Princeps possit vim facientem condemnare in expensis per totam quæstionem resoluitur affirmatiue.
- 3 Iudex alias incompetens, licet ipse se incompetentem pronuntiet, potest condemna-

re agentem in expensis.

- 4 Clericus succumbens coram iudice laico, potest per eundem condemnari in expensis.
- 5 Iudex incompetens, quia iurisdictio sua expirauit potest condemnare in expensis, & declarare appellationem desertam & sententiam transactam in rem iudicatam parte etiam non petente.
- 6 Clericus qui accusatus apud iudicem laicum omisit vsque ad sententiam vel ipsius executionem opponere declinatoriam fore exceptionem, merito est in expensis condemnandus.
- 7 L. 3. tit. 5. libr. 2. Nouæ Collect. Reg. quæ de tollendis violentijs per Regem, in negocijs ecclesiasticis agit, intellectus.

L. 2. tit. 6. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ.

QUESTIO. XX.



Varo circa. l. 2. tit. 6. libr. 1. Nouæ Collect. Regiæ. quæ ita se habet. *Los Reyes de Castilla, de antigua costumbre aprobada, y usada, y guardada, pueden conocer y proneer de las iniurias, violencias y fuerças que acaecen entre los preladados y clerigos, y ecclesiasticas personas, sobre las Iglesias y beneficios.* Cuius. l. decisionem, vt iustissimam Reipublicæq; per quam necessariam iure defendunt, atq; pluribus optimisq; decisionibus Sumorum Pontificum comprobant, dicentes ita practicari quotidie (prout nos etiam videmus) aliaque plurima circa materiam & praxim eiusdem adducentes Petrus Nuñez Auend. libr. 1. c. 1. Prætorum. n. 32. Grego. Lopez. l. 13. tit. 13. p. 2. per totum. ibi, *E para defenderles que no reciban mal ni fuerça.* Couar. in pract. quæstio.

stio. c. 35. per totum. Doct. Perez. in. l. 5. tit. 1. lib. 2. Ordin. col. 331. Ludouicus Mexia Póce. in. l. Regia. Fol. de los terminos. in. u. fundamento. 2. partis. nu. 47. fol. 107. qui post Cotarubi supra, probat practicam hodie in na circa poenas in Regijs Prouisionibus huiusmodi contra iudices ecclesiasticos positas. Conducunt tradita per Mattheum de Afflictis, in decisione Neapol. 24. Nauar. in cap. cum contingat. de recept. l. remedio. c. 16. Mendich. de retinend. posse remedio. 3. nu. 356. cum sequent. decisio. 30. Redemont. per totam, & nouissime decisionem nostre legæ post hæc scripta. latissime fundat. doct. Azevedo, in præsent. vbi respondet ad. e. 15. Bullæ in Coena Dñi, q. videbatur, contrarium.

- 2 An eo casu quo per modum violentiæ Princeps inter ecclesiasticos cognoscit, condemnare possit, in tali articulo violentiam facientem in expensis, & videtur quod non, quia hoc casu non proceditur per modum iudicialis potestatis, sed promittitur per modum extrajudicialis defensionis spontaneo, vel violenter oppresso, vt tradit Mattheus de Afflict. vbi supra. dict. decis. 24. & ceteri omnes supra relati: sed condemnare in expensis est iudiciale, vt in cap. calumniam. de poenis. & in. l. Sancimus. C. de iud. cum alijs similibus: ergo, &c. Sed hoc non obstant contrarium meo iudicio est tenendum, imo quod in articulo violentiæ possit Senatus Regius condemnare in expensis vim facientem. Primo, quia hoc est consequentiū illius extrajudicialis defensionis. Secundo, quia iudex alias incompetens licet ipse se incompetentem pronuntiet, potest condemnare agentem in expensis, vt in. l. si. §. quoniam vero. & ibi, Ioan. de Platea. C. de re milit. libr. 12. quod & tenent Abb. Anania & Feli. eosque referens Maranta de ordi. iudiciorum. 4. p. princ. dist. 8. nu. 3. fol. 183. vbi n. 4. Idem tenet cum Felino in clerico vocante laicū in ius coram iudice laico: quia si dicitur clericus succubat, condénatur in expensis per iudicem laicum: & quod iudex incompetentens ratione causa principalis possit condemnare in expensis, tenet etiam Alex. in. l. a Diuo Pio. in princip. n. 24. ff. de re iudicat.

Abb. in. c. 1. n. 20. in fin. de iud. sic iudex incompetentens quia sua iurisdictio expirauit potest condemnare in expensis, & declarare appellationem desertam & sententiam transactam in rem iudicatam, etiam parte non petente, probat. late. Auileh. in forma secretæ synd. interrog. 45. n. 6. fol. 289. sic etiam clericus qui accusatus apud iudicem secularem omisit vsque ad sententiam vel eius executionem opponere declinatoriam fore exceptionem, merito est in expensis condemnandus iuxta text. ca. exceptionem. de exceptionibus. vbi doct. tenent alij relati a Couar. in pract. quæst. ca. 33. nu. 2. ver. clericus dicens ext. testimonio Ruppellani. lib. 4. Forenium institutione. hanc opinionem in præxi apud Gallos receptam esse, quauis ipsi cum Decio contrarium teneat. Tertio & vltimo pro hac opinione facit, quia si hoc negaretur, violentia non tolleretur perfecte, nec oppressus integrè restitueretur, argumento eius quod notat Bal. in Rub. C. de fructibus & reddit. expensis, vbi dixit quod non verificaretur verbum restitutio positum in sententia, si restitutio cum fructibus non fieret: & licet Rex punire non possit clericum vim facientem in persona, puniet tamē in patrimonio temporali, quod ei subest, vt in. l. ad istos sup. plicio. & ibi notatur. C. de Episc. aud. quibus fundamentis hanc opinionem in terminis nostræ leg. tenet egregius Grego. Lopez, in dict. l. 13. tit. 13. p. 2. in gl. Nin fuerça. in ver. dubitari tamē vidi in Regali Cancelleria, quæ sequitur Auédanius, vbi supra. d. p. 32. ver. nā per violentiā. ibi, & in huiusmodi designatione, vbi allegat etiam Guillelmū Bened. idem tenentē. & Greg. vbi supra agit in iudex ecclesiasticus possit etiam a Senatu Regio in expensis condemnari quando cognoscit de causa, quæ postea in eodem Senatu retinetur, & tenet quod non.

Et in articulo principali conducit hodie pro nostra sententia. l. 36. titulo. 5. libr. 2. Nouæ Collect. Regiæ, in fin. quæ est huiusmodi. *Por quanto ansi por derecho como por costumbre immemorial, nos pertenece alzar las fuerças, que los juezes ecclesiasti*

cos y otras personas haze en las causas que conoçen, no otorgado las apellaciones que dellos legitimamente son interpuestas: por ende mandamos a nuestros Presidentes y Oidores, de las nuestras Audiencias de Valladolid, y Granada; que quando alguno viniere ante ellos que xado se, (q no se le otorga la apellacion que justamente interpone de algun juez ecclesiastico) den nuestras cartas en la forma acostumbada en nuestro Consejo, para que se le otorgue la apellacion, y si el juez ecclesiastico no la otorgare: manden traer a las dichas nuestras audiencias el processo ecclesiastico original, mientre el qual traydo, sin dilacion lo vean, y si por el se constare que la apellacion esta legitimamente interpuesta, alcado la fuerça pronuncie que el tal juez la otorgue, para que las partes puedan seguir su justiciam, e quion y como deuan, y repogan lo q despues della ouiere fecho. Y si por el dicho processo pareciere no ser la apellacion legitimamente interpuesta, remitan luego el tal processo al juez ecclesiastico, con condenacion de costas, si les pareciere para que el proceda y haga justicia: Circa quam leg. in proposito duo sunt consideranda. Primo, quod tantum permittit condemnatio nem expensarum quando iudex ecclesiasticus recte processit, & appellatio fuit iniusta, vel minus legitima, cui non esset iure deferendum; quo casu si Regalibus auditoribus vim fuerit, possunt in expensis condemnare, remittendo causam & processum ad eundem iudicem Ecclesiasticum, quasi temere causam appellans deduxerit ad supremam tribunalia: no vero idem expressit lex in priori casu, quando, scilicet, appellatio iusta & legitima est, iudexque ecclesiasticus minus recte eidem non detulit; quia tunc pars in cuius fauorem iudex pronunciauit & processit non videtur esse in culpa. Secundo, conside-

randum est, leg. illam minime loqui contra iudicem ecclesiasticum vim facientem in hoc, de condemnatione expensarum: bene tamen solet in eis condemnari iudex ecclesiasticus aliquando, nepe quando non obediit primo Decreto; sed sapius quando non pareat secundo vel ulterioribus Decretis Regalis cancellarie, vel supremi consilij, quibus est preceptum sub condemnatione poenarum, vt deferat predictam appellacionem, & reponat omnia facta & attentata post eam, vel in eo tempore; quo potuit appellari, & suo obsequium inobedientiam & contumaciam.

Finis. 20. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores, Magistri, & Licentiati, graduati examine riguroso præcedenti in vna ex quatuor Vniuersitatibus hic nominatis, nempe Salamanticensi, Kalsolensi, Complutiensi, vel Bononiensi, ibi tantum Collegæ existentes, sunt exempti a tributis.
- 2 Magistri actu docentes, sunt immunes a muneribus.
- 3 Doctores actu non legentes, non sunt immunes a muneribus.
- 4 Licentiati, an sint immunes a predictis contributionibus?

L. 8. & 9. tit. 7. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XXI.

Varo, cū ex l. 8. & 9. tit. 7. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ. cum sum mario, d. l. 8. perspicue colligitur, **Q**ue solamete los graduados de Doctores, Maestros, y Licenciados, por examen riguroso, en las Vniuersidades de Salamanca, Valladolid, y los que fueren Collegiales

legiales graduados en el collegio de Bologna, y en la Vniuersidad de Alcalá de Henares, y no otros, gozen de la libertad y excepción de no pechar, concedida a los graduados por leyes de estos Reynos. Quod colligunt omnes Doct. Hispani infra citandi, & nominatum ex dict. l. 8. Matienço, in l. 11. gl. 2. n. 2. tit. 10. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ. Quam sint istæ leges Regiæ antea conditæ prædictam immunitatem concedentes.

- 2 Quod Rex debeat honorare Magistros, probat. l. 1. tit. 10. p. 2. vers. Et ann de uen bõ rar, e amar a los Maestros, &c. Et inferius inquit, Eansi como dixerón los Sabios antiguos: La sabiduria de los Derechos, es otra manera de caualleria, &c. Ergo sicut nobiles sunt exempti ab his contributionibus, ita & Magistri: sed in terminis quod hi sint immunes a tributis, probat expressè. l. 8. ut. fin. p. 2. circa fin. ybi inquit, Otrosi dezimos, que los Maestros sobredichos è los otros que muestran saberes en los estudios en las tierras de nuestro señorio, que deuen de ser quitos de pecho, è no son temidos de yr en bueste, ni en caualgada, ni de tomar otro officio sin su plazer. Tradit latè de iure comuni, Guido Papa, decisione siue quæst. 88. & 388. ¶ Ex tenuis leg. verbis maxime illis: y los otros que muestran los saberes. Clarissime probatur quod Doctores actu non legentes non sunt exempti a muneribus, vt de iure comuni quoq; probat text. in l. Medicos. C. de profess. & medicis. lib. 11. & ibi notat Bart. text. l. semper. §. negotiatores, ff. de iure immunit. & expressim Grego. dict. l. 8. in præcitatis verbis. Et sic ex dictis. 11. Regijs cessat hodie in proposito quæstio Doctorum, an Licentiatus sit immunis sicut Doctor, a prædictis tributis de qua per Petrum Antiboli & alios relatos per Auend. 2. p. c. 14. nu. 29. & Doct. Perez in. l. 20. tit. 4. lib. 4. Ordin. col. 1442. in vers. quid aut Licentiato. & Guido Papa. q. 390. Rolan. à Valle, consil. 11. n. 21. & sequent. lib. 2. cum

ex. d. l. 8. & 9. huius tit. 7. lib. 1. Nouæ Colle. Reg. Doct. Magistri, & Licentiati graduati examine riguroso præcedenti in prædictis quatuor Vniuersitatibus, vel in qualibet earum tantum gaudere debeant. d. immunitate. Istæ ergo sunt leges antea conditæ, ad quas se refert nostra lex: sed an requiratur, qd isti graduati de quibus in hac lege, actu legant, vel aduocent, examinabitur in quæstione sequenti.

Finis. 21. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 Licentiati laureati in qualibet dictarum quatuor Vniuersitatum ad hoc, vt gaudeant exemptione a tributis, an requiratur quod actu legant, doceant, vel saltem officio aduocationis vel iudicis utantur: vel sufficiat sola gradus prerogativa in vna ex dictis Vniuersitatibus. ¶ n. seq.
- 2 Ex hac l. Cetera privilegia professoribus à iure concessa non sunt correctæ.
- 3 Doctores vel alij professores in aliquo studio generali ex approbatis in hoc Regno actu legentes, quantum gradum non receperint in aliqua prædictarum quatuor Vniuersitatum gaudebunt immunitate non soluendi tributa.
- 4 Praxis in quæst. principali refertur nepe ut non sufficiat sola prerogativa graduu licentiæ in qualibet prædictarum quatuor Vniuersitatum ad inducendam tributorum exemptionem, nisi quod prædicta concurrant simul.

Eadem. 11. 8. & 9.

QVÆSTIO. XXII.

Varo circa easdem. 11. an cū ipsæ, privilegium exemptionis a tributis à legibus anterioribus huius Regni concessum graduatis restringat ad graduatos tantum in qualibet dicta-



rum quatuor Vniuersitatum, intelligendæ sint in terminis in quibus præd. II. Partitæ anteriores loquitur, nempe in licentiatis graduatis in qualibet dictarum quatuor Vniuersitatum actu tamen legentibus, vel docentibus, vel saltem aduocantibus; vel officium iudicis exercentibus, vel etiam sufficiat sola gradus prerogatiua in vna ex dictis quatuor Vniuersitatibus absq; alia qualitate legendi, docendi, aduocandi, vel iudicandi. Et vtrūq; requiri existimauit & credit loquens in Licentiatis Grego. Lopez, in dict. l. fi. tit. 10. part. 2. in glo. Magna. dicens ita cum ista limitatione pronuntiarum vidisse in Regali audientia, dum ibi esset auditor, idemque credit si talis Doctor, vel Licentiatus esset veteranus: quia cum per eum non iter, perinde haberi debet ac si exereret officium. Eandem opinionem Gregor. in Licentiato quod gaudeat predicto privilegio cum additamento, quod exerceat officium literari & non alias, tenet etiam doct. Perez, in l. 20. tit. 4. lib. 4. Ordinamenti. col. 1443. in versiculo. Ex quibus inferitur, dicens ita esse interpretandam leg. illam, per generalem consuetudinem istius Regni, & quod in Cancellaria Regis in contradictorio iudicio sic fuit calculis Auditorum sententiarum definitum in quodam Licentiato Cisteros, vt gauderet immunitate tamquam filius Dalgo, modo & qualitate præmissa: & postea addit idem Glossator, & constat quod gaudere debeant predicti exemptionibus, ex. l. 100. in Curijs Pincianis, Anno 1523. & in l. 126. in Curijs de Madrid, Anno 1534. positus in nostris. ll. 8. & 9. Nouæ Collectionis Regiæ, dum tamen sint graduati Salmantica, vel Pincia, & collegialis in collegio Bononiensi seu Compluti, examinati, non alias: eandem quoque sententiam tenuit Baeca, de inope debitore. cap. 16. num. 139. & num. 140. vbi refert dict. l. 8. Partitæ. & dict. l. 126. de Madrid, contenta in nostra. l. 8. Nouæ Collect. Regiæ. de qua nunc agimus; vbi quoque existimat eandem legem, non solum loqui prout verè loquitur, de immunitate tributorum, qua non gaudent nisi hi quo-

rum eruditio concessio titulo approbata est in illis Vniuersitatibus iam supra nominatis: & quod cætera privilegia professoribus à iure concessa non sunt correctæ, vt vulgaribus vrgentibus, tamen, ibi comprobatur rationibus. quare dict. l. 126. quæ hodie est nostra. l. 8. Nouæ. Collect. Reg. solum intelligit & bene quod corrigat. d. l. 8. in fi. part. 2. & dict. l. Medicos, in tributis, eandem sententiam nonissime post hæc scripta. sequitur & probat doct. Azuiedo hic nu. 4. vbi quod ad cætera privilegia tenet Licentiatis, Doct. vel Magistris graduatos in alia quacūq; Vniuersitate approbata gaudere sua prerogatiua, quæuis actu nō legat nec aduocet.

Contra superiorè tamen sententiam nonnulla vrgent. Primo, qd nostra lex æquiparat Doct. vel Magistros, Licentiatis graduatis in vna ex dictis quatuor Vniuersitatibus. Sed certum est qd Doct. graduati in eisdem gaudent predicta tributorum exemptione absq; predicto additamento & qualitate qd legant, doceant, iudicent, vel officio aduocationis fungantur, nec enim aliquis scribetium nostri Regni quos viderim in predictis Doct. illam qualitatem vel additamentum requirit, sed tantum in predict. Licentiatis: ergo cum nostra. l. in vtriusque parte loquatur, ex suo capite nostrates videntur hanc differentiam inter eosdem colituræ & requirere in predictis Licentiatis qualitatem & additamentum supra dictum. Secundo, quia nostra lex hoc non requirit, sed tantum tribuit immunitatem graduatis in predict. Vniuersitatibus, quam. II. nostri Regni concedebant similibus, hoc est, A los tales. Et ita Pala. Rub. in Repet. Rub. de donat. inter virum. §. 38. nu. 14. quanuis sub dubio tenet hanc secundam partem absq; additamento.

Quo fit vt cū nostra lex in graduatis tantum loquatur, doct. adde tu, vel alij professores in aliquo studio generali ex approbatis in hoc regno actu legentes, quæuis gradum nō receperint in aliqua predictarum quatuor vniuersitatum gaudebunt predicta immunitate, quod non teneantur soluere tributa secundum Auend. 2. par. cap. 14. prætorum. nu. 30. & eundem in suo dictionario, verb. Maestros.

## SUMMARIVM.

**B**accalaurij, vel etiam Licentiati atque Doct. laureati in alijs Vniuersitatibus quam hic contentis, aduocationis officium exercentes, & generaliter aduocati ratione illius officij an exemptantur à contributionibus tributorum?

Ad eandem. ll. 8. & 9.

tit. 17. libr. 1. Recop.

## QVÆSTIO. XXIII.

**B**accalaurij, vel etiam Licentiati atque Doct. laureati in alijs Vniuersitatibus quam hic contentis, aduocationis officium exercentes, & generaliter aduocati ratione illius officij an exemptantur à contributionibus tributorum. Quæ quæstionem tanquam dubiã doct. in vtramq; partem examinant, & in eam in diuersas itur sententias. De ea enim dubitat relinquens cogitandum Greg. Lopez. l. fi. tit. 10. p. 2. in glo. Magna. in fi. dicens qd si hoc concederetur Baccalauris, vel alijs non graduatis, nihil specialitatis esset in Licentiatis.

Sed nihilominus partè affirmatiuam pluribus probat Guido Papæ, in dict. quæst. 88. & 388. aduersus Bart. in. d. l. medicos existimantem ipsam. l. medicos. tantum procedere in actu legentibus vel docentibus, eandem quoq; sententiam Guido. probat & tenet Franciscus Marcus. decisio. 637. Marcus Mantua. obseruationum. lib. 2. c. 17. charta. 1. & Tiraq. de nobilitate. c. 29. nu. 14. (quitamen in dict. nu. 14. & 15. loquitur in munere personalis, & dict. nu. 15. in nobilibus exercentibus officium aduocatiæ & allegat ad hoc Marcum Mantua. vbi supra) tenet D. Perez. in. l. 20. tit. 14. lib. 4. Ordinam. col. 1441. & prius. col. 655. & sequentibus, relati per Baecam in Tracta. de inope debitore. cap. 16. nu. 133. & sequentibus. & per Siluanum, confi. 88. l. nu. 10. vsq; in fin. libr. 2. sed hoc consuetudo apud nos nō admittit, nempe vt aduocatus eo so-

E 2 lo quod

Maestros. ex dict. l. 8. in fin. Partitæ, quæ in hoc non corrigitur per nostrã. l. secundum ipsum, cum ea non loquatur de Doctoribus vel Magistris actu legentibus in predictis quatuor Vniuersitatibus, legentium autem privilegium cum sit clausum in corpore iuris, vt in dict. l. 8. Partitæ. non videtur per generalia. verba derogatum vt hac ratione, & alijs probatur quæ opinio sustineri iure potest, non tamen requiritur qd sint doctores actu legentes ad hoc, vt gaudeat predict. privilegio: sed sufficit quod sint professores approbati: quia nomen Doctorum cuius fit mentio in dict. l. Medicos, non significat titularem doctorem, sed docentem: nam dicuntur Doctores, vel Magistri, ab effectu docendi, vt constat ex. l. 3. ibi, Que fuisse maestro de Grammatica. titu. 17. part. 6. cum tamen in Grammatica nullus Magistralibus insignijs decoretur vt est notum: & probatur præterea ex dict. l. 8. Partitæ, in fi. quæ loquitur in graduatis & non graduatis, ibi, E los otros, Quæ dictio refertur ad reliquos lectores, qui non sunt magistri, sed actu docentes.

Et quanuis in quæstione principali de Licentiatis graduatis in predictis quatuor Vniuersitatibus in puncto iuris verior videatur opinio secunda, nempe quod ex sola gradus prerogatiua graduatus Licentiatus in qualibet predictarum quatuor Vniuersitatum consequatur privilegium exemptionis à tributis, ex fundamentis & rationibus supra adductis: attamen attenda consuetudine & praxi huius Regni, quæ est optima legum interpres: quia hoc modo interpretata est nostram legem, & sic obseruatur, vt dicunt præfati Doctores, tenenda est in iudicando prima opinio: nepe vt ita demum predicti Licentiati graduati in qualibet predictarum quatuor Vniuersitatum gaudeat privilegio exemptionis à tributis, si actu legat, doceant, vel officium iudicis, vel aduocationis exercent & non alias.

¶ Finis. 22. Quæstionis.



lo quod aduocatus sit, immunis existat à solutione Regionum tributorum, quanuis sit immunus à muneribus personalibus. vt in l. sancimus. C. de aduoca. diuerforū iudicū. & in l. 8. tit. fin. p. 2. quod non est consuetudine sublatam, vt vtrumq; arbitratū Baeca vbi supra, nu. 152. imo de iure quod aduocatus vel doctor non legens minime gaudeat prædict. immunitate ex exceptione à tributis patrimonialibus, sed tantum à personalibus, latissime & optimis fundamentis probat Baeca. vbi supra, nu. 127. & pluribus sequentibus & melius omnibus pulcherrime idem facit ac defendit Siluanus in. d. cōsi. 88. à nu. 10. vsq; in fin. vbi latissime probant supra dict. opinionem Barto. in dict. l. Medicos existimantis eam leg. tantum procedere in actu legentibus, hancque sententiam defendunt ab impugnationibus Guidonis Papæ, vbi supra, & sequacium, & referuntur plures eam sequentes: quare existimo de iure tenendam esse hanc secundam opinionem, vt aduocati non sint immunes à tributis Regijs patrimonialibus: vel realibus, sed tantum à personalibus, quam etiam obseruat consuetudo, secundum Baecam, vbi supra. Nec hæc sententia aliena omnino videtur ab hac nostra. l. 8. quanuis ipsa eam expresse non probet, cum loquens in literatis exmerit tantum à prædictis contributionibus Realibus, Doctores, Magistros, & Licentiatos graduatos, in prædictis quatuor Vniuersitatibus, & in earum qualibet: ergo vtrahos cæteros iuris peritos exeluisse videtur, & ita nouissime per hanc. l. eandem sententiam probauit doct. Azuedo hic nu. 4. quanuis iure civili. & l. 8. part. attentis aliud sentiat. Ego vero vtroque iure vt prædixi hanc sententiam secundam, probō negatiuam & parcant aduocati: quia vt inquit Aristoteles relatus per Abb. in capit. r. col. 6. De postula. præla. amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas.


¶ Finis. 23. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **C**lericus falsum deponens coram iudice seculari, an possit ab eodem puniri per totam questionem.
- 2 **I**udex laicus in casu huius questionis ad effectum pronunciandi sententiam iustam in causa principali, non tamen ad ipsum clericum puniendum de periurio, vel falsitate, bene poterit cognoscere, an ipse clericus falsum testimonium dixerit, nec ne?
- 3 **Q**uinimo, hoc casu iudex ecclesiasticus non poterit inhibere secularem quo ad examinationem & cognitionem ac definitionem causæ principalis, quæ apud ipsum iudicem secularem tractatur.
- 4 **L**aico falsum deponente coram iudice ecclesiastico erit locus præuentioni inter iudicem ecclesiasticum, & secularem circa punitionem dict. criminis falsitatis: refertur tamen quedam differentia circa inhibitionem hoc casu inter prædictos iudices.

L. 57. titu. 5. lib. 2. Nouæ  
Collect. Regiæ.

### QVÆSTIO. XXIII.



¶ Vero circa. l. 57. tit. 5. lib. 2. Nouæ Collect. Reg. quatenus probat quod falsitate comperta, per quoscuq; iudices contra testes falsum coram se deponentes, ipsi testes falsi grauius puniantur. An clericus falsum deponens coram iudice seculari possit ab eodem puniri? lex hæc non aperit quis iudex debeat

debeat coercere siue punire ipsos testes falsos, vnde in dubio videtur id reliquisse dispositioni iuris communis, argum. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. cum similibus: sed de iure communi videtur dicendum in nostra quæstione, quod iudex laicus possit puniri clericum coram se falsum deponentem: quia suas aures offendit, & ratione cuiusdam incidentiæ, vt videtur esse de hoc text. expressus. in l. nullū. C. de testibus. vbi probatur quod iudex coram quo testis miles vel alias priuilegiatus testimonium falsum dixit, potest ab eodem iudice puniri non obstante exceptione fori priuilegio: & in terminis tenet glo. 1. ibi, quam in proprio loco sequitur Cinus. Barto. 2. Lectura. nu. 8. Bald. & Salicet. num. 4. quāuis Cinus, & Salicetus, si recte inspiciantur solum admittunt. glo. opinionem. quando clericus deponit falsum coram alio iudice non suo, verum ecclesiastico, vt ab eo tunc puniri possit.

Secunda opinio fuit Federici de Senis. cōsi. 93. existimantis, quod iudex secularis ex officio non ad accusationem partis, possit punire clericum de testimonio falso coram eo perhibito extraordinarie poena pecuniaria: ite etiam in persona, dum tamen executio ipsius hoc secundo casu referretur Episcopo: & hanc sententiam in Francia seruari & puniri clericum, hoc casu à iudice seculari poena burfali siue pecuniaria testatur Guillelmus Benedictus, in R. epet. cap. Rainutius. de testam. in parte, & uxorem nomine Adelasiam. num. 434. idem testatur Austerius in Clem. 1. de offi. ord. 2. Fallentia. reg. 1.

Sed his non obstantibus contraria sententia tenenda est in iudicando & consulendo tanquam verior, imo quod iudex laicus nullo modo possit punire clericum, falsum testimonium coram se deponentem, sed quod eum ad suum iudicem ecclesiasticum remittere debeat, vt ipsum puniat: quia iudex secularis nullam iurisdictionem habet in clericos siue principaliter, siue incidenter: cum exemptio eorum à limine secularis iudicij sit à iure diuino iuxta tradita per Couar. in pract. quæst. cap. 31. num. 1. & 2. quia cleri-

cus etiam cum iuramento, nec expresse, nec tacite potest proprio foro renuntiare, vt in cap. si diligenti. cum materia de foro compet. quibus & alijs iuridicis rationibus contra opinionem dict. glo. tenet Bart. argum. text. ibi, in l. Diuus Pius. num. 4. ff. de falsis. & communiter Canonistæ, in capit. dilectus filius. de poenis. eandem voluit Hostiensis quem sequitur Anto. post Innocen. & Ioannes Andr. item & Abb. num. 18. in cap. verum. de foro compet. Hanc opinionem sequitur & firmat communem Matthæus de Afflict. decisio. Neapolit. 230. & Capicius, decisio. 5. num. 13. & est verior & communior, secundum Bernard. Diaz de Lugo, in Pract. crimi. cap. 87. circa fin. vbi additio noua Ignacij Salzedo, eandem sequitur & testatur communem ex testimonio supra dictorum D. Couar. in Pract. quæst. cap. 18. nu. 8. col. 3. illius numeri. & doct. Ant. de Padilla, in l. transigere. nu. 112. C. de transactio. vbi alios pro & contra referunt, dicit etiam communem Aegidius Bosius in sua Pract. crimi. tit. de falsis. nu. 110. & eandem nouissime testatur communem, & glossam contrariam in dict. l. nullum. comuniter reprobari. Iulius Clarus in Pract. crimin. §. fin. quæst. 38. in versu. Sic quæro, vbi plures allegat, & dicit, quod hæc opinio apud se seruatur in Practica & reprobat contraria, & meo iudicio est pro hac opinione bona lex Regia, in argumentum in l. si ritu. 16. par. 3. in versu. fin. vbi dicitur: *Mas si por la ventura, ante otro juzgador que no ha poder de hazer justicia, se ouiesse fallado alguno que testiguasse falso testimonio: este a tal deue lo embiar a su mayoral que haga justicia de el, qual entendiere que merece.* Quæ verba, quāuis ad iudicem qui non habet potestatem puniendi, sed tantum recipiendi testimonium proprius referri videantur, generalia tamen cum sint, nostrum quoque casum videntur contingere, saltem in argumentum, cum iudices laici nullam habeant potestatem, clericos puniendi, sicque Gregor. Lopez, in dict. verbo, *Fazer justicia*, inquit,

vel si forte est clericus secundum communem opinionem doct. in cap. verum. de foro compet. & alios quosibi refert.

Quare cum mysterio nostra lex Regia præsens quam modo interpretatur, inquit, *Por manera que la falsedad averiguada, anfi en las causas civiles como en las criminales, los testigos falsarios sean bien punidos y castigados.* Non aperiens per quos iudices debeant puniri, quasi velit ut testis laicus falsum deponens per iudicem laicum debeat puniri, coram quo falsum deposuit; clericus vero per suum ecclesiasticum, iuxta dispositionem iuris communis secundum veriore & magis receptam sententiam supra relatam.

Non obstat dict. I. nullum. C. de testibus: quoniam loquitur in testibus laicis falsum deponentibus, qui tamen habebant privilegium, vel præscriptionem fori, quæ in hoc casu sibi aufertur: nos vero loquimur in clerico falsum deponente coram iudice laico, qui nullo modo capax est iurisdictionis, nec coertionis animadvertendi in ipsum clericum: iudex tamen laicus in casu nostræ quæstionis ad effectum pronuntiandi sententiam iustam in ipsa principali causa, non tamen ad ipsum clericum puniendum de perjurio, vel falsitate, bene poterit cognoscere an ipse clericus falsum testimonium dixerit, quod omnes fatentur. ut D. Couar. testatur, vbi supra, in fin. verbis, quem refert & sequitur Iulius Clarus, vbi supra.

3 Quinimo hoc casu iudex ecclesiasticus non poterit inhibere secularem quoad examinationem & cognitionem, ac diffinitionem causæ principalis, quæ apud ipsum iudicem secularem tractatur: quia hæc ab ipso iudice laico erit definienda, nec eius examen suspendi debet propter causam, quæ ab ecclesiastico iudice super punitione falsi testimonij aduersus clericum agitur, ut notat Bald. in l. i. col. fin. C. quomodo & quando & Fredericus de Senis dict. consil. 93. quos refert & sequitur existimans hoc non esse dubitatione dignum D. Couar. vbi supra, col. fi. versic. illud vero.

4 Laico vero falsum deponente coram iudice ecclesiastico, erit locus præventioni inter iudicem ecclesiasticum & secularem coram quo falsum dixerit circa punitionem dicti criminis falsitatis: quod si præuenit iudex laicus eum inhibere ecclesiasticus minime potest: è contrario autem præueniente iudice ecclesiastico in huius criminis cognitione poterit ab eodem seculari inhiberi. Ita in fauorem iudicis laici præuenientis ut à iudice ecclesiastico inhiberi non valeat diffinitum fuit in Regio prætorio Neapolitano, prout refert Matthæus de Afflictis. de decisione Neapolit. 219. quam decisionem veram esse opinatur Couar. vbi supra, dict. nu. 8. in versic. sed & hæc in re, vbi quoque meminit alterius partis supra dictæ modo conclusionis, ut scilicet, iudex ecclesiasticus præueniens hoc casu iudicem laicum possit ipsum inhibere à cognitione, eadem decisionem refert & sequitur Iulius Clarus, vbi supra, in versic. quero nunc. & licet eam non referat sequitur tamen Bosius vbi supra, nu. 107. Sed licet causæ cognitionem tribuamus iudici ecclesiastico, non tamen ei tribuimus coertionem corporalem contra laicos, de quo alias disputabimus, interim vide. l. 5. & 6. tit. 18. part. 1. & Couar. Pract. quæstionum. cap. 10. nu. 2. & Aegidium Magistrum in suis decisionibus in Tract. de appellat. ca. 5. num. finali.

¶ Finis. 24. Quæstionis.

¶ S Y M M A R I U M.

1 **N**obilis durante lite super nobilitate an sicut cogitur contribuere, & non gaudet quasi possessione immunitatis, etiamsi tempore litis coeptæ esset in ea, etiam repellatur ab officijs, quæ de iure vel consuetudine, vel statuto locorum nobilibus dantur? ardua quæstio, & numeris sequentibus.

2 Nobilitatis sola quasi possessio sufficit ad gaudendum, qualitatibus & attributis concessis

*concessis ipsi nobilitati, verbi gratia, ne nobilis pro debito civili incarcerationetur, vel pro delicto torqueatur, vel furca suspendatur.*

3 **N**obilis qui ante litem motam, super nobilitate erat in possessione habendi prædicta officia, non erit postea lite pendente sua prædicta possessione privatus: imo poterit eligi & nominari ad prædicta & similia officia, non obstante dicta litem pendente.

## L. 9. tit. II. lib. 2. Nouæ Collect. Regiæ.

### Q V Æ S T I O. XXV.

**V**ero circa l. 9. tit. II. lib. 2. Nouæ collect. Regiæ, ommissis pluribus quæstionibus quas ad intellectum eiusdem examinat Otalora, in Tractat. de nobilitate. 3. par. 3. partis principalis. cap. 2. & 3. è quibus illam frequentem, & quotidianam breuiter referam.

1 **A**n quemadmodum, ex dict. legis Regiæ Henrici dispositione particularis durante lite super nobilitate cogitur contribuere, & non potest gaudere, quasi possessione immunitatis, etiamsi tempore litis coeptæ esset in ea cuius practicam communem refert Mencha. lib. 2. Controuers. Illust. cap. 87. nu. 18. cum sequentibus: ita etiam eodem iure & ratione durante lite repellatur ab officijs, quæ de iure, vel consuetudine, vel statuto locorum nobilibus dantur. *Como son, Varas de Alcalde de hermandad, Regimientos, Fielddades, y otros que se dan a personas del estado de Hijos dalgo.* Quam quæstionem latissime in vtramque partem examinavit insignis Couarr. lib. I. Variarum resolu. cap. 16. nu. 11. & tandem in partem affirmatiuam inclinat, nempe quod ab his quæq; officijs repellatur durante lite super nobilitate, di-

2 cens fortasse hanc partem potiore esse, & quod iuxta hanc sententiam frequentissime videtur pronuntiatum. fuisse in illo Granateni Prætorio, quæ refert & sequitur doct. Didac. Perez, in l. 6. tit. 2. lib. 4. Ordin. in glo. No embargante. versic. vtrum autem. col. 138. eandem quæstionem amplissime etiam discussit Otalora, vbi supra. c. 3. nu. 5. & sequentibus. vbi inquit articulum hunc acriter disputatum fuisse per aduocatos Regiæ cancellariæ, & in eo etiam per auditores adeo dubitatum fuisse, ut nec vnus, nec duarum aularum iudices in vnam sententiã conuenirent: quo factum fuit, ut fere per omnes senatus viros fuerit decisus, inter quos maiori parte contraria opinio, ut non repellatur nobilis ab his officijs lite etiã pendente super sua nobilitate, equior visa fuit, ipse tamen Otalora suam non exprimit sententiã, sed tacendum oportere existimat propter litem pendentiã quæ tunc erat in eodem articulo, in alia causa in qua ipse erat iudex: sentit tamen ut ipse coniecit primam opinionem esse veriore dum referens vota maioris partis senatorum in fauorem nobilitatis, quibus equior visa fuit prædicta secunda opinio, inquit, an iustior quoque dubito. vides igitur ancipitem quæstionem in qua etiam in praxi in diuersis sententiã sententias, fundameta vtriusque opinionis non refero, quoniam Couar. & Otalora, ea cumulant superest iudicium nostrum iudicium, quod est insinuemus. Quare licet prior sententiã in puncto iuris verior videatur, contraria tamen, itaque benignior atque equior, nec iuris fundamento destitutam esse potius sequendam, recte tamen probata suffragantur nobilitatis quasi possessione, prædicta decreuit maior pars senatus ipso, vel Otalora teste. Nam cum hæc lex sit in hoc correctoria & exorbitans à iure comuni in tributis, videtur extra huc casum in quo loquitur locum non habeat iuxta notata per doct. in Authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. præmaxime quod in distributione officiorum non agitur de patrimonio Principis præiudicio sicut in tributis. Comprobari etiam potest hæc opinio, ex traditis per eundem Otaloram. 2. p. 3. partis. c. 10. nu. 2. in fin. & nu. 3.

ubi pluribus doctis probat in proposito, si sola quæ possessio sufficit ad gaudendum qualitatibus & attributis concessis ipsi nobilitati, verbi gratia, ne nobilis pro debito ei vili indarereetur, vel pro delicto torqueatur, vel furca suspendatur: quia his casibus & similibus nobilitas incidenter, non principa-

liter adducitur, & ita fieri frequenter per iudices ex summaria probatione quali possessionis fatetur, quamvis ipse de eo dubitet: ergo idem etiam in proposito dicendum est. Et eidem sententiæ non modicum patrociniatur. ca. 106. De las cortés de Valladolidi Anni. 1555. vbi cū hoc idē petitū fuisset à procuratoribus huius Regni; Catholica Maiestas respondit: *A esto vos respondemos q̄ en el nuestro Consejo, se dan las poruisiones ordinarias en fauor de los Reynos dalgos las quales mandamos se guarden.* Et licet hoc cap. non reperiatur positum in noua collectione legum huius Regni, constat tamen ex eo, quod in conditu in post editionem scripturam Couar. & Otalora, vbi supra, solere concedi Regales promissiones in consilio suo primo, in prædicto casu, in fauorem nobilitatis, sed multa etiam dantur contra eos, licet pendente in Regalibus cancellarijs.

3 Illud tamen equum apparet, quod nobilitatis qui ante litem mota super nobilitate erant in possessione, habendi prædicta officia non erit postea, licet pendente sua huiusmodi possessione priuandus; imo poterit eligi & nominari ad prædicta & alia similia non obstantes dictis litem pendente, vt optime probant Couar. & Otalora, vbi supra, num. 8. Item, & Auend. lib. 1. de executi. mandatis Regijs, cap. 19. num. 23. & in sequentibus.

¶ Finis. 2. 5. Quæstionis.

SUMMARIUM

- 1 **A**duocatus semper negant piper esse nigrum, & aliquando, imo plerumq̄ esse album fatentur.
- 2 **A**duocatus in foro anime, an iuste possit defendere causam vere dubiam in iure.

aut in facto, ita quod ad vtramque partem sit indifferens atque anceps; sitque apud eum præcisa extremorum ignorantia veritatis?

3 **A**duocatus eius mentis esse debet, quod si aduersæ partis ius ei constiterit, iudicantis causam amplius non exorabit eiq̄ hoc debet aduertere.

4 **A**duocatus erit reus culpæ defendens causam dubiam, quæ vere talis non est. Sed sua desidia & culpa eidem talis appareat, quia eam accurate inuestigare prætermisit.

L. 2. titu. 16. De los Abogados. Lib. 2. Noua Collect.

Regia. **Q**UÆSTIO. XXVII.

Varo circa L. 2. tit. 16. De los Abogados. lib. 2. Noua Collect. Regia. ibi. *L. 1. art. 1. que no ayudaran en causas desesperadas.*

Aduocati enim semper negant piper esse nigrum, & aliquando imo plerumq̄ esse album fatentur, vt inquit Bald. in Repet. l. 1. ff. de officio assessorum, cuius meminit Paris de Puteo, in Tract. syndicatus, in tit. de excessibus aduocatoru. Thomas Grammat. decis. Neapol. no. 4. n. 1.

2 An aduocatus iuste in foro anime possit defendere causam vere dubiam in iure, aut in facto: ita quod ad vtramq̄ partem sit indifferens atque anceps: sitque apud eum præcisa extremorum ignorantia veritatis? & videtur quod no. Primo, quia in dubijs quod certius est tenere debemus, & sic securiore partem, vt in cap. in rebus. de sponsalibus. & in cap. ad audientiam. de homicidio, quia vt inquit August. & refertur in cap. si quis autem. in ff. de pen. tertia. dist. 7. certius sequendum est, incertum respiciendum. Secundo, quia

SUMMARIUM

1 **A**duocatus an possit causam minoris probabilitatis defendere quando intelligit aduersam partem maiorem habere iuris energiam? resoluitur affirmatiue, quibusdam admonitis.

2 **H**oc procedit nisi contrariæ partis probabilitas tanta sit, quod aduocatum aduersam partem ius habere commoneat, vel causam ipsam bona fide exorare non posse, licet clientulus contendat.

3 **A**duocato quando liceat patrociniari in causis criminalibus pro actore vel reo, & quando non.

Eadem. l. 2.

Q U Æ S T I O. XXVII.

1 **Q**UÆRO an idem sit dicendum, si aduocatus intelligat aduersam partem maiorem habere iuris energiam, possit ne causam, quæ minoris est probabilitatis defendere, & dubitavit quoniam videtur nihil aliud quam iniquitas iudicem in eam partem inclinare & trahere, contra quam pronunciare deberet. Sed nihilominus in causis civilibus dicendum est, quod tamen vix absque periculo possit infirmior, & debilior, causa defendi: tamen si ad rigorem conscientie attendamus non est cur omnino condemnetur dum tamen aduocatus suam partem de hoc admonet: deinde nulla profus vtatur fallitate leges, scilicet, aut commentitias allegando, aut false interpretando, sed illis semper vtatur, quæ causæ suæ suffragantur, reliquæ verò sub ticeat argumeta, quæ pro contraria parte militant. hanc sententiã probat & sequitur Soto vbi supra dict. lib. 5. de iur. & iure. q. 7. artic. 5. pag. 463. existimans similitum causarum defensionem non carere periculo aduocandi. ll. eadem partem affirmatiua probauit etiam Mercado, vbi supra, in quæstione præcedenti

quia aduocatus defendendo causam dubiam videtur se se exponere periculo peccati mortalis, & tollendi alteri ius suum, & qui amat periculum, peribit in illo, vt in Ecclesiastico. cap. 3.

Sed his & alijs non obstantibus contraria sententiã tenenda est, imo q̄ aduocatus hoc casu possit defendere tuta conscientia huiusmodi dubia causam, scilicet, quando in æquilibrio dubitatio pendet. existimet enim tunc iuste id facere posse, vt habeat bonam fidem & ne conscientiam lædat. prout tenent omnes Theologi, præcipue S. Thom. Archiepiscopus Florentinus. Ange. Declaui. Siluester, & alij relati per Burgos de Paz. in proemio. ll. Tauri. nu. 399. & pluribus sequentibus, vbi hanc partem latissime iure comprobant & nu. 411. & sequent. respondet fundamentis contrariæ partis, & hæc responsio affirmatiua est in promptu secundum D. Sotum de iustitia & iure. lib. 5. q. 7. artic. 3. pag. mihi. 463. & nouissime Mercado in Tract. de ratos y contratos. cap. 18. *De como han de restituyr los que son causas terceras de el dan.* in veris. ay otras dudas. Eius tamen mentis debet esse aduocatus quod si aduersæ partis ius ei constiterit sui clientuli causam amplius non exorabit, debet præterea, aduertere ne ratione tantum amoris, sanguinis, vel amicitie, seu quia ipsi causa illa lucrosa magis erit vel alio quæsito colore non iudico partem clientuli eligat defendendam, sed quia re vera studio necessario præhabito illa pars sibi verior & probabilior, vel saltem æque probabilis sicut contraria videtur, vt constat ex supradictis doctoribus: nam si aduocati desidia & culpa (vt pote, quia causam accurate inuestigare prætermiserit) ambiguitas ipsa suboriat, quæ alijs causam differentibus minime esset, nec illi debita operam nauaret, culpæ reuserit, quia ipse dubij fuit affectator, ex traditis per Burgos de Paz, vbi supra, num. 423. si autem causa vel quæstio vere dubia sit, aduocati melius facient si inducant partes ad concordiam, declarantes eisdem, esse dubiam.

¶ Finis. 2. 6. Quæstionis.



cedenti allegatus dicens. *Que no es necesaria (aunque es lo mas seguro) que sea siempre la mas probable, basta q̄ absolutamente tenga su probabilidad de razones y patrones, aunque por la contraria aya, o mas efficaces, o mas graues: y que con qualquiera exposicion de sus interpretes que sea recibida entre buenos letrados, cumple.*

- 2 Debet tamen hoc interpretari nisi contrariæ partis probabilitas tanta sit quod aduocatum aduersam partem ius habere comoneat, vel causam ipsam bona fide exorare non posse, licet clientulus contendat, ne omnium bonorum possessione priuetur, vel alia simili causa vt constare videtur ex mēte Soti, vbi supra & tenet expressim Burgos de Paz, vbi supra, nu. 421. circa finem.
- 3 In causis autē criminalibus, mortis, aut sanguinis, aut vbi honor alicuius periclitatur, non licet pro actore contra reum patrocinari, nisi nimium tanta vigeat probabilitate ac culatio quanta defensio, quoniam melior est conditio possidētis maxime in fauorem honoris & vitæ, idem sane erit, cū quis reus sit vt de sua turbetur bonorum omnium possessione, ipsum autem reum delinquentem pium & laudabile est defendere, nisi reus perniciosissimus haberetur, dummodo fraudibus nec mendacio vtatur, vt existimant præfati Theologi & sequitur Burgos de Paz, vbi supra, nu. 421.

¶ Finis. 27. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **A**duocato an liceat in causa iniusta, suam partem ad concordiam inducere atque consulere.

Ead. leg. 2.

### QVÆSTIO. XXVIII.

- 1 **Q**uæro præterea. circa eandem. l. 2. titu. de los abogados, lib. 2. Nouæ Collect. Reg. ibi, *que si vniuer-*

comenzado a ayudar en algunos pleytos, en qualquier estado dellos que supieren, y les constare, que sus partes no tienen justicia: que luego les auisaran dello, y les dirã que se dexen de los tales pleytos, &c. An hoc casu liceat aduocato suã partem ad concordiam cõsulere & inducere? & videtur q̄ nõ vt tenet Caiet. in summa verb. Aduocatus. Albericus in. l. 1. C. de suffragijs. & aliquos refert Burgos de Paz in proemio. legum Tauri. n. 255. quã opinionē sequitur doct. Perez, in l. 2. tit. 19. lib. 2. ord. col. 666. vers. Cauere præterea debent vbi refert Cacialup. in Tract. de transact. q. 20. in. fin. asserentem peccare mortaliter aduocatum hoc facientem, & teneri ad restitutionem & habere in hoc magnum periculum. Contrarium tamen cauetur in. l. 2. in Ordinationibus Regijs aduocatorum, idemq; permittit, sine tamen damno aduersarij. S. Thom. 2. 2. q. 71. art. 3. & alij plures Theologi quos refert Burgos de Paz, vbi supra num. 256. qui nu. sequent. declarat quomodo fiet hoc casu prædict. compositio, sine damno conscientie & aduersarij, & tandem illud rectè fieri aduertit, sic reducens vtramq; opinionem ad concordiam si creditoris libera fiat voluntate omni fraude dolo, vi, metu, calliditate & mendacio seclusis atq; aduocatus studiose partem aduertet & iniustitiã causam, & ne ab inuito creditore bona eius extorqueat, quo casu est licita concordia etiam in conscientia, vt ibi late probat, cum quo transeo, si hoc aperiat aduersæ parti, & ipse adhuc velit aliquid dare vel relinquere alteri parti sciens illã non habere iustitiam, sed propter euitandas lites & sumptus, vel ob alios respectus: q̄ cum raro fiat ne ea bona fide detegatur iniustitia merito in licentia nostrã. l. Regiã. 2. illa vcrba. De consulendo ad concordiam hoc casu non ponuntur, & ipse nõquam volui ad eam consulere in dicto casu, & ita tenet nouissime doct. Azeuedo hic nu. 7. dicens secus esse si res esset dubia.

¶ Finis. 28. Quæstionis.

SVM-

### SUMMARIUM.

- 1 **A**duocatus qui sciens & prudens iniustam causam defendit peccat mortaliter contra iustitiam & ad restitutionem tenetur.
- 2 **Lata culpa, que obligat ad restitutionem hoc casu est errare in re notissima, etiam si exactam diligentiam quis adhibuerit.**
- 3 **Lata culpa est in eo, qui legis casum expressum prætermittit, & illud quod omnes sciunt ignorat.**
- 4 **Idem est si aduocatus bona fide errauerit, si diligentiam nõ adhibuit circa iustitiã causã intelligendam.**
- 5 **Aduocatus iniustam causam defendens per ignorantiam, iustam tamen esse existimans, & sic bona fide, ita quod nec dolo, nec culpa, illam exorauit an peccet, & ad restitutionem teneatur necne? & numeris sequentibus resoluitur negatiue.**
- 6 **Ex incendio rei alienæ culpa leui vel leuissima causato quis nõ tenetur ad emendam damni.**
- 7 **Resolutio quæstionis principalis de qua nu. 5. & sequentibus, procedit etiam si aduocatus esset imperitus, & affirmaret se peritum: si tamen clientulus cognoscebat ipsius imperitiã.**
- 8 **Eadem resolutio intelligenda est de ignorantia excusabili, & qualis ea sit: secus de crassa & culpabili.**
- 9 **Exempla vtriusque ignorantie assignantur.**

### L. 6. titu. 16. lib. 2. Nouæ

Collect. Regiã.

### QVÆSTIO. XXIX.

**Q**uæro lege. 6. titu. 16. lib. 2. de los abogados. Nouæ collect. Regiã. cauetur. *Que los abogados sean obligados a pagar a las partes todos los daños perdidos y costas que recibieren por su malicia, culpa y negligencia, o impericia; Quod in conscientia procedit etiam: nam aduocatus qui sciens & prudens iniustam causam defendit, tum mortaliter contra iustitiam peccat, tum præterea ad restitutionem tenetur, vt omnes fatentur & præcipue inter alios tenet. S. Thom. 2. 2. q. 71. artic. 3. doct. Soto. libr. 5. de iustitia. q. 8. artic. 3. i. conclu. Nauar. in Manua. c. 25. nu. 29. Thom. de Mercado. in libro de Tratos y Contratos. ca. 118. De como han de restituir los q̄ son causas terceras de el daño: in versi. item, los abogados. Et Bartolom. de Medina in sua Instructiõe Confessoru. c. 16. §. 4. de los abogados. vbi idem esse concludit. etiam si quendam articulum iustum cause iniuste defendat ad impediendum, vel differendum, vel perturbandum hac viã causam principalem, & ex nostris in vtroque foro eandem cõclusionem probant plures, & hos referens Burgos de Paz in proemio. ll. Tauri. n. 213. & 214. & doct. Perez, in. l. 1. tit. 19. lib. 2. Ord. col. 665. vers. præterea defendens. & de quibus teneatur aduocatus ad restitutionem hoc casu qui est in dolo vel lata culpa videtur est Siluester in sua summa, verb. aduocatus. n. 16. lata autem culpa que obligat ad restitutionem, hoc casu erit errare in re notissima, etiam si exactam diligentiam quis adhibuerit, vt in. c. fin. de iniurijs quia lata culpa dolo æquiparatur, vt in. l. q̄ Nerua. & ibi Barto. col. 2. ff. depositi. & lata culpa est in eo qui legis casum expressum prætermittit, & illud q̄ omnes sciunt, ignorat vt vtrumque probat alios referens Burgos de Paz,*

4 de Paz vbi supra nu. 178, idem erit si aduocatus bona fide errauit si debitam diligentiam non adhibuit circa iustitiam causæ intelligendam, secundum Nauarr. in Manua. c. 17. n. 132. & Burgos de Paz. vbi supra doct. Azeuedo in l. 1. nu. 3. hoc tit.

5 Sed quæro an idem sit censendum quando aduocatus iniustam causam tueretur per ignorantiam, iustam tamen esse existimans & sic bona fide, ita q̄ nec dolo nec lata culpa illam exorauit vtrum peccet, & ad restitutionem damnorum & expensarum teneatur, necne? Et videtur quidem teneri quia absurdum est patritio & nobili viro & causam exoranti ignorare ius in quo versatur. vt in l. 2. ver. namq; eum dixisse. ff. de origine iuris, sed hic se affirmat peritum: ergo tenetur scire & cognoscere quæ suæ facultatis sunt, & sic causam iustam defendere.

Nihilominus tñ in cōtrarium est veritas imo quod hoc casu aduocatus ex leui vel leuissima culpa minime teneatur, in conscientia, nec ad restitutionem damnorum nec expensarum, argumēto doctrine celebris Innoc. in c. sicut dignum. nu. 5. de homicidio. Dicentis q̄ ex incendio rei alienæ, culpa leui vel leuissima causato quis non tenetur ad emendā dāni cuius dictū in hoc celebratissimo est in iure apud doctores qui cōmunius illū sequuntur, vt testatur Siluester in sua summa. verbo, Culpa. versic. Quarto quaeritur. Couar. in Quarto. 2. par. c. 6. §. 8. n. 12. Greg. Lopez, in l. 10. in gl. Fize esse dāno. tit. 15. p. 7. Ioann. Orosius in l. 3. nu. 3. ff. de offic. præfecti Vigilum. Menchaca, lib. 1. Controversiarum vsu frequentium. ca. 10. nu. 45. & sequitur Burgos de Paz, in proemio. ll. Taur. nu. 173. & quāuis nonnulli. & Abb. aliquando contrarium teneant, sententiā tamen Innoc. magis recepta est. eamq; etiam idem Panor. multis in locis approbavit, maxime vbi datur opera relicta, vt testatur Siluester in summa. in dict. verb. aduocatus. n. 16. loquēs in proprijs terminis nostris de aduocato. in quaestione quā modo figurauimus: vbi ampliat etiam si iste aduocatus esset imperitus, & affirmasset se peritū, si tñ clientulus cognoscebat ipsius imperitiā, nos enim

loquimur quando aduocatus erat peritus alias & aliquā causam iniustā per ignorantiam defendit. Eandē sententiā tenuit idē Siluester. dict. n. 5. & eam cum supradict. ampliatione sequitur plures allegas. Inter quos est Greg. Lop. Burgos de Paz, vbi supra dict. nu. 214. & Soto etiam vbi supra in posteriori conclusione, & ante eos. S. Thom. vbi supra. Hoc tamen est intelligendum de ignorantia excusabili, non vero crassa & culpabili, puta, si adhibuit omnem diligentiam sibi possibilem, quia ex contingentibus nihil omisit, nec quod potuit & debuit prætermisit, vt sentiunt. S. Thom. Soto & ceteri, supradicti, addit tamen Caiet. super Thom. vbi supra ignorantia hoc casu excusare quādo est casu actus & non est peccatum, scilicet, quando si sciisset non fecisset, nam aduocanti, qui omnino defendissent causam siue iustam siue iniustam, quāuis nesciant iniustā non ex ignorantia sed cū ignorantia quæ non excusat patrocinantur iniuste, qui etiam nō curant discernere & penetrare an iustā vel iniustā causam suscipiant, manifeste negligunt scire q̄ tenentur: qui autem ex cōtingentibus nihil omittunt, tūti incedunt etiāsi errēt, hęc Caiet. q̄ & tenēt plurimi relati per Burgos de Paz, vbi supra. n. 215. faciēti enim q̄ in se est Deus nō denegat suū auxiliū, nec potest dici esse in culpa qui omnē sibi possibilem tanquam homini diligentiam adhibuit in cognoscendo iustitiam vel iniustitiā causæ, & sibi videtur iustam esse, homines enim sunt nō dij & tanquā homines facile errare possunt, existimo autem ego propria recta cōscientiā cuiusq; relinquēdum vtrū sufficiētem in hoc diligentiam adhibuerit, nec ne: nā cōscientiā mille testes: si autē male iudicauerit se ipsum decipit: quare aduocatos in hoc admonitos esse velim, vt maxime caueant ne incidant in laqueū diaboli paruam diligentiam adhibēdo. Iudicātes sufficientem vt labori parcēdo pecunijs impleantur: at quid prodest homini si totū mudam lucretur animā vero suæ detrimentum patitur.

¶ Finis. 29. Quæstionis.

S V M-

S V M M A R I V M.

- 1 **A**duocatus qui visis iuribus vnius partis eidem spem dederit patrociniandi pro ea, si postea eadem pars renuerit iustum illi præstare salarium, an poterit pro contraria parte patrociniari, & nu. sequentibus, resoluitur affirmatiue cum Paulo & quomodo id intelligatur.
- 2 Quod procedit etiam si vna pars tentaret aduocatum, & eidem secretum panderet, vt in causa illa pro contraria parte aduocare non posset.
- 3 Limitatur tamen præcedens resolutio quando aduocatus cepisset iam aduocare pro prima parte.
- 4 Quando vna pars assumpsit pro se omnes meliores aduocatos; iudex ad instantiam alterius partis poterit compellere aliquos eorum dimittere illam partem, & adsumere aduocationem & defensionem pro altera.
- 5 Aduocatus qui primo consuluit pro te non potest in ea causa aduocare cōtra te; nisi ex alia causa vel fundamento quam tunc in suo consilio.
- 6 Aduocatus contra aliquem de iure respondens potest aduersarium adiuuare; consulitur tamen, vt id fiat præcedente mandato iudicis.

L. 17. tit. 16. lib. 2. Nouæ  
Collect. Regiæ.

Q V Æ S T I O. XXX.

**Q** Væro circa l. 17. Eiusdem tituli. De los abogados ibi. *O si se hallare ayudar ó aconsejar a ambas las partes contrarias en el mesmo negocio,*

1 Quid si vna pars ostenderit iura sua aduocato, quibus visis aduocatus spem dedit patrociniandum se ei præstiturum in illa causa, si postea pars renuerit iustum illi præstare salarium, an hoc casu aduocatus poterit pro altera parte contraria patrociniari? cur quaestioni ansam præbet dubitandi nostra lex in verbis suprarelatis; & alia plures tam de iure communi quam regio idem probantes: tum & secundo, quia cum prior pars, ostenderit dicto aduocato iura sua & merita causa forsitan occulta reuelauerit, impossibile videtur quod absq; labæ præuaricationis possit pro cōtraria parte consulere vel patrociniū præstare, maxime cum spem dederit priori parti: nam quod iustum salarium sibi non soluitur quāuis debitum sit, non liberat a prædictæ præuaricationis crimine; cū receptio illius non sit de substantia, vt præuaricatio committatur adiuuando aduersam partem; sed tantum adiuuare diuersam partem prodita causa sua, vt in l. 1. ff. de præuaricat. & quāuis statim lex illa dicat, ceterum aduocatus non propriè præuaricator dicitur: tamen. i. col. 2. tit. 7. p. 7. eum præuaricatorem & falsarium appellat. Sed nihilominus contrarium decidit in nostra quaestione Paul. de Castro, in l. 1. ff. de postulando, dicens quod si per te stat quo minus ipse sit aduocatus quia non vis sibi soluere, bene poterit esse pro me, alias daretur materia cui libet auferendi mihi aduocatos: nam quilibet aduocato suo ostenderet iura sua ad hoc vt non posset esse postea contra te; quā opinionem expresse sequitur doct. Azeuedo in præsentibus nu. 5. vbi in §. 6. ampliat idem esse, si vna pars tentaret aduocatum, & eidem secretum panderet, vt in causa illa pro contraria parte aduocare non posset; quia hoc non obstante poterit contrariam partem adiuuare, ne dolus illius partis eidem patrocinetur; secundū Montaluum & Florétinum, quos refert. Intelligit tamen vtrumque coactione iudicis præcedenti. Hęc opinio propter autoritatem Pauli forte obtineret in praxi; sed profecto in pūctō iuris habere videtur difficultatem; propter rationes supra adductas in contrarium: præmaximè quia fundamentum Pauli procedit

procedit data fraude; scilicet, quando pars ostenderit iura sua omnibus vel præcipuis aduocatis curiæ ciuitatis, vel Oppidi animo auferendi bonos aduocatos aduersæ parti; quo casu constituto de hoc haberet recte locum opinio Pauli. Item & procedere posset eadem quando aduocatus nõ explicite nec sigillatim promississet illi parti se patrocinium pro ea præstaturum, nec ita exacte iura illius examinauit, nec dixit cum studio & deliberatione illum fouere iustitiam, sed simpliciter audiret partem, eiusq; iura & instrumeta videt, spem dedisset patrocinandi pro ea: quia tacite intelligitur si sibi debitum salarium soluatur, alias enim non tenetur, maxime si expresse promissum fuit, & non soluit. Verum cessante prædicta fraude quado vni vel duobus, ostendit pars iura sua, & remanent alij præcipui aduocati qui possint patrocinari pro contraria parte, vel quando audiuit secreta prioris partis, & consilium cum deliberatione in suu fauore dedit, illiq; promissit patrocinium suum præstare, nõ videtur, quod hoc casu opinio Pauli de iure procedere queat. Quod si iterum replices recte facere aduocatum contrariam partem adiuuando, quandoquidem à prima salarium debitum non fuit solum libenter respondebo. Consultum esse aduocato, iudicem adeundo, vt compellat partem ad solutionem debiti salarii sibi faciendam, imo & meo iudicio iustum quoque interesse poterit petere, si aduocatus postquam aduocare coepit aperte derelinquatur sine causa, & pars aduersa eum requirat, vt pro se patrocinetur, idque recuset propter prius consilium vel patrocinium alteri parti derelinquenti eum præstitum.

Sed nihilominus opinio Pauli in suis terminis quibus loquitur recte de iure procedit: quia aduocatus nondum coeperat patrocinium præstare, sed tantu spem dedit, quod tamen intelligitur si sibi salarium soluatur, sed cum eadem non soluatur, aduocatus remanet liber, à sua promissione. Nec pandit secreta vnius partis alteri: quia hoc esset iniquum factum aduocati, & videtur pars quæ ostendit illi aduocato iura sua, & postea non

vult illi debitum salarium præstare esse in dolo & fraude aduersus ipsum, vnde sibi patrocinari nõ debet ex regula iuris vulgari: dum tamẽ intelligamus aduocatum bonam atq; iustam causam postea exorare, alias enim teneretur in vtroq; foro ad restitutionem damnorum præter reatu peccati mortalis, vt prædixi in quæstione præced. Limitari tamen debet opinio Pauli quando aduocatus coepisset, iam aduocare pro prima parte: quia tunc non potest pro altera contraria patrocinari per hæc nostram. l. Regiam, quod nec in diuersis instantijs licet vt in l. 13. huusituli: & ita tenent Doct. secundum eundem Paulum, in l. fi. in fi. ff. de postulando. Sequitur aduersus alios Burgos de Paz, in proemio. ll. Tauri. nu. 410. At quidem licet hæc ita de iure procedant, ego vero, vt libenter, quod facerem dicam: nec etiam in casu Pauli adiuuarem alteram partem si tamen aliquis id fecerit in sui fauore & defensionem habet doctrinam Pauli & sequacium, sic iure probatam, vt supra est dictum.

4 Ex quo dicto Pauli inferri videtur qd si vna pars assumpsit pro se oēs meliores aduocatos, iudex ad instantiam alterius partis poterit compellere aliquos eorum dimittere illa partem, & adsumere aduocationem atq; defensionem pro altera, quia & si iam semel se astrinxerint ad aduocandum pro diuersa parte, nihilominus tñ, ne alias auferatur copia defensionis alteri parti, & quia videtur fraude & malicia non carere qui omnes meliores aduocatos assumpsit pro se auferendi aduocatos, & sic defensionem alteri parti, tenendum est, quod prædixi ex tex. in l. prouidendum, in fin. C. de postul. vbi hoc expresse tenet Paulus Castrensis. statim in principio contra glossam, ibi: quod verum esse intelligo nisi ipsi aduocati quos dimittere primam partem contenditur, recusent absq; fraude illam relinquere & alteram iuuare, afferentes priorem partem habere iustitiam alteram vero minime, seq; cum bona conscientia minime posse pro se cunda patrocinari, tunc equidem cessante præd. fraude & iuramento præcedenti super hoc prædictos aduocatos nõ compellerem vt priorem partem iustitiam fouentem dimittant,

tant, secundam vero ea carentem adiuuent. 5 Ex eadem radice decidenda illa quæstio videtur an si aliquis aduocatus primo consultus pro te, nunc in illa causa vult esse meus aduocatus contra te, id possit facere, & glo. in d. l. fi. ff. de postulando innuit quod sic. Sed Ioan. And. ad speculum, eod. tit. nunc. que refert & sequitur Paulus in dict. l. fi. nu. 3. dicit qd nunquam ipse hoc faceret, nisi ex alia causa vel ex alio fundamento (intellige sufficienti) quam tacto in consilio suo, & hæc, est veritas secundum Paul. vbi supra. conferunt tradita per Burgos de Paz, in l. i. Taur. n. 641. & sequentibus. 6 Inferri etiam ex supradictis quod aduocatus contra aliquem de iure respondens potest aduersarium absque dubio patrocinio suo fouere, quia hic cessat ratio nostræ. l. & similitum. & probatur præterea. in c. disciplina. 45. dist. 8. & tenent nuncupatim Rainerius, & Albericus: in dict. l. fin. ff. de postul. ita intelligetes glossam ibi, & alij doct. quos refert Burgos de Paz vbi supra. n. 644. dicens quod cum ipse in quadam factis ardua causa consultus fuisset contra quendam strenuum militem, & deinde aduersarius a se sepius efflagitaret, & ipse nunc recusasset: quia cauendum est ab hoc tanquam ab igne quamuis iure non sit prohibitum, tamen præcepto dominorum auditorum compulsus aduocatus fuit aduersarij militis, & in causa obierunt, & si prius contra suum consilium fuisset iudicatum & afferit hoc esse notandum ad intellectum. l. 8. tit. 19. lib. 2. Ord. & hæc tenent. constitutionum aduocatorum, quod nunquam facere absque præcepto & mandato iudicis.

¶ Finis 30. Quæstionis.

### SUMMARIUM

1 **A**duocatus ab sponte offerente sine fraude recipiens, ultra salarium taxatum à iure communi vel statuto, an teneatur excessum restituere, resoluitur negative.

- 2 Clientuli lite pendente presumuntur omnia velle dare propter timorem litis sicut infirmus propter timorem mortis.
- 3 Aduocatus renuens recipere plus debito ab sponte offerente, parte replicante, vt recipiat, vtrum tunc licite recipere possit.
- 4 Aduocati quæ ratione in initio litium debeant pacificationem facere super salarijs sibi soluendis.
- 5 Finita lite potest aduocatus prius renuens instante parte, aliquid ultra debitum recipere sed, si lite etiam durante si aliquando vel sepius parti interroganti super eadem re, responderit consiliumque dederit absque precio, dum tamen non excedat iustam metam debiti.

### L. 21. titu. 16. lib. 2. Nouæ

Collect. Regia.

### QUÆSTIO XXXI.

1 **Q**uæstio. Vero an aduocatus ab sponte offerente sine fraude recipiens ultra salarium taxatum à iure communi vel statuto teneatur excessum restituere, quæ quæstio et si iure communi controuersa fuerit quibusdam existimantibus (proponunt Inn. n. 3. Anto. & Abb. nu. 32. in c. quia pleriq; de immunitate ecclesiarum) & alijs, quod non teneatur, nisi salarium esset adeo immoderatum, quod iudex ex officio cogere eum ad restituendum. Alijs vero (proponunt Cardinalis & Philipp. Decius) contrarium affirmantibus, nisi iuramentum interuenerit super cõuentione de soluendo maiorem summam à iure cõmuni taxatam, ex quo oritur actio & obligatio de iure Ciuili & Canonico. vt latissime probat Guido Pape, decisio ne. 19. pertotam, quas opiniones refert Tirac. de nobilitate. c. 29. nu. 38. & 54. hodie tamẽ lege



lege Regia. 21. in versu. *Mas que elletrado no sea ofado, de llevar mas, ibi, aunque de su voluntad se lo de la parte.* tit. 16. lib. 2. No uæ Collect. Regia. hæc quando decisa est. Et posteriorum opinio eadem leg. approbat. nempe, vt nec ab sponte offerentibus aduocatus vltra debitum salariū recipere valeat, quam etiam opinionem hac. l. non allegata, tenuit doct. Soto. lib. 5. de Iustitia. q. 8. artic. 4. versu. quo circa. pag. mihi. 465. ea tamen ratione, nam & si gratis auctiora illa precia videantur conferri, nunquam tamen vera conferuntur nisi coacta voluntate. Cui adde quod clientuli lite pendenti præsumuntur omnia velle dare propter timorem, si cut. infirmus propter timorem mortis, vt dicit glo. in. l. quis quis. §. præterea. C. de postulando, verb. contractu. quæ etiam opinio nem per hanc. l. probauit doct. Perez, in. l. 2. tit. 19. lib. 2. Ordinamenti. col. 665. versu. at si quid in Iudice, Notario, Medico, salariato de publico, & aduocato salariato à communibus, idem late probauit Auilel. c. 1. prætorum. in glo. Ni lleuaran, per totam. fol. 51.

3 Sed adhuc dubitatur quid si cum aduocato sponte offertur, plus debito, ipse dicat atque declaret sibi vltra debitum solui, & reddat parti residuum, at ipsa pars reuatur recipere, instans vt aduocatus retineat. vtrum tunc aduocatus licite recipiat. & videtur quod non propter generalitatem huius. l. in verbis supra relatis: rursus videtur quod sic, quia hoc casu voluntas libera datur partis offerentis, & sic videtur donatio quæ non est prohibita, maxime si offerens, nobilis vel diues sit & si sedecus videri debet rehabere, quod semel obtulit vt in terminis tenet doct. Azeuêdo, hic. n. 4. Nihilominus prima opinio verior mihi videtur ex nostra. l. quæ generaliter & indistincte loquitur, vt aduocatus etiam ab sponte offerentibus plus debito non recipiat. negari enim non potest quin pars durante sua lite non omnino sua libera voluntate id offerat, sed quodammodo coactus vt aduocatum contentum gratumque habeat, vt hilari vultu eum semper admittat atque recipiat & interrogationibus suis respondeat

qua ratione emanauit. l. 7. huius. tit. dispones;

4 *Que los abogados hagan sus yguales y ciertos de sus salarios, luego al principio de los pleytos oyda la relacion de las partes: pero que despues que ouieren visto sus escripturas y comenzado à hazer peticiones ò escritos; ò otra cosa alguna, en los dichos pleytos, que no puedan auenir ni ygualar, sus salarios con las dichas partes: porque ya estarian prendadas y necesitadas y no terminan libertad de hazer la yguala, como les cumpliesse.* Quæ sane legis ratio verissima, optimum præstat nostræ opinioni fundamentum & inuamen nisi hoc casu euidenter constaret de libera voluntate dantis, essetque talis qui posset donare, si tamen finita lite omnino id fieret. & aduocatus redderet. & ad huc pars in se rehabere nollet, tunc à ratione cessante videtur quod sit libera omnino voluntas offerentis, dantisque vltra debitum, ob bonam gratitudinem laborum præteritorum, & sic quod aduocatus recipere posset, sed si lite durante recipiat adhuc, excusari potest, si aliquando vel sapius eidem parti interroganti super eadem re, vel alijs verbo, vel scripto responderit, consiliumque dederit aduocatus absque salario vel precio: nam solent læpenumero partes interrogare aduocatos suos, verbo, mimicala quædam super suis causis sine solutione mercedis vltra libellos quos faciunt in prædict. causis, pro quibus tantum solutio fit: nam tunc poterit aduocatus ea omnia pecunia astinare: & si sibi pro prædict. libellis interrogatorijs & visu processus vel iuris allegatione, verbo, vel scripto facta, vel facienda, vltra debitum soluantur: illud residuum compensare atque recipere pro responsionibus quas verbo, absque mercede dederit suæ parti, nã gratis id facere nec respondere nec consilium præstare tenetur dum tamen pro vtroque non excedat iustam metã veri debiti, caueat tamẽ ne cum sit iudex in causa propria à recto deuiet.

¶ Finis. 31. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **A**duocatus aulicite possit petere salariū anni cõuentum in quo sua pars nullas causas habuit, concluditur posse.
- 2 Aduocatus vltra salariū cõuentū pro vno anno petere non posset si suus clientulus plurimas causas in illo anno habuerit.
- 3 Aduocatus si propter infirmitatẽ superuenientem non potuit postulare & habuit salariū, ita quod oportuit clientulum alium aduocatum assumere, nõ tenetur aduocatus prior salariū restituere, quia per eum non stetit, & ideo non solum exigere poterit.

### L. 18. tit. 16. lib. 2. Nouæ Collect. Regia.

#### QVÆSTIO. XXXII.

**Q**uæro circa. ll. Regias eiusdem tit. agentes de salarijs debitis soluendis aduocatis, & præcipue. l. 18. dict. titu. quæ probat, *Que todos los abogados de estos Reynos se contenten de llevar honestos y templados salarios por su trabajo, de los pleytos en que ayudaren.* Quid si aduocatus promisit aduocare pro Titio per vñū annū sub salario cõuentō soluēdo singulis quatuor mensibus, vel alijs terminis, ille Titius nullas causas in illo anno habuit an aduocatus licite petat salariū: & videtur quod non quia oēs prædict. ll. & alię iuriscõmunis innuunt iuxta laborẽ faciēdiamque aduocati esse soluendum salariū, si igitur Titius nullas causas habuit, nec aduocatus laborẽ vllum impedit videtur quod nullū salariū sit eidem soluēdum. Sed hoc non obstate contrarium est tenendum, imo quod hoc casu licite & iuste talis aduocatus petat & exigat salariū cõuentum. Primò, quia non stetit per eum, vt in. l. fin. C. de cond. causa data. & l. qui operas. §. fin. ff. locati. ille enim paratus erat,

ex sua parte adimplere promissum (hoc est) exercere suum officium aduocationis in causis Titij, si sibi offerrentur, quare si illas non habuit Titius, aduocato imputandum minime erit. Secundo, ratione vinculi obligationis, quæ aduocatus astrictus erat ad aduocandum pro Titio, quæ quidem obligatio in habitu, licet ad actum non reducitur propter defectum causarum, æstimabilis est pecunia atque precio, præmaxime cum aduocatus hic, cum suam fidem promiserit pro Titio, non possit pro alijs contra Titium aduocare, sicque priuatur sua libertate speque lucrandi ab alijs: potuit enim verifimiliter contingere melior cõditio (hoc est auctius salariū) sibi ab aduersis partibus offerretur, si pro Titio non teneretur. quæ omnia considerabilia sunt atque æstimanda pecunia, hoc est dicto salario, iuxta illud. Nõ bene pro toto libertas venditur auro, &c. Tertio, hæc sententia probatur sumpto argumento à casu conuerso, nam stante dicta cõuentione, si Titius plures causas haberet, respectuque earum & laboris in eis impensi ab aduocato, exiguum atque paruum esset prædict. salariū cõuentum, posset ne quæso aduocatus hoc casu maius salariū cõdignum tamen exposcere atque à Titio efflagitare? & minime posse recta ratio postulat, & argumento Sacri Euangelij apud Matthæum. c. 20. cõprobatur, ibi. Amicẽ non facio tibi iniuriã, non ne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade. Nec lastio consideranda est respectu causarum postea cõtingentium, vt restitutio detur, sed attendendum est tempus cõuentionis, quo incertū erat an plures, paucaue cause contingerent, quo dubio iuentu attento & ratione incertitudinis iustificatur cõuentio, & neutri partium competit restitutio iuxta tradita per doct. in. l. i. C. de pactis. & in. l. de fideicõmisso. per text. ibi, C. de transactio. eodem igitur modo, si Titius nullas causas habeat illo anno, quas aduocatus exoret, sibi integrū salariū soluēdū est. quam sententiam in terminis nostræ quæstionis probat & sequitur Matthæus de Afflictis, in Constit. Regni Sicilia Rubri. 82. de salario aduocatorum. num. 4. al-

legans Barto. in. l. i. §. diuus. verfic. vltorius  
quæro. ff. de var. & extraord. cogni. sed Bar.  
ibi loquitur quando aduocatus mortuus est  
antequam aliquid fecerit, qui est diuersus ea  
sus, nihilominus tamen nostra præfatam sen-  
tentiam post hæc scripta, inuenio sequutum  
fuisse doct. Azeuedo, in. l. 10. & sequentibus.  
huius tit. 16. lib. 2. Nouæ Collect. Reg. nu. 4.  
& vidi iam concessas fuisse Regias literas in  
fauorem cuiusdam procuratoris Curie Re-  
galis contra Concilium cuiusdam oppidi  
pro salario comento plurimorum annorum, quan-  
uis eisdem annis nullas causas illius Conci-  
lij procurator egisset: quia non fuit ad id re-  
quisitus, eo quod eas non habuit, tamen con-  
cordia fuit inita super hoc, inter prædicator-  
rum illum, & Concilium; non obstant nota-  
stra. II. Regia: quia loquitur quando aduo-  
catus conducitur respectum unius vel plurimum  
causarum specialiter nominatum, tunc tem-  
poris occurrentium; quare comento, vt aduo-  
catus labor assumetur. Nos vero agimus quan-  
do aduocatus conducitur ad annum vel an-  
nos sub certa annua mercede, vel salario, ad  
omnes causas quas habet, habiturusque est  
illo tempore pars: & ideo præsens dubius  
euentus illo salario conueto assumatur, non  
vero labor futurarum causarum postea oc-  
currentium.

3 Quinimò existimat Matthæus de Affi-  
ctis, vbi supra, num. 6. cum Barto. quem re-  
fert, quod si aduocatus propter infirmita-  
tem superuenientem non potuit postulare  
& habuit salarium: ita quod oportuit clien-  
tulum alium aduocatum assumere, non te-  
netur aduocatus salariatus prædict. restituere  
salarium, quia per eum non stetit, quem  
sequitur doct. Azeuedo, vbi supra, num. 5.  
quaratione & non solum exigere pote-  
rit eodem casu aduocatus meo iudicio.

¶ Finis. 3. Quæstionis.

SUMMARIVM.

1 Decima executionis non debetur, si  
debitor cui fuit facta executio  
pro debito, illud soluat intra diem natu-

valem, ab hora qua fuit facta executio  
præfata numerandum.

2 An sufficiat ad evitandam decimam alia  
satisfactio præter realem solutionem in  
pecunia numerata, nempe verbalis que  
el accreedor diga dentro de. 24. horas,  
que se da por contento y pagado, quan-  
uis pecuniam, nec aliam rem acceperit?  
& numeris sequentibus resoluitur affir-  
mativè nu. 5.

3 Ablativus absolutus importat conditionem  
secundum communem.

4 Condicio debet impleri in specifica forma.

5 Voluntas domini excusat à restitutione  
si libere (hoc est) absque fraude, nec coa-  
ctus, vel metu debitoris donat, et interim  
pendente dilatione à domino concessa  
immunem reddit debitor em.

7 Appellatione solutionis naturalis venit nu-  
meratio tantum contra las. consil. 9. n. 9.

L. 32. tit. 4. lib. 3. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XXXIII.

Væro. l. 32. titu. 4. lib. 3. No-  
uæ Collect. Regiæ: cauetur,  
Que queriendo pagar, y pa-  
gando la parte, antes que  
se haga la execucion, aun  
que este pedida y mandada hazer, no pa-  
gue derechos della, salvo el camino y dere-  
cho del mandamiento executorio, y no  
otra cosa alguna, Idem probat. l. 18. titu. 21.  
lib. 4. Nouæ Collect. Reg. ibi, Que los al-  
guaziles, &c. Idem nostra. l. nuntiata re-  
spondet Auiles. capit. 10. prætorum. in glo.  
Derechos. nu. 2. allegans Ferraram idem ten-  
entem, & dicit ita practicari: sed hodie in  
hoc habemus nouissimam leg. generalem  
in Curijs de Madrid. Anni. 1573. petitione. 32.  
quæ

quæ ita se habet: *A esto vos respondemos,*  
*que pagando el deudor dentro de un dia,*  
*natural la deuda por que se quieren fecha*  
*execucion, no sea obligado a pagar deci-*  
*ma por razon della, y el escribano ante*  
*quien passare asiente la hora en que ansi*  
*hiziere la dicha execucion por que se hizo,*  
*y entienda quando se cumple y acaba el di-*  
*cho dia natural. Sopera de pagar el dano*  
*a la parte, y que la tal execucion sea en fi-*  
*ninguna.*

2 An ad evitandam dictam decimam suffi-  
ciat alia satisfactio præter realem solutio-  
nem in pecunia numerata, puta verbalis:  
*Que el accreedor diga que se da por con-*  
*tento y pagado.* Intra dicta 24. horas, quan-  
uis pecuniam, nec aliam rem minime recep-  
erit, sed ad instantiam debitoris prædict. con-  
fessionem faciat vt eum liberet à decima so-  
lutione? & videtur quod hoc non sufficiat  
nisi solutio realis & numeratio naturalis in-  
teruenierit, vel saltem vera satisfactio in alijs  
rebus infra dictum terminum 24. horarum,  
primo quia lex dicit, que pagado el deudor,  
& hæc verba sunt ablativus absoluti (hoc est  
soluente creditore) qui importat conditionem,  
vt in. l. à testatore, & ibi glo. & doct. ff. de  
cond. & demonst. quam regulam per illum  
text. testatur esse communem plures am-  
pliationes & limitationes congerens Iaso.  
in R. libr. ff. soluto matrimonio. in secunda  
Lectura. num. 10. & sequentibus. dicit com-  
munem alios allegans & durum esse in præ-  
ctica ab ea recedere Rolandus à Valle. con-  
silio. 63. num. 37. lib. 4. Condicio autem de-  
bet impleri in specifica forma, vt in. l. qui  
heredi. in principio. & in. l. Meuius. ff. de  
cond. & demonst. per quæ iura hæc est com-  
munis opinio, secundum Anto. Gom. 1. To-  
mo. c. de legatis. num. 76. vbi late exempli-  
ficat. De quo late per doct. Couar. in pract.  
quæstionibus. c. 39. Secundo, per dict. l. 18. ibi,  
*Queriendo pagar luego de cotado a la par-*

*te, o mostrádo carta de pagado.* Tercio, per  
text. in. l. solutam. ff. de solutio. vbi inquit  
text. solutam pecuniam intelligimus utiq;  
naturaliter si numerata sit creditori. Quarto  
argum. tex. in cap. 10. Prætorum. hodie. l. 10.  
tit. 6. lib. 3. Nouæ Collect. Regiæ. ibi, *Ha-*  
*sta que el dueño de la deuda sea pagado, o*  
*se liere por contento.* Nam ibi, *ser pagado*  
*ditar se por contento.* Sunt diuersa & ideo  
interponitur dictio, O, tanquam inter diuersa:  
quia *Si debaxo de ser pagado, se entendi-*  
*ra dar se por contento.* Id. non exprimeret  
in Noua Collectione Regiæ. loco, O, po-  
nitur, Y, quæ est copulativa, & ambo con-  
iungit atq; requirit rursus idem probatur in  
l. 7. titulo. 21. libr. 4. Nouæ Collect. Reg. ibi  
*Saluo siendo primeramente contenido y pa-*  
*gado el accreedor de su deudor.* Quarto,  
quia huiusmodi satisfactio quæ non est rea-  
lis sed verbalis ad effectum impediendæ de-  
cima facta videtur in fraudem executio-  
ris, procurata & affectata, quare valere non  
debet, tanquam remedium affectatum, ar-  
gumento text. in. §. item tria onera. de excu-  
sa. tutorum. inst. ibi, non affectata, & iux-  
ta late tradita de affectatis & procuratis per  
Ias. in. l. si feruus plurium. §. si quis ante. nu-  
mero quinto. & sequentibus. ff. de legatis. 1.  
& Melin. in cap. fin. de testibus. Capolam  
cautela. 4. & Ripam, in cap. cum. M. in fin.  
de constit.

5 Sed his omnibus nõ obstantibus meo iudi-  
cio contrarium est tenendum, nepe qd sufficiat sa-  
tisfactio quælibet partis facta in dict. termi-  
no, licet pecunia realiter non solvatur, nec  
alia res in solutum tradatur. Primo, quia hæc  
est mens dict. l. Nouæ, quod non exigantur  
à debitore expensa decimæ, postquam debi-  
tum fuerit solutum: sed creditor inquit, sibi  
esse satisfactum: ergo nihil amplius expectan-  
dum, nec inquirendum est. Cum via execu-  
tiua, in sui fauore sit introducta, & solutio de-  
biti suo arbitrio sibi est facienda. Secundo,  
per text. in. l. solutionis verbo. 176. in ordi-  
ne. ff. de verborum signifi. vbi inquit tex. so-



lutionis. verb. Satisfactionem omnē quoq; accipiendam placet. Idem probat. l. solutio- nis verbum. ff. de solut. dicēs solutionis ver- bum pertinet ad omnem liberationem: ma- gisq; ad substantiam obligationis refer- tur quam ad nummorum solutionem. Ter- tio, per text. in. l. si rem. §. omnis. ff. de pigno- ratiua actione, ibi, satisfactum autem acci- pimus, quemadmodum, voluit creditor, li- cet nō sit solutum, idem probatur in. l. item, liberatur, in princip. ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca soluitur.

- 6 Quarto facit, quia si dominij volūtas ex- cuset a restitutione si libere, hoc est, absque fraude nec coactione: vel metu debitoris do- natur, & interim pendente dilatione a do- mino concessa, immunem reddit debitorem iuxta regulam singul. in cap. non dimittitur peccatum, de reg. iur. lib. 6. & ibi Doct. glo. etiam in. c. quia frustra, de vsuris, quam sen- tentiam late probat, & declarat Nauar. in Manua. cap. 17. num. 45. & 75. & sequentib; & alij plurimi Theologi, eosq; referens Bur- gos de Paz, in procemio, ll. Tauri. num. 258. eodem modo, imo & a fortiori sufficet alia satisfactio ad voluntatem liberam ipsius cre- ditoris præstita, præmaxime cum simul in poenalibus, & odiosis ad incurfionem eu- tandam decimæ, quæ verè est poena ob non solutum debitum principale. Non obstant pro cōtraria parte adducta, & primo verba, dict. l. nouæ de Madrid, supra relata, ibi, Pa- gando el deudor, &c. quia etiam si in specifi- ca forma debeāt adimpleri, quia sunt ablati- ui absoluti cū omnis satisfactio sit solutio, vt in iuribus supra allegatis satis adimplētur in forma debita ab eodē modo, respōdeo ad dict. l. 18. Secundo, non obstat. d. l. solutam, quia loquitur de solutione naturali, cuius ap- pellatione venit numeratio tantum, vt ad- uersus Ias. consil. 9. nu. 9. eum reprehendens aduertit Octavianus, decisione Pedemont. 92. num. 28. Non obstat & tertium funda- mentum contrarium de quibusdam. ll. Re- gij supra allegatis, vbi ponuntur copulatiue (Contento y pagado el acreedor.) Nam ibi ex abundantia potius, & gratia clarioris in-

telligentiæ coniunguntur & multiplicatur dicta verba, ex vsu cōmuni loquendi, quam vt diuersitatē iuris inter ipsa eadem signi- ficent, quod patet, quia si non sufficeret, ef- se contentum a creditore de debito & re- quireretur vera & naturalis solutio, fru- stra, vel salum superflue adijceretur verbū, Contento & tantum diceretur, Pagado el acreedor. Imo & tūne esset opus adijcere in pecunia numerata, cum alias omnis satisfactio sit solutio, vt supra dictū est. Quintum fundamentum, etiam non obest: quoniam nō potest dici fraude factum quod lege per- mittente fit, licitum est enim vniciq; sibi providere omnibus vijs & modis a iure per- missis, & præcauere, ne incidat in poenā, pro- curare autē vt creditor confiteatur se esse contentum non est prohibitum, sed permis- sum a iure, cum tendat in libertatem credi- toris, præmaxime: quia mens & anima. d. l. de Madrid, ea est vt debitores releuetur a so- lutione decimæ eo casu quo creditores exe- quutiones perentes sint soluti, vel aliter sa- tisfacti de suis debitis intra diem naturalem, ipsi enim creditores sunt partes principales in dictis suis causis executiuis, quibus sub- blatis intra diem naturalem solutione, vel alia satisfactio, quæ ipsi contentos se esse dicunt, cessare debet & ius executoris, qd est dependēs a iure creditorū, nec oritur nec adquiritur executori, nisi post lapsum dicti diei naturalis solutione nō facta debiti prin- cipalis: at vero satisfactio quælibet ad volū- tatē creditoris dicitur solutio quæ pertinet ad omnem liberationem: & magis ad sub- stantiā obligationis refertur quam ad num- morum solutionem, vt in iuribus supra al- legatis: & ita vidi iuxta hanc opinionem sæ- piissime obseruari in praxi. Quam postea ex- presse. l. Madrititia approbata esse relatum est mihi.

### ¶ Finis. 33. Quæstionis.


SVM-

## SVMMARIVM.

- 1 **V**icinus vel naturalis, an possit esse locum tenens potestatis in sua pa- tria ad modicum tempus ex aliqua cau- sa? & numeris sequentibus resoluuntur affirmatiue. num. 3.
- 2 **S**ubrogatus debet esse eiusdem iuris & con- ditionis cuius est ille in cuius locum sub- rogatur, & debet esse talis qui a princi- pio potuerit esse.

## L. 4. titu. 6. lib. 3. Nouæ Collec. Regiæ.

### QVÆSTIO. XXXIII.



- Q**uæro Circa. l. 4. titu. 6. lib. 3. Nouæ Collec. Re- giæ in princip. ibi, *Quæ- no tōgan alcaides ni te- nientes, ni alguaziles, que sean vezinos ni na- turales de la tierra que lleuan cargo.* Verū vicinus vel naturalis, an possit esse locum tenens potestatis ad modicum tempus ex cau- sa absentia vel simili prout cōmuniter fit, quia iudices solēt eum absint ad modicum tempus aliquem aduocatū in ciuem vel na- turalem suum locum tenentem constituere atque relinquere: & videtur id non licere ex nostra. l. ibi. Nitenientes. Quæ generali- ter loquitur, & sic generaliter debet intelli- gi hæc prohibitio, siue sit ad modicum, vel longum tempus ex causa absentia, vel non.
- 2 Secundo, per dictum Baldi in. l. Parabolani. C. de Episc. & cleri. dicentis, quod subroga- tus debet esse eiusdem iuris & conditionis cuius est ille in cuius locum subrogatur, & debet esse talis qui a principio potuerit esse decens hoc facere cōtra iudices & assessores iustitiariorū Regni: nam quando recedunt a Prouincia dum reuertuntur domum in lo-

cū suū subrogant virū de aduocatis qui sunt de eadē Prouincia qd nō possunt per illū tex. sed ille de Prouincia non potuit esse a prin- cipio: ergo nō potuit subrogari, si igitur nō tenet subrogatio, nec tenet quæ subrogati fa- ciunt, idem dicit Lucas de Pena, in. l. pen. C. de agētibus. in rebus. lib. 12. & sequitur plu- res eosq; referens Auilesius, in cap. 4. præto- rum. in glo. Tierra. num. 2. & 3. fol. 99.

3 Sed his non obstantibus contrarium te- nent in nostra quæst. Doct. vt refert Ioan. de Platea, in. l. nullus apparitor. nu. 2. C. de di- uerfis officijs. & apparit. iudic. & approb. eo- rum. lib. 12. nempe quod quis nō potest esse locum tenens iudicis in Prouincia ipsius lo- cum tenentis: quia non reperitur de iure cau- tum de prohibitione locum tenentis: & quia non habet multum durare, argum. l. si in ea dem. ff. de officio assessorum, & aliorum iu- rium, quæ allegat, & tenuit prius idem Bald. in. l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. dicēs quod subsidium potest substituere illum qui est de prouincia si neminē alienigenā inue- nerit qui velit eius vicem gerere, argu. l. ge- neraliter. §. puros. ff. de decurio. in. ff. de of- ficio assessorum. vbi Bald. in Repet. Idem te- net referens Cinum & Guillelmum substi- tuens enim in officio substituit suo pericu- lo. l. ad similitudinem. C. de Episc. & cleri. sequitur etiam Paris de Puteo, in Tract. syn- dicatus. in parte, an substituens. nu. 3. volu. 2. Tract. diuersorum. fol. 423. in qua opinione etiā refidet, maxime propter obseruantiam: ita vetustissimam quæ habet vim privilegij, *Mattheus de Afflic. in Costi. Regni Sicil- iæ. Rubr. 60. lib. 1. in collatione incipien. Magister camerarij. nu. 10. fol. 153. eandē opi- nionem in terminis qd vicinus vel naturalis ad modicum tempus ex causa absentia, vel simili possit esse locum tenens. Potestatis tenet Auend. r. p. c. 3. prætorum. nu. 5. in ver- sic. vicinus autē, vbi allegat Plateam, & Af- flic. vbi supra, idem probauit & tenet Au- les. vbi supra, nu. 4. dicēs qd si talis locū tenēs in officio parū durat potest subrogari, & ve- lent gesta per eum, & quod ita aliquando vtitur, quod isti ciues ponuntur in locum tenentes quando in breui iudex est statim*



reuerſimus: quia ad multos dies non poteſt ordinarius abeſſe: & ſi longo tempore abeſſe eſſet deberet loco ſuo ſubſtituere extraneum, vel alium de licetia principis, eandem ſententiam probauit nouiſſime doct. Azuero doct. 5. & ita eſt tenendum, & vtiur quod die prout vidi ſapienter fieri. Non obſtat noſtra lex, quæ expreſſim prohibentur eſſe locum tenentes vicini, vel naturales, & ſic videtur iure Regio ceſſare ratio doctorum tenentium hanc ſecundam partem: quia reſponſio deo id procedere atque intelligendum eſt reſpectu totius temporis officij poteſtatis, vel ad longum tempus ſecus vero ad modicum ex cauſa abſentia, vel alia ſimili ratione cum difficile ſit, vel nimis ſup. p. noſtrum uenire extraneum quem ſubſtituatur, inuenit quod ex huiusmodi iuſta cauſa citus, vel naturalis poteſtate loco tenens ad modicum tempus, & in hoc caſu limitatur noſtra lex eodem modo reſponſio ad doctrinam Baldi in l. Parabolani, vt hoc caſu non procedat.

**Finis. 34. Quaſtionis.**

**SVMMA RIVM**

- 1 **Iudex poteſt facere compoſitionem ſuper poena in qua aliquem condemnat, poſtquam ſua ſententia tranſiit in rem iudicatam.**
- 2 **Sed an idem poſſit facere poſt ſententiam qua appellatum exiſtit num. 2. ubi dicitur de diuerſe ſententiae referuntur.**
- 3 **Pro ſententia praſumitur, imo eſſe maximam praſumptionem pro iudice in d. que iudicare poteſt.**
- 4 **Reſolutio ponitur in quaſtione mora. num. 1. ubi dicitur de mora.**

**L. ii. tit. 6. lib. 3. Noua Collect. Regia.**

*Quod non, ubi dicitur de iudicibus*

**Q**ue en eſto no haran auencia ninguna, por ſi in por atra per ſona por ellos, antes de dar la ſentencia. lo

*pena que lo pagaran con las ſentencias*

post ſententiam quæ iudex condemnare in aliqua poena, ſibi applicata, poſſit itam compoſitionem facere. Et videtur ſine dubio quando ſententia tranſiit in rem iudicatam cum in re propria quilibet ſit moderator & arbiter, vt in l. in re mandata. C. mandati. c. in ſimilibus. Si vero ceſſaſſet appellauerit a ſententia, videtur id non licere cum per appellacionem cauſa redigatur ad eum ſtatum, in quo erat ante ſententiam, vt in l. ad Turpil. c. in l. 2. verſiculo ſiniſtriſt. p. c. & in l. i. c. in l. nonam. c. de ſententia. & in alijs p. c. in quibus congeſtiſſet Ant. Gomez. in l. 2. c. in l. num. 6. ſed ante ſententiam fieri non poteſt hac compoſitio, vt in hac l. Regia.

post ſententiam quando ab ea appellatum: quia in d. iudicibus hanc poenam non prohibetur per noſtra mandata poſt ſententiam. Sed ante, ergo a contumacia poſt ſententiam, ſed ab ea fuerit appellatum, iudex poterit facere compoſitionem & tranſactionem. Et in parte condemnata hoc contrario ſenſu. Sed ratio, quia pro ſententia praſumitur, vt in l. Perennius. c. Quia ſententia eſt iudicis, ex quo text. plures hinc arguunt generaliter de iudice praſumptionem, ſcilicet eſſe maximam pro iudice in his que iudicare poteſt, quæ refert Mentochius de Arbitra. l. lib. 1. quaſt. 76. num. 13. ubi dicitur: Fermo quia eo pro quo agitur de eorum & condemnatus a ſententia, & vult ſoluere videtur conſentire condemnationi aduersus

omni modo obſtinat. ubi dicitur: ubi dicitur: cum facta, & ſicut ſoluendo totam condemnationem virtute ſententiae iudex eſt tutus, eodem modo, ſi vi concordiae ſoluat partem argum. ad ſolutionem. C. de re iudic. quibus fundamentis hanc partem probauit Petrus Nuñez Auend. l. p. ca. 18. pratorum. nu. 3. verſu. In caſibus tamen. Auileſius autem. cap. 11. pratorum. verſu. Auencencia. num. 2. hoc intelligit verum quæ poena in totum applicatur iudici, ſecus ſi poena applicaretur partim Camera Regia, partim iudici, & partim accuſatori, ſive denunciatori: quia tunc iudex etiam poſt ſententiam non poſſet compoſitionem facere in præiudicium ſiſci, quia in re aliena, nemo eſt moderator niſi ſoluatur ſua pars Camera: iudex enim maliter faciens collidere videtur, eſt. receperit ſuam partem prius quam ſiſco Regio ſoluatur ſua pars, nec neretur iudex ſuam partem reſtituere cum duplo Camera Regia ad idemq; teneretur denunciator ſi ſuam partem reciperet antequam eſſet ſatisfactum Camera Regia iuxta pragmat. 16. de Madrid. Anni. 1552. in Inſtructione circa modum exigenti, Las penas de camera. hodie l. 13. cap. 16. tit. 14. lib. 2. Noua. Collect. Reg. quam ibi refert Auileſ exiſtimans eam habere locum non ſolum in iudicibus ſupremis, hoc eſt, en Alcaldes de Corte y Chancilleria, in quibus loquitur: ſed etiam in alijs iudicibus huius Regni, quia eadem ratio in eis militat: in ſuper addit ſe credere quod præter hoc, pars ſoluens aliquid hoc caſu, per cõcordiam iudicij, vel accuſatori videtur acquieſcere ſententiae, & ipſa tranſit in rem iudicatam, & poterit exequi etiam in fauorem Camera Regia: quia ſoluendo partem debiti videtur totum agnoſcere, vt in l. cum fidem. C. de non num. pecunia. tamen Auend. ubi ſupra. videatur tenere ad huc hoc caſu licitum eſſe iudici ſuper ſua parte cõ parte condemnata tranſigere, quibus verbis præſupponere videtur, id procedere, etiam quando ſiſco Regio applicatur altera pars poenæ, quando quidem inquit licere iudici ſuper ſua parte tranſigere poſt ſententiam, ſed ipſius fundamenta tantum vrgent quædo ſententia ſolum lata fuit in fauorem iudicis, alias enim incideret iudex ſuam partem recipiens antequam ſiſco ſit ſatisfactum in poenam dupli, vt eſt dictum, & ita vidi cautos iudices præcauere, nempe cum poenæ pars applicatur ſiſco, vt ante omnia ſoluatur illa pars integra ſiſco, niſi ſatione paupertatis moderetur, vel alia iuſta cauſa, & poſtea ex parte ſua faciunt remiſſionem aliquam ſive compoſitionem, cum parte condemnata.

Señal. Sed cum nihil in iure ſit inconſuſum, vidi poſt hæc ſcripſit Modernus. Ioanni. Matienq. qu. in l. 13. glo. 2. nu. 7. & ſequent. titulo. 10. libro. 5. Noua. Collect. Reg. tenet in omnibus ſupra dictis contra Auend. & Auileſium, & ſic quod nullo modo in quaſtione noſtra fieri poſſit prædict. compoſitio, nam in poenis ſiſco applicatis & Camera Regia no poteſt iudex ante, nec poſt ſententiam loco ſiſci, & eius, nomine compoſitionem, vel tranſactionem, facere cum eõdem nato, nec nomine denunciatoris cum mandatum eorum non habeat: nec nomine proprio iudicis pro ſua parte ſi ab eius ſententia fuit appellatum, quia l. noſtra ad executionem poenæ non ſolum exigunt ſententiam fuiſſe latam, verum etiam quod tranſierit in rem iudicatam: quia poteſt a iudice appellationis reuocari vel moderari ergo eadem ratione non poterit compoſitionem facere in qua præſumptio fraudis ſemp. adeſt, & præterea iudex, cui aliquis poena per legem applicatur, non poteſt ſuam exigere partem antequam portionem ſiſci exigat, ſub poena dupli, vt eſt prædictum. In ſuper ſibi non placet, quod Auileſ dixit, nempe quod valebit tranſactio quo ad partem iudicis & quo ad partem Camera vel denunciatoris cenſebitur conſenſum præſtitum fuiſſe ſententiae, licet iudex in poenam dict. l. 13. incurrat. Nam condemnationes recipiunt diuifionem reſpectu perſonarum, quibus adiudicantur, nec portio vnus pendet ex alia, quare ſicut ſententia tranſierit in rem iudicatam non poſſet vnus alteri præiudicare componendo ſe pro ſua parte. Itaneq; etiam prodeſſe poterit antequam ſententia tranſeat in rem iudicatam, quia tamen a ſententia eſt appellatum tranſactioni locus non eſt, ſicut





tur iustitia, vt in ca. grande, de supplend. negli. prel. lib. 6. iuxta tradita per Cardi. in Clementi. §. sane. n. 2. de haret. vbi qd ad quem spectet cognitio: principaliter delictorum a. l. ipsum solum spectat habere carcerem.

Sed his non obstantibus contrarium ostendit in eo quod carcer edificari debeat expensis Reipublicæ, custodi vero carcerato riu ad rego pertineat: quia ipsi Reipublice inuenerunt, vt malefactores in carcere custodiantur, vt inde abduci publice puniatur, vnde licitatio. §. fin. ff. de pub. & vectig. & in l. ita vulneratis. ff. ad l. Aquil. & in d. i. uita. l. ver sic. Que ha gran pro. part. 7. quia sicut expedit Reipublicæ vt delicta puniatur ita etiam versatur eadem utilitas publica in eo, vt delinquentes custodiantur in carcere, cum sit præambulum custodia eorum ad punitione ipsam ita etiam videmus quod salarium prætoru soluitur de redditibus ciuitatis vel vilarum, vt probatur in l. 7. tit. 16. lib. 2. Ordin. vet. & tradit late Auend. lib. 2. c. 10. prætorum. n. 3. & 4. & in terminis hanc opinionem tenet Paris de puteo, vbi supra & eam de iure & consuetudine, probat Auend. vbi supra dict. ca. 20. i. p. n. 4. & 5. & in 2. p. dict. ca. 10. nu. 6. ad fin. & Auiles. vbi supra. quod ego etiam vidi vsu obseruari. Et in supremo Consi. ita fuit determinatum his diebus in lite. *Entre la villa de Llerena y las villas de su governacion.* Quidquid in contrariu velit doct. Azeuedo in presenti. n. 9. vbi asserit quod dicta in hoc ab Auend. de carcere construendo non ex toto sibi applaudunt, refertque Iulium Clarum aduersus Auend. dicentem in multis locis, seruari Contrarium, nam hoc non obstante de iure & consuetudine nostra hæc sententia verior est, & tenenda, nempe quod carcer, edificari debeat expensis Reipublicæ, idem in ædificatione veariæ quæ vulgo, carniceria, appellamus & in fabrica domus quæ appellatur, pescaderia: vt expensis comunibus fiat tenet Auend. dict. lib. 2. c. 10. n. 7.

3 Quo ad vincula vero, (hoc est, las prisiones) de quibus etiam nostra. l. loquitur, est etiam dubium cuius expensis fient: & vide-

tur quod expensis Reipublicæ eadē ratione qua & carcer, vt supra est dictum: Sed in his vinculis video consuetudine introductu esse, vt *A costa de gastos de justicia se hagan,* vel his deficientibus solent iudices aliquam partem condemnationum delinquentium specialiter pro his vinculis conficiendis applicare.

**FINIS 36. Quæstionis.**

**SUMMARIUM.**

- 1 **Sententia lata à iudice de alcance, an statim debeat exequi non obstante appellatione: affirmatiuè resoluitur.**
- 2 **Hoc non procedit quando calculatio non est facta à iudice, sed per quosdam alios computatores à partibus nominatos: quia tunc computatio talis non potest mandari executioni, nisi per iudicem confirmetur.**
- 3 **Praxis procedendi à iudice super calculatioe facta per calculatores nominatos à partibus.**

**L. 22. tit. 6. lib. 3. Nouæ Coll. & Regiæ.**

**QVÆSTIO. XXXVII.**

**Q**uero circa l. 22. tit. 6. lib. 3. Coll. Reg. ibi, *Esten senecidas las quantas, y executados los alcances.* an lata sententia dicta, de alcance, à iudice, hoc casu statim debeat executioni mandari non obstante appellatione: & videtur quod non: quia appellatione pendente nihil nouari debet, vt in l. 1. ff. nil nouari appell. pend. cū similibus, potuit enim iste administrator Reipublicæ (hoc est, *Mayordomo de la ciudad, villa, o lugar.*) Grauari in calculatioe, & sic toleretur ei defensio: sed nihilominus contrarium est tenendum

Verò circa l. 22. tit. 6. lib. 3. Coll. Reg. ibi, *Esten senecidas las quantas, y executados los alcances.* an lata sententia dicta, de alcance, à iudice, hoc casu statim debeat executioni mandari non obstante appellatione: & videtur quod non: quia appellatione pendente nihil nouari debet, vt in l. 1. ff. nil nouari appell. pend. cū similibus, potuit enim iste administrator Reipublicæ (hoc est, *Mayordomo de la ciudad, villa, o lugar.*) Grauari in calculatioe, & sic toleretur ei defensio: sed nihilominus contrarium est tenendum

nendū hoc in casu quia præd. sententia exequetur non obstante appellatione, & soluto reliquo (hoc est el alcance.) audietur in appellatione: Argumento optimi text. qui ad id videtur expressus in Auth. de sanctiff. Episc. & c. nonius. col. 1. vbi loquens text. in œconomis piorum locorum redditibus rationem suā administrationis coram Episcopo, inquit quod exigatur ab eis quod ex ipsis debentes ostenduntur. Si vero putauerint se grauari post repetitione (hoc est repetitionem) Metropolitanus causam examinet non enim conceditur eis ante exactio nem debiti proprios Episcopos declinare & ad alia venire iudicia, vbi glo. verb. Repetitionem, (hoc expresse: notat dices esse speciale hoc casu) & post eam Ang. ibi, & Maranta de ordine iud. 6. part. tit. de appellatione. nu. 187. pag. 592. & Petrus Duensis reg. 242. limitatione. 21. & alios allegans Lancelot. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 19. & in terminis nostris hanc sententia probat doct. Didac. del Cast. llo in l. 27. Tauri. in tract. de cuentas, quem posuit supra gl. verb. De restitucio. litera E. nu. 17. vers. & nota. quod calculatores: vbi facta computatione per calculatores, & sententia lata per iudicem qua approbat & confirmat præd. computationes, illa sententia pro restitucioe executioni mandatur, nec admittitur contra eam appellatio, nisi facta prius solutione, vt in dict. §. œconomus, quem auctorem referunt & sequuntur in specie huius l. Auend. 2. p. c. 10. præ. nu. 37. Auiles. in ca. 30. in glo. faga pagar. n. 3. vbi tit. 5. limitat quando calculatio vel computatio non est facta per iudicem, sed per quosdam alios computatores à partibus nominatos, quia tunc talis computatio non potest mandari executioni, nisi per iudicem confirmetur sicut dicitur in l. 1. ff. de iur. iur. C. De iure fisci. lib. 10. nisi calculatores sint positi & nominati à iudice, vt calculentur & computentur quia tunc sua computatio facit plenam fidem, & executioni mandabitur, vt in l. 2. C. de usufruct. leg. tenet vtrumque Cast. stellus vbi supra. q. 4. & Montalms quæ refert etiam Auiles vbi supra nouissime doct. Azeuedo hie nu. 3. & sequent. & col. ad id

3 Quibus addendum est, quod quando calculatores sunt nominati à partibus & faciunt calculationem & computationem praxis procedendi eo casu hæc est, vt iudex statim cum sibi presentatur dicta calculatio à prædictis facta, antequam eam approbet, vel confirmet recipit ab eis iuramentum super reſtitucione atque fidelitate dict. calculationis, postea præcipit copiam exhiberi eiusdem partibus, vt intra certum, breuem tamen terminum ab eodem assignatum dicant aduersus eam si quid habent, quod si non dicatur approbat à iudice calculatio, & assignat terminum ad soluendū reliquum, quo transacto solutione non facta executio fit de qua præd. testatur etiam Azeuedo hie, si veroducatur contra rationes ab vtraque, vel altera partium adhibetur causa cognitio, & profertur sententia probatoria si opus fuerit, & fit conclusio super grauaminibus partemq; citatur ad sententia diffinitiuā audiendam, qua profertur iudex approbado, & confirmando, vel emedando & reuocado in totū, vel pro parte dict. calculationem prout ius & iustitia dictauerit ex actis causa, & ab hac sententia locū habet appellatio. Cum sit via ordinaria, hæc vero executio, prout est executio in casu nostra. l. ito quæ vltimo casu supra dicto procedit, dict. l. 1. ff. nil nouari. cum similibus, & ita vidi seplissime praticari. Sed iam omnia prædicta cessare videntur: *Por el nueuo capitulo de Cortes del año de 83. y 85. quod est. c. 49. per quod iubetur, Que los alcances hechos por los contadores, de conformidad, siendo confirmados por sentencia de juez competente, se executen sin embargo de appellation, haziendo obligacion, y dando fianças la parte en cuyo favor se diere, que restituyra con fructos y rentas si se reuocare.* sicut in executione sententia arbitraria de casum extat per l. 4. tit. 21. lib. 4. Recop. sed an procedat dict. cap. de Cortes en las liquidaciones que se hazen de contratos, & executorias. Y para liquidar lo no liquido se

ponen



ponen contadores. An rigor dict. cap. requiratur ad executionem? credo quod non: cogita.

¶ Finis. 37. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 **R**estitutio an cōcedatur minori, Reipublica vel ecclesie aduersus locationem rerum suarum, eo quod fecho el remate, maior utilitas offeratur, & num. sequent.
- 2 Verior & communis resolutio negatiua ponitur in precedenti quæstione, quibus interuenientibus & his deficientibus contrarium affirmatur.
- 3 Pactum insolitum appositum in cōductione rei fisci, nō est sufficiens motiuum ut concedatur restitutio.
- 4 Communis supra posita resolutio limitatur quando magnum & maximum commodum offerretur, post vltimam licitationem.
- 5 Respublica in hoc semel restituta non debet iterum ad idem restitui.
- 6 Veteres conductores eo casu quo Respublica restitui debeat si tantum offerant quantum noui, præferri debent nouis.
- 7 Prior conductor illæsus seruari debet in sententia eo casu quo restitutio præd. locum habeat.
- 8 Eadem ratione nouus conductor. petere poterit lucra, si qua præcesserunt ex illa obligatione.
- 9 Durate lite super huiusmodi restitutione, & admisione solent indices iubere, que aya cuenta y razon, por Romana, & c.

L. 23. titu. 6. lib. 3. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XXXVIII.

**Q**uæro circa. l. 23. tit. 6. lib. 3. Nouæ Collect. Regiæ, ibi, *Y hagan por manera que tēgan libertad enteramente de pujar, è arrēdar las dichas rentas è imposiciones quien quisiere, sin temor alguno*, An cessante consuetudine, pacto vel statuto de adiectione admittenda in locatione bonorum Ciuitatum, vel aliarum Vniuersitatum, & Conciliorum popularium, saltim in integrum restitutio possit peti aduersus locationem ex eo quod Fecho el remate, de nouo maior offeratur utilitas Reipublicæ, quod solet sæpissime in praxi accidere in locatione, *Del bastecimiento de carnicerías, panaderías, tauernas, hanacerías*. Et similibus rerum quarum Respublica habet curam & administrationem. Et primo videtur quod si lucrū offeratur concedatur hoc casu restitutio Reipublicæ, nā minor & Respublica æquiparantur, vt in. l. Rempubliam. C. ex quibus caus. maio. & vtrique conceditur restitutio, vt in. l. fin. & ibi doct. C. de iure Reipub. lib. 10. l. 10. titu. 29. p. 6. sed præter nouam licitationem quæ offertur, cōceditur minori restitutio in integrum aduersus cōtractū locationis, vel veditiois, vt est text. expressus in. l. et si sine. §. quæsitū. ff. de minorib. & in. l. 5. vers. Otrosi dezimos. tit. 29. p. 6. Idem videtur dicendum in Republica, quæ est æqualiter privilegiata. & per text. in dict. §. quæsitum. in minore; ita tenet Bart. in. l. licitatio. in princip. nu. 3. ff. de pub. & vectig. & generaliter loquens in persona, per quam possit peti in integrum restitutio. quod eā impetrare possit, vt maius tēpus apponatur in licitatione. per. d. §. quæsitum. tenuit idem Bart. in. l. si tempora. n. 7. C. de fide instru. & iure hastæ fiscalis. lib. 10. quibus in locis existimat, secus esse regulariter

riter in maioribus, quoties aliquis obtulerat, in primo termino, cui ius erat quæsitū, quia tunc post lapsum dict. termini. nō posset de nouo fieri præconium. & dari alia dilatio, nec admittitur alia adiectione: quam etiam opinionem in omnibus supra dictis, tenet cum alijs Auiles. in. ca. 22. prætorum. in glo. de pujar. nu. 8. & sequent. vbi nu. 11. inquit, hoc facere ad istas baxas, seu diminutiones, De las carnicerías, y pescaderías, y panaderías: quia licet sit etiam lapsus terminus banni & sic, Hecho el remate, si alijs precium dimiuit & sic, baxa, admittitur dimiuitio, & iterum præconizatur, vt dimiuenti datur, dices, sic pluries fecisse & quod fuit suus iussus in cancellaria, cōfirmatus. Quia est vtile Reipublicæ, hæc ille.

2 His tñ omnibus nō obstantibus contraria sententia verior est, cōmunis & tenenda in praxi, nempe quod si Minor, Ciuitas Respublica, fiscus vel ecclesia in locatione vel venditione rerum suarū bona fide vsa est, & seruauit solennitates debitas & a iure vel consuetudine requisitas fecitque sicut quilibet Maior, quia veditit tempore opportuno & iusto precio, tunc licet alius plus offerat, despues del remate, nō restituitur, nisi ex noua causa superueniente causetur læsio, vel deor den, collusionem, vel gratia, doceretur: si vero debita solennitas non est seruata, tunc ipso iure non valet locatio vel venditio & sic nō est opus restitutione, vt in. l. 1. & 2. C. de fide instrument. & iure has. fiscal. lib. 10. si vero debita solennitas est seruata, sed minor est læsus, Respublica vel fiscus sui facilitate, vt quia vendidit tempore non opportuno vel non iusto precio restituitur vt late deducit atq; resoluit Alber. de Rosat. in dict. §. quæsitum. idem, in. l. 2. C. si in causa. iudic. pro qua opinione negatiua est bonus text. in. l. Lucius. §. si. ff. ad municip. ibi, idem respondit Ciuitas nullam propriam leg. habeat de adiectionibus admittendis non posse recedi à locatione vel veditioe prædiorū publicorum iam perfecta: tēpora enim adiectionibus præstituta ad causas fisci pertinent & quanuis illi text. 1. forsan respondeatur ne probet hæc opinionem alio, scilicet, casu loqui

nēpe vt desinat fieri cōtractus iā perfectus. In nostro vero casu valet cōtractus licet alter plus, vel meliorem conditionem offerenti detur. Secundo, quod text. ille loquitur & procedat iure iure, secus vero est si restitucionem in integrum, vt in nostro casu, nihilominus tamen text. ille fortis est, pro hac opinione, & ipsa ad huc vera est alijs fundamentis, vt constat ex Alberico, vbi supra, vel eo præcipue, quia alias maius damnum verteretur Reipublice, si admitteretur præd. adiectione, quam cōmodum ex ea sequeretur, quoniam in posterum non inuenietur qui cum Republica velit contrahere si post actam vltimam licitationem alias admittetur, præcipue si prior inciperat seruare obligationem, vltimam tñ, in qua forsan suas pecunias consumpserat: quare merito hanc sententiam sequutus est, & probauit eam vtiliorem Senatui Neapolit. Sacrumq; Concilium ipsius, vt testatur Matthæus de Afflicis, decr. 346. per rotam, vbi quod pactum insolitum appositum in conductione rei fisci non est sufficiens motiuum, vt detur restitutio: quia si ratio dicitur potest fieri pactum insolitum in conductione secundum Liciam de Pena, in. l. 1. C. de piscis pub. lib. 10. eandem partem ita distinguens, sequitur etiam Greg. Lopez, in dict. l. 5. in glo. Mas por ella. & Auend. libr. 1. c. 19. Prætorum. nu. 35. col. penult. in princ. fol. 128. & latius idem, c. 12. num. 9. & 12. libr. 2. & nouissimè post hæc scripta doct. Azuædo, in. l. 2. tit. 1. lib. 2. Nouæ Collect. Reg. num. 13. & sequentibus, vbi num. 16. limitat, quādo vltimus licitator esset talis qui pessime seruiret atq; male obligationem adimpleret, vt ibi per eum: & iuxta hanc opinionem principalem negatiuam vidi sæpissime consultum per graues viros, & ipse secundum eam solitus sum semper cōsulere cum suis limitationibus supra dictis: & alijs infra dicendis, & inquit Gregor. Lopez, vbi supra, sibi obuennisse in facto hanc quæstionem in causa arduissima Regis, in qua obtinuit contra conductorem Regalium reddituū serici Regni Granatæ ex dictis Alberici, vbi supra: quia locatio facta fuerat intempestiue & tempore non opportuno: similiter

similiter, & ego cum eadem affessor in simili causa, quia non fuit servata solemnitas requisita. *Il n'y a point de Regim locacione del baste* *cuanto de la carniceria*, cum idam concilio circa preconiā annullauit predictā locacionem & admisi. *In baxa*, etiam post vltimā locacionem, meusque iustus fuit postea confirmatus in Regali Cancellaria Pincia, vt mihi fuit nunciatum. Non obstat dict. l. & si sine s. quæstum. fide minor. cum l. Regia idem concordante: quia debent intelligi procedere in supra dictis casibus, nepe quando debita solemnitates seruata non fuerit, vel intercessit fraus collusio vel gratia, vel quia minor fuit læsus vel Respublica, quia vendidit tempore non opportuno, vel non iusto precio: in præd. enim casibus restituitur alias, secus si debita solemnitas interueniat, & seruata fuerit, vt constat ex supra dictis doct. quibus non obstat etiam l. partite. s. ut. 19. p. 6. quia ipsa loquitur quando est *gran priedel menor*, quare in quæst. nostra si magnum & maximum commodum offerretur. *de pades del remate*. Bene admittetur diminutio, vt per dict. l. in nostris terminis probat Auéd. in d. c. 12. n. 12. quem sequitur doct. Azeuedo. vbi supra nu. 14. quæ limitatio mihi placet, & secundum eam etiam semper consului, quia alias si non admitteretur, magna diminutio, maxime lederetur Respublica: præcipue pauperes quod non est permittendum, quod autem dicatur magnum commodum in proposito, vt ob id dict. restitutio concedenda sit relinquerem arbitrio iudicis, qui consideratis omnibus circumstantijs debitis id æstimabit, vt constat ex traditis in eisdem proprijs terminis a doctissimo Couar. lib. 1. Var. Resol. c. 3. nu. 11. non tamen existimet iudex quamcunque læsionem sufficere, neque sufficere eam quæ alias sufficeret ad impetrandam restitutionem, si in ipso tempore contractus læsio interuenisset, cum enim potius ex æquitate prædicto primo casu restitutionem admittamus quam ex iustitiæ rigore, sit proinde vt læsio multo gravior & grauior esse debeat quam quæ ordinariè sufficere solet ad restitutionem,

quæ ex rigore iuris potest impetrari! & caueant iudices, ne in hoc errent volentes seminis officiosos Reipub. consentare concedentes restitutionem. Y admittendo las baxas facilliter.

¶ Illud autem aduertendum est, quod Respublica semel in hoc restituta, non debet iterum ad idem restitui, vt per totum titulum C. si sapius in integ. restit. postuletur, procul in terminis tenet Auiles. vbi supra. nu. 15.

¶ Secundo, quod eo casu, quo restitui debet Respublica, si veteres conductores tantum offerant, & dare velint quantum offerant per novos preferuntur nouis per l. si. & licongruit. C. de locat. fundi c. in lib. 1. ex ratione. l. cotem ferro. s. fi. de pub. & vet. stig. secundum Alberic. d. l. 2. C. si in causa sua. quem sequitur Grego. Lopez, vbi supra, & tenuit Rebus. in Compend. alienat. rer. l. Elefant. num. 62. ad fin. doct. Azeuedo, vbi supra, num. 11. & ita si antiqui conductoribus expedit hoc offerre, aduocati eorum sint cauti, vt id offerant in eodem iudicio, saltem sine præiudicio futuri, vt obtineant.

¶ Tertio quod eodem casu, quo restitutio præd. locum habeat in eadem sententia iubetur (si tamen id petatur a parte) priorem conductorem seruari illesum & indemnem, nempe, vt ea, quæ emerat pro illa locacione, vel obligatione, explenda eisdem precijs quibus ea comparauerit, scilicet, ab vltimo conductore sumantur, & insuper expensæ soluantur, ita vt omnè iacturam patiatur nouus licitator: imo & antiqui conductoris laboris in ipsius cura, & administratione impensi, rationem habendam esse ceterem, vt sibi quod iustum fuerit ob id soluatur, argumento eorum quæ in similibus terminis tradit Couar. lib. 1. Variar. resolut. c. 3. nu. 3. ne alias remaneat in damno primus conductor vsus bona fide: alioqui si fraudulenter principaliter quid egerit, vt aduersarium cogat suo iure carere, & vt ei aditum recludat, ad huiusmodi locacionis retractum simulatione, scilicet contractuum, vel alias, videns sibi sumptuosum & difficile nimis fore priorem conductorem indemnem seruare idque constiterit, sua fraus sibi non patrociniabitur in hoc

in hoc iuxta late tradita in materia retractus per Tiraq. de vtroque retractu in præfatione. nu. 67. & sequentibus. secus vero si non principaliter in fraudem fecerit, sed vt sibi prospiceret, ne aliud forte damnum indebite pateretur, secundum Tiraq. vbi supra. nu. 77.

8 Eadem ratione nouus licitator petere poterit, vt ipsi reddantur lucra, si quæ præcesserunt ex illa obligatione, vt aduertit doct. Azeuedo, vbi supra. nu. 16. Hoc tamen intelligo volente primo licitatore damna petere, & expensas & sui laboris mercedem: nam si vellet plane desistere à iure sibi competente aliud profecto esset.

9 Durante vero lite super huiusmodi restitutione & admissione dict. diminutionis. præsupposito quod primus licitator ante sententiā non est spoliandus sua possessione, si eam habet. Solent iudices iubere. *Que aya cuëta y razon, por romana, de la carne que se pesa y vende*. Et sic de similibus obligationibus super quibus contenditur, vt in Aduentum quod restitutio vel diminutio locum habeat excessus, satisfiat vicinis meliori modo quo possit, nempe diminuendo postea tantundem à precio sic diminuto quo postea carnes & cætera vendentur admittat restitutione siue baxa.

¶ Finis. 38. Quæstionis.

SUMMARIVM.

- 1 **A**N officialis lata sententia aduersus eum suspensionis vel priuationis in syndicato, à qua legitime appellauit, possit illud exercere pendente legitima appellatione, & numeris sequentibus.
- 2 **S**uspensio officialium durante syndicatione. ideo fieri permittitur non in penam, sed vt libere informatio in syndicato fieri possit & testes dicta sua proferre audeant & partes querelas proponere; quod alias facere minime audent.

- 3 **E**piscopus depositus appellans remanet in officio suo.
- 4 **I**lle qui priuatur ab honoribus futuris, etiam si appellet ad noua officia eligi vel aspirare non potest.
- 5 **O**fficialis condemnatus etiam appellans, in illis officijs quæ cursu temporis consumuntur non est sustinendus in eis, quia alias illusorium esset iudicium.
- 6 **T**abellio vel Notarius secularis priuatus vel suspensus ab officio suo per sententiam diffinitiuam appellans, interim pendente appellatione potest exercere officium suum.
- 7 **S**ententia per appellationem est suspensa, & extincta, & quomodo hoc intelligatur.
- 8 **N**otarius antequam damnetur de falso pendente processu potest instrumenta conficere, licet honestius faciat si interim à nouis instrumentis abstineat. Diminuitur tamen fides aliorum instrumentorum postea ab eo confectorum.
- 9 **N**otarius condemnatus de falso instrumento à se confecto censetur priuatus ab officio tabellionatus: ac proinde alia instrumenta conficere non potest. & num. 16.
- 10 **P**oterit tamē instrumenta cepta perficere.
- 11 **S**i tamen tabellio à prædict. sententia condemnationis de falso appellauit poterit appellatione pendente in officio suo.
- 12 **L.** 14. titu. 7. libr. 3. Noua Collect. Reg. intellectus.
- 13 **G**lo. si. in Auth. de armis. collatione. 6. quæ tenet quod si tabellio deliquit in officio non debet à modo id exercere, intellectus.
- 14 **N**otarius condemnatus de falso propter contumaciam, non perdit instrumentorum confectioem.

15 *Episcopus tanquam Apostolica Sedis legatus potest notarios examinare, eosque potest perpetuo vel ad tempus prohibere.*

### L.14.titu.7.lib.3.Nouæ Collect.Regie.

#### QVÆSTIO. XXXIX.

**Q**uæro circa l.14.titu.7.lib.3. Nouæ Collect.Reg. ibi, *Y si por la pesquisa que sobre ello hiziere hallare alguno culpante, le suspenda del officio y le de traslado y auerigüe la verdad, para que le pueda condenar o absoluer, &c.* An habens aliquod officium de contentis in hac.l. vel similibus lata sententia aduersus eum suspensionis vel priuationis eiusdem in syndicato, à qua tamen legitime appellauit possit illud exercere pendente appellatione? Et videtur quod non per hanc.l. nam illud verbum, *Le suspenda*, Est cum effectu, siue appellet siue non, & in terminis ita tenet Petrus Auend. lib.1.c.19. prætorum.nu.25. vbi tenet quod priuatus ab officio quod habet illud exercebit pendente appellatione nisi in syndicato sit officio priuatus; nam non potest illud exercere pendente appellatione: & hoc casu sententia syndicatus habet executionem paratam, vt in cap. 7. *De los juezes de residencia*, (hodie trãsumptiue in nostra.l.14.) hæc ille. Sed salua pace tanti viri ipse aberrauit in intellectu dict.c.7. vel si mauis illum intelligere in casu in quo tantum loquitur dict.c.7. nempe, quando officialis in syndicato suspenditur ab officio ante sententiam quod fieri potest, *Si por la pesquisa secreta pareciere culpado*, durante lite, vt in nostro text. quæ suspensio ideo fieri permittitur non in poenã, sed vt libere informatio in syndicato fieri possit & testes dicti sua proferre audeant, & par-

tes querelas proponere, q̄ alias facere minime auderent, vt post alios refert doct. Azeuedo, in.l.1.nu.16. & in hac.l.14.nu.3.titu.7.lib.3. Nouæ Collect. Reg. vbi nu.1. inquit quod durabit hæc suspensio tãrum interim, dum syndicator diffiniat causam, vel absoluendo vel condẽnando, & lata sententia diffinitiuam cessabit suspensio, & statim cẽsebitur restitutio officij: facta ergo secus erit si per sententiam diffinitiuam latam etiam in syndicato quis officio priuetur vel ad tempus suspendatur: quia tunc per appellationem legitimam à præd. sententia interpositam suspenditur effectus sententiæ & condẽnatus, appellatione pendente poterit vti suo officio antiquo cum nulla specialitas hoc casu inueniatur in priuato vel suspensio in syndicato per sententiam diffinitiuam in contraditorio iudicio latam, vel in alio iudicio & sit seruandum ius commune, de quo in.l.1. versic. integer. ff. nil nouari appellatione pend. cuius verba hæc sunt. (Integer, em̄ status videtur esse prouocatione interposita,) ergo & si abstinere ordine iussus sit & prouocauerit eadem ratione potest coetum participare, cū hoc sit constitutum, & sit iuris, ne quid pendente appellatione innouetur: idẽ probat.l.2. §. vltimo. ff. de poenis. l. qui à latronibus. §. si quis. l. eius. §. vltimo. ff. de testamētis. l. furti. §. i. ff. de his q̄ notantur infam. Ex quibus iuribus infert eleganter glo. cum Tancredo. in.c. sæpe. verbo, sententia de appella. quod Episcopus depositus appellas remaneat in officio suo, quia qui appellat non dicitur condẽnatus quam glo. notandam existimat, ibi Abb. nu.14. dicens communiter approbatam similis in summa. 8. q.4. sequitur alios allegans Couarr. lib.1. Variar. resolut.c.16.nu.11. ad fin. quam sententiam in nostris terminis aduersus Auend. vbi supra, probauit nouissime & latè post hæc scripta, doct. Azeuedo, vbi supra. Sed considerandæ sunt. l.12. titu.5. lib.3. Recop. & l.26. titu.23. lib.4. quæ disponunt, *En los juezes y alguaziles residenciados*. Quid sit faciendum.

4 Illo vero qui priuatur ab honoribus futuris etiam si appellet ad noua officia eligi vel aspirare non potest: vt in.l. reus, delatus. §. vltimo,

§. vlti. ff. de muner. & honor. q̄ late probat alijs iuribus. & ratione Couar. d.n.11. per totum. & sequitur Auend. vbi supra, & Auiles: d.c.7. syndicus. in gl. suspende. n.3. fol. 273.

5 Sed supra dictam tenendam sententiam, quæ habet q̄ condẽnatus per sententiam diffinitiuam à qua appellauit potest appellatione pendente vti officio qd̄ habet, debet limitari præterquã in alijs officijs, quæ cursu tẽporis consumuntur, & pereunt; quia tunc deferri non debet huiusmodi appellationi si recte fuit pronuntiatum: alias enim illusorium esset iudicium atque sententia: quia durate appellatione. & sic secunda instantia finiretur tempus officij, & omnes officiales tẽporarij appellarent à condẽnatione etiã iusta contra eos facta causamq; appellationis protenderent atq; maximè differrent ad effectum, vt ipsa durate gauderent officijs toto tempore quo ipsa durare deberent si condẽnati non fuissent: quare merito hoc casu, scilicet, quãdo lis veritur super re qua tempore perijt non esse deferendum præd. appellationi sanxit. l.6. tit.18. infra lib.4. quam cū essẽm iudex practicaui in casu à me posito, in quodã consilio, illustrissimi D. Petri Põce de Leon, quondam Episcopi Placen. quod est inter Consilia, & obtinui in Regali cancellaria Granatensi, vt ibi dixi.

6 Ex quibus omnibus infertur q̄ tabellio, vel notarius secularis priuatus, vel suspensus ab officio suo per sententiam diffinitiuam, & appellas interim pendente legitima appellatione potest exercere officium suum: quia est in possessione ipsius, nec sententia quidquã obest: quia per appellationem est suspensa, vt in.c. pastoralis. §. pretere apostulasti. ad fi. de offi. deleg. l. si §. fi. C. de fide instrum. tradit bene. Ant. Gom. in.l.4. Taur. n.6. & iterum. 3. Tomo.c. de homicidio. n.69. vbi plura iura allegat & tenet, q̄ per appellationem reducitur res ad statum, in quo erat post litis cõtestationem ante sententiam: q̄ procedit præterquã si causa appellationis sit iniusta, & illegitima: quia tunc nõ suspenditur iurisdicctio primi iudicis; vt cū alijs tradit decis. Pedemon. 5. n.7. appellatione enim legitima pendente, nihil est innouandum, vt supra est dictum: imo sententia per ap-

pellationem extinguitur. vt in.l.1. §. fi. ff. ad Turpil. per quem text. hæc est cõis opin. secundum Curt. Iun. in l. si idem cum eodẽ. §. fi. n.8. ff. de iur. omni iud. & Paul. de Castr. in.l. tale pactum. §. i. n.6. ff. de pactis. & Ant. Gom. vbi supra, sed hæc iura sunt cõcilianda hoc modo, vt attẽto futuro statu sententia per appellationem suspendatur, & ita sunt intelligẽdã iura primo loco allegata, & glo. etiã. in. d. §. fi. & in. d. l. tale pactum. §. i. glo. magna. in princ. At vero attẽto præsentis statu sententia per appellationem extinguitur; ita est intelligendus tex. in. d. l.1. §. fi. ff. ad Turpil. & cõis opinio supra relata: ita hanc totã distinctionem resoluit esse veritatẽ Ias. in. d. l. tale pactum. §. i. nu.5. dicit cõmunem Paul. Castrenf. vbi supra, vbi Ioan. Oros. nu.26. eã appellat magis cõmunem: sequitur etiam eandem resolutionem plures doct. allegans Alexand. in.l.1. nu.3. ff. de re iudic. vbi nu.4. bene ex hoc infert. & Couar. in pract. quæst. c.23. nu.1.

Et in terminis tabellionis, vel notarij condẽnati in priuatione officij post appellationem q̄ non sit suspensus, & possit illud exercere, præterquam si delictum sit notorium, & poena eo casu imposita ipso iure tenet post alios, quos refert doct. Azeued. in dict. l.1. nu.8. & sequentib.

8 Imo eisdem rationibus existimat Bart. in.l. Barbarius Philippus. n.17. ff. de officio prætor. quem sequuntur ibi plures allegantes, Ias. nu.58. & Orosi. nu.26. Felin. in.c. fraternitatis. nu.5. de hæret. q̄ notarius antequam dãnetur de falso, sed pendente processu, possit instrumenta cõficere, vt in. l. si quis decurio. C. ad. l. Cornel. de fals. licet honestius faciat si interim abstineat à nouis instrumentis: est communis secundum Alexand. in.l. prætor. §. cogentur. num. 6. ff. de edend. Iulius Clarus, in pract. crimin. §. fin. quæst. 73. versic. Notarius condẽnatus. sequitur Paulus de Castr. consil. 113. n.1. in.2. part. consil. probat late doct. Azeuedo, in dict. l.1. nu.9. & sequentib. & nouissime Ioan. Gracian. in Regu. 447. nu.2. dicens esse cõmunem resolutionem. Diminuitur tamen & attenuatur fides aliorum instrumentorum postea ab eo confectorum, secund. Paul. Castr. consil. 205.



quem refert & sequitur Thom. Grammatici. consil. 66. num. 35.

9 Apud plerumque in autoribus ex supra dictis hæc sententia est etiam communis; quod si notarius condemnatus est de falso instrumento à se confecto censetur priuatus ab officio tabellionatus, ac proinde alia instrumenta conficere non potest, etiam si expresse in sententia non priuatur illo officio, ut in Authen. de tabell. §. fin. secus si delinquit extra officium, secundum Bart. in l. si quis ex argentijs. §. cogentur. ff. de edend. receptum, secundum Orof. l. i. num. 4. sequitur plures referens, Felin. vbi supra. nu. 4. & 6. ¶ Imo & post eodeminationem de falso, in officio poterit instrumenta coepta perficere. glo. in Authen. de tabell. §. antepe. verb. Documentis. Iaf. plures referens, vbi supra, nu. 58. Item Felin. vbi supra. n. 12. quibus in locis alijs modis limitant supra dict. communem sententiam, sequitur etiam doct. Dida. Perez, in l. n. r. lib. 2. Ordin. col. 639. Et quod noua instrumenta conficere non possit, postquam fuerit notarius condemnatus de falso, ante sententiam vero sic tradit cum alijs Ioan. Matien. in l. 2. glo. 5. num. 3. titu. 2. libr. 5. Nouæ Collectionis Regiæ.

11 Hoc tamen est intelligendum, quando sententia transiit in rem iudicatam. Nam si legitime appellatum extitisset ab ea, appellatione pendente poterit tabellio uti officio suo, ut supra est dictum, & in terminis tenet doct. Azeued. vbi supra, in dict. l. i. n. 17. & sequentibus, sic intelligens Bart. relatum à Tiraq. de poenistemper. causa. 58. nu. 8.

12 Nec doctrinæ Barto. in dict. l. Barbarius. Philippus. n. 17. communiter receptæ, ut prædixi. n. 8. obstat nostra. l. 14. huius tit. 7. libr. 3. Nouæ Collect. Reg. in verbis supra relatis, in initio huius quæstionis: quia loquitur, *En ses meros, y procuradores, y otros oficiales de concejo*, qui per syndicationem apparent culpati, hi enim suspendendi sunt ab officijs durante syndicatione præd. ratione ante dicta: at vero Bart. & communis loquitur in notario siue tabellione publico accusato, vel inquisito de falso, qui quidem non est, nec dicitur officialis de concejo, & no-

stra. l. non est extrahenda à suo casu, in quo loquitur, nec ad alias personas extendenda. Posset tamen habere locum ipsius dispositio, *En escriuanos de Concejo*, apparètibusculpatis ex syndicatione: nam isti possunt dici, *Escriuanos de Concejo*, ac per consequens suspèdi à suis officijs durante syndicatione: at vero cæteri notarij & tabelliones publici, *Del numero*, cum non sint de concejo, nec in syndicatione, nec extrapendente processu suspendèdi sunt ab officijs suis antequàm damnentur de falso & sententia transierit in rem iudicatam.

Non etiam obstat, & secundo, supra dict. sententiæ Bart. communiter receptæ in d. l. Barbarius. n. 17. gl. fi. in Authen. de arm. collatione. 6. quæ dicit, nota quod si tabellio delinquit in officio, non debet a modo posse hoc officium exercere: cuius ratio potest esse, ut in eo puniatur in quo deliquit, ut in c. an sit. de appellat. & in c. nullus episcopus. de temporib. ordina. libr. 6. quia glof. illa est intelligenda loqui, quando tabellio est perpetuo depositus ab officio: quia dicitur cum infamia extinctus & nunquam redit ad illud, & non potest denuo creari tabellio secund. Bald. in c. at si clerici. in princ. n. 10. de iudic. vbi prædict. glo. ad hoc appellauit singularem: & hoc intelligit verum, si tabellio est depositus propter enorme delictum, puta quia commisit falsum in officio: secus si propter minus delictum, puta quia percussit aliquem cum armis, unde contracta est infamia, & ideo merito fuit ab officio remotus, ut notatur in l. 2. §. miles. ff. de infamib. tunc enim Episcopus qui condemnauit, dispensare potest super officio tabellionatus exercendo, sic etiam intelligèdus est Didac. Perez. qui supra dict. glo. allegauit in l. fin. tit. 13. libr. 2. Ordinam. col. 536. & sequent. sentit idem in l. 7. tit. 14. eiusdem libr. colum. 548. superiora tamen intelliguntur, ut prædixi quando sententia depositionis ab officio transiit in rem iudicatam.

14 Si vero notarius condemnatus sit de falso propter contumaciam, non perdit instrumentorum confectioem, ut cum alijs resoluit

resoluit Roland. à Valle. consil. 31. num. 13. lib. 1. & consil. 29. nu. 27. & consil. 94. nu. 16. libr. 3.

15 In alijs autem notarijs specialiter cauetur in Sacrosancto Concil. Triden. sessione. 22. cap. 10. de reformatione. ut siue Apostolica, siue Regia autoritate creati fuerint possit Episcopus etiam tanquam delegatus Sedis Apostolicæ examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari: illisque non idoneis repertis, aut quocumque in officio delinquentibus officij eius in negotijs, litibus & causis Ecclesiasticis ac spiritualibus exercendi usum perpetuo, aut ad tempus prohibere, nec appellatio eorum interdictionem ordinarij suspendet. Superioribus non obstat quod tradunt Marant. de ord. iudi. 3. par. 6. partis principalis. num. 193. & Petrus Dueñas, in Regul. 42. num. 20. quos & alios refert & sequitur Lanclot. de attent. 2. parte. cap. 12. limit. 20. nempe quod sententia lata contra officialem in syndicatu non suspenditur per appellationem, hæc enim in nostro Regno est alia materia, de qua in l. 17. titulo. 7. libr. 3. Nouæ Collect. Reg. ut constat ex Petr. Dueñas, vbi supra, Marant. etiam loquitur de alia pragmatica sui Regni.

¶ Finis. 39. Quæstionis.

### S Y M M A R I V M.

- 1 AN sententia lata contra iudicem in syndicatu debeat prius exequi contra ipsum quam contra eius fideiussores, etiam si renuntiatum fuerit beneficio excussionis? resoluitur affirmative.
- 2 Hoc limitatur si renuntiatum fuerit beneficio excussionis, & omnibus alijs beneficijs.

L. 17. titu. 7. lib. 3. Nouæ Collect. Regiæ.

### Q U Æ S T I O. XL.



Vero circa l. 17. tit. 7. lib. 3. Nouæ Collect. Reg. ibi, *Y otro si, q̄ ha ga executar las sentencias que diere contra el Asistente, o Governador, o Corregidor, o sus oficiales.* An hæc sententiæ debeant prius exequi contra ipsos principales quam contra eorum fideiussores, si renuntietur beneficio excussionis? & videtur quod non, sed quod contra quemlibet eorum possint à principio exequi iuxta communem resolutionem à me traditam in Tractat. de Iuramento Confirmatorio. l. part. cap. 23. num. 21. Sed nihilominus contrarium est tenendum in hoc casu, imo quod etiam intercedere prædict. renuntiatione excussionis, exequutio prius facienda sit contra principales, quàm contra ipsorum fideiussores: & hoc vnico vrgèntissimo tamen fundamèto: quoniam fideiussor pro Magistratu videtur fideiubere in eo, quod deerit ex eius facultatibus, sicque videtur esse fideiussor indemnitatis. text. est in l. 4. §. fi. ibi, postquam res ab eo seruari non potuerit. ff. de administ. rerum ad ciuit. pertin. Sed fideiussori indemnitatis, vel in eo, quod à debitore principali exigi non poterit non nocet renuntiatio à se facta beneficij excussionis: quia ipsa excusio ex natura contractus fideiussionis est necessaria: quia iste non est obligatus nisi conditione purificata, quapropter illam minime tollit renuntiatio, ut in l. fin. in princip. ff. si certum petat. & ibi glo. & doct. præcipue Angel. & Decius. num. 8. & 9. post Iaf. ibi text. in l. 2. C. de fideiussor. tutor. & tenet Alexand. consil. 29. num. 34. libro. 7. Hippolytus in Rubrica. ff. de fideiussor. nu. 314. Petrus Dueñas in Regula. 335. ampliatione. 2. Rode. Suar. in l. 2. tit. *De los emplazamientos* lib. 2. For. n. 7. & sequëtib. est communis secundum Decium, vbi supra.

pra, num. 9. dixi, vbi supra, num. 22. Ergo idem dicendum est in fideiussore Magistratus suorumque officialium, vt quauis renuntiauerit beneficio excussionis, illo nihilominus se iuuare possit, atque in terminis: ita tenet Roderic. Suar. vbi supra, num. 11. sequitur alios allegans Auiles. in cap. 10. syndicat. in glo. appellen. num. 4. dixi, vbi supra num. 23.

- 2 Hoc tamen limitat Amodeus Castell. & eum referens, sequitur Auiles, vbi supra, quando renuntiat beneficio excussionis & omnibus alijs beneficijs: quia tunc secund. docto. in Authen. præsent. C. de fideiuss. poterit fideiussor conueniri non excusso principali: vnde inquirunt ipsi cum hodie in instrumentis ita renuntietur, sententia lata contra principalem mādabitur executioni aduersus fideiussores, dummodo sit lata intra tempus à statuto præfixum & petitum sit intra triginta dies, & ideo consulunt, vt capiatur fideiussio late, vt dictis renuntiationibus comprehendat omnem causam, & quod potestas & officiales promittant soluere omnem condemnationem, quæ fiet de ipso potestate & officialibus & familiaribus quomodocunque & qualitercumque, & ex quacunque causa in dicto syndicato, & etiã si fuerit appellatum quod per iudicem appellationis fuerit iudicatum: alijs fideiussores non tenentur ad condemnationem factam per iudicem appellationis iuxta. l. Græce. §. post litem. ff. de fideiussor. & alia iura. quam principalem limitationem sequitur etiam Alexand. vbi supra dicto. consil. 29. nu. 34. lib. 7. Pro qua facit, quod tenet Hippolyt. in dict. Rubric. de fideiussor. nu. 35. vbi dicit: quod per hanc clausulam renuntiationis intelligitur renuntiatum omnibus exceptionibus in fauorem ipsius renuntiantis facientibus. De hac tamen limitatione dubitat las. in dict. l. finali. num. 3. ff. si certum petat. & concludit eam non esse veram Decius, ibi. n. 9. quoniam si expressa & specialis renuntiatio beneficij excussionis hoc casu non nocet ipsi fideiussori: quia ipsa excussio ex natura contractus fideiussionis est necessaria, consequens

est, vt nec ipsa tollatur per adiectionem renuntiationis generalis aliorum omnium beneficiorum, nihilominus tamen in praxi credo receptam esse prædictam limitationem, prout vidi iudicatum secundum eam, vt retuli. vbi supra, in dicto meo Tractatu de Iuramento Confirmatorio. l. par. cap. 23. num. 24. & 25.

### ¶ Finis. 40. Quæstionis.

#### SVMMARIVM.

- 1 **I**udices eorumque officiales postquam steterint triginta diebus in loco principali iurisdictionis, in syndicato, an possint postea perpetuo in patria conueniri super gestis in officijs & numeris sequentibus.
- 2 **C**autela pro iudicibus, vt non possint in patria perpetuo conueniri.
- 3 **P**ro quibus possint post dict. triginta dies iudices conueniri.

### L. 24. tit. 7. lib. 3. Nouæ Collect. Regiæ.

#### QVÆSTIO. XLI.



Væro circa. l. 24. tit. 7. libr. 3. Nouæ Collect. Regiæ. ibi, *Mandamos que la haga de treynta dias, y no mas.* An Magistratus & alij officiales iudicum postquam steterint in loco principali iurisdictionis triginta diebus in syndicato, possint perpetuo in patria conueniri super gestis in officijs. Et videtur primo dicendum quod possint perpetuo conueniri in patria. argumento nostræ. l. in verbis supra relatis, & infra, ibi, *Sea tenuto de hazer residencia en el lugar principal dōde tuuo el officio, & c.* Nam

Nam hæc. l. tantum præfigit terminum certum ad syndicatum faciendum in loco principali officij, in patria vero nullum terminum assignat, infra quem sit petendum contra iudicem & officiales prædictos, quasi innuat perpetuo peti posse & in terminis ita tenet Barto. in. l. datur. num. 6. ff. ad. l. Iuliam repetun. vbi inquit quod officialis forensis, licet non possit conueniri in ciuitate vbi administrat officium, nisi tempore syndicationis: tamen in domo sua poterit conueniri perpetuo & quandoctique pro delictis & excessibus secundum naturam actionis, vt ibi, quam sententiam sequitur etiam Montalius in. l. 6. glo. cinquenta dias. tit. 4. par. 3. & doct. Perez in. l. 6. col. 625. tit. 16. lib. 2. Ordi.

Sed nihilominus contrariū est tenendum quando in loco officij facta fuissent proclamata, vt omnes qui vellent petere comparerent intra dictū terminum triginta dierum, & q̄ alias erūt exclusi, & post eum, ita fuit pronuntiatum per iudicem syndicationem in contumaciam non comparentium, & absolutus sit officialis: nam hoc facto amplius contumaces non audiuntur, nec audiri debet etiam in patria, vt optime probat Additio Bart. vbi supra, sic eum limitans, eandem sententiam probauit post alios quos refert Anto. Gom. 3. Tomo. c. de delictis. num. 23. ad finem, dicens: ita quotidie praticari. tenet etiam alios allegans Auiles. c. 3. iudicum syndicat. in glo. Pregonar. nu. 11. fol. 265. & iterum in forma præconij syndicationis. fol. 282. col. 4. Auend. responso. 3. nu. 5. & alios allegans doct. Azeuedo. in. l. 23. nu. 13. huius tit. & libri. testatur comunem alios referens doct. Suar. de Paz, in sua praxi, in præc. 8. part. 1. Tomi. nu. 11. Nec his obstat nostræ l. Regiæ, in verbis supra citatis: quoniam ipsa non permittit quod tacite ab ea colligere volebamus, nempe q̄ in patria possit perpetuo conueniri, nec enim id sequitur ex assignatione & præfixione termini quo iudices tenentur stare in syndicato in loco officij, quinimo contrarium forsan potius cum eos non arceat alio tempore vel loco querelis officij respondere. Vnde præcedentibus dictis præconijs & sententijs a iudicibus syndicatoris non

comparentes remanent, & merito exclusi veritate sententijs in re iudicata transacta, pro quo & conducunt verba. l. 3. tit. 9. infra eod. lib. ibi, *Finquē treynta dias, de spues, en los lugares do juz garen, para fazer derecho a todos los que vniereen recebida algun agrauio.* Quare bona cautela erit pro iudicibus qui stant in syndicato, vt faciāt fieri dictum proclamatum assignatione dicti termini in forma sufficienti & consueta, & transacto dicto termino accusent contumaciam non comparentium, & petant eos pronunciarī vel declarari, *por no partes*, atq; excludi cū impositione perpetui silentij, seq; absolui. Doctrina autem Bart. contraria posset procedere quoties prædictū proclamatum factum non fuisset modo supra dicto, nec iudex absoluisset officiales in contumacia non comparentium, in quo vis nostræ opinionis consistit, vt ex mente dictorum doctorum aperte colligitur. Adde quod nostra sententia procedit etiam quando in præconio cōminatio apponitur, vt non comparentes, in dicto termino triginta dierum, pro non partibus habebuntur, & ex tunc pro talibus pronuntiantur, vt constat ex mente supra dictorum & nouis sine voluit alios allegans doct. Azeuedo. in. l. 10. tit. 7. lib. 3. Nouæ Collect. Reg. vbi. n. 8. limitat. omnia supra dicta quæ post dictos triginta dies constaret de debito circa officium per confessionem ipsius iudicis, vel de alijs debitis contractis extra officium, puta pro rebus commodatis vel mutuatis, de quibus legitime constaret, idem pro delicto extra officium commisso, durante tamen iure actione vel accusatione intetandi: item & quoties ab eo, qui ipsum in officio proposuit syndicatus est, vt tenet Paris de Puteo, & eum referens doct. Azeuedo, in dict. l. 23. num. 14.

### ¶ Finis. 41. Quæstionis.

#### SVMMARIVM.

- 1 **A**n in terris Magnatū & dominorū possit appellari ad regiā cācellariā omisso medio, hoc est, tali domino? et. n. 2. resolutur affirmatiue.

2 Intellectus pragmatice de Guadalajara,  
de hac re agentis.

L. i. titu. i. lib. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XLII.

1 **Q**uæro an in terris magnatum & dominorum appellari possit ad Regem Regiasq; cancellarias omisso tali domino. Et videtur quod non, sed quod ad ipsum dominum sit primo appellandum, postea vero ab ipso ad Regem in pragmatice de Guadalajara. 26. die Aprilis, anno. 1390. lata, ibi, *Ordenamos y mandamos que quando los vezinos y moradores, en los lugares de los señorios, se sintieren por agraviados de alguna sentencia que diere el Alcalde o Alcaldes, en que el derecho otorgue appellacion, que appellen para ante el señor, o para ante el su lugar teniente, que ouiere de yr de sus appellaciones, & ibi, Y si de la sentencia, o del su Alcalde, o Alcaldes, se sintiesen agraviados, que puedan appellar para ante nos, & c.* Quam pragmatice & litera ipsius, quia non est in prefatoribus tradita, refert Auiles. c. 38. pratorum. in gl. Ante nos. nu. 3. fol. 234. vbi etiam commemorat plures Regias schedulas latas in obseruata precepto, d. pragmatice directas Regalibus Auditoribus, ne cognoscerent de incaps, nec admitteret appellaciones a valillis Prelatoru & ecclesiaru ad dictos Auditores Regios nisi prius se presentauerint ante dictos prelatos & alios dominos dictorum locorum in gradu provocacionis, vel coram superioribus iudicibus appellacionis ac si ipsi iudices ante sententia protulerint in dicto gradu appellacionis, & ab eis appellatu fuerit. Tandem inquit quod sciam intelligere. d. l. de Guadalajara, quando appellatur a iudicibus ordinarijs positus & electis per dictas villas, & loca, secus quando penitur per dictos dominos, ipse tamen relinquit super hoc ultimo cogitadu.

Histamen non obstatibus contrarium est

tenendi, imò, qd possit in supra dicto casu appellari ad Regem omisso medio per. l. i. tit. i. lib. 4. Nouæ collect. Regiæ. ibi, *Y otrosi, q no seã ofados de impedir ni estornuar las alcadas y appellaciones q los vezinos y moradores, de todos y qualesquier lugares de señorio, y otros qualesquier q quisieren alçar se y apelar, sintiéndose por agraviados de los señores dellos, o de sus alcaldes y juezes, para ante nos, e nuestras audiencias. Y no les hagan mal ni dano alguno por esta razon: ca nos los tomamos por nuestro seguro y amparo. Secúdo, per. l. 18. tit. 23. p. 3. ibi, Onde si alguno se agraviare del juyzio q le diere aquel q ha de juzgar todos los pleytos de alguna villa e ouiere alcada a otro juzgador, o a otro lugar: alli deue yr primeramente. E si se sintiere agraviado de lo que alli le mandaren, puede se alçar a otro mayoral, si lo hi ouiere, q aya poder de juzgar: y después al Rey. Pero si alguno quisiesse que go tomara la primera alcada para el rey, ante que passasse por los otros juezes, dezimas que bien lo puede fazer. Nec obstat dicta pragmatice de Guadalajara: quia procedit nisi quis velit appellare ad Regem omisso domino, & sic intelligitur iuxta dispositio. d. l. i. itaq; concelsio dict. pragmatice de Guadalajara, in fauorem dominoru lata procedit accumulative, vt possit appellari ad dominum, vel ad Regem, non vero priuatiue: quia Rex coeedit simpliciter dominis locorum, vt ad ipsos appelletur nõ auferat a recognitionem appellacionum si grauati maluerint ad Regem eiusq; curias Regales appellare, q ad dominos, & ita practicatur prout in terminis tenet & refert Grego. Lopez. in d. l. 18. in glossa. Para el Rey. vbi se alio loco refert, & Couar. in pract. quæst. c. 4. nu. 9. dicens q apud Regia Castellani Regni suprema tribunalia passim admittuntur appellaciones, quæ fiunt & proponuntur etiam omisso medio nobilium dominorum in iurisdictionem*

ditione habetium tribunali, pro quo est bona. l. 14. tit. 18. lib. 4. Nouæ collect. Regiæ, vbi precipitur, *Que las apelaciones que se interpusieren de lugares de señorios, para justicias Reales, donde solian antiguamente yr, q vayan libremente alli: y los señores ni otras personas no lo impidan ni defiendan.*

¶ Finis. 42. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 **L**aicus citans laicum obligatum simul in eodem instrumento cum clerico in solidum, coram iudice ecclesiastico incidat in poenam. l. Regiæ, de qua hic?
- 2 **Ex causa potest poena huius. l. minui per iudicem.**

L. 10. titu. i. lib. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XLIII.

1 **Q**uæro circa. l. 10. titu. i. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ, ibi, *Que ningun lego sea ofado de mandar citar ni emplazar, a otro lego delate del juez de la iglesia, & c.* An laicus citans laicum obligatum simul eod. instrumento cum clerico in solidum, coram iudice ecclesie incidat in poenam huius. l. Et videtur quod non ex doctrina Bart. communiter approbati in. l. precipimus. §. eodem obseruando. n. 2. C. de appella. vbi quod hoc casu clerici ratione, laicus possit contineri, coram ecclesiastico: ergo si hoc faciat non incidit in poenam, argumento. l. Gracchus. C. de adulterijs cum similibus. Item quia obligatio videtur indiuidua: ergo contentia causæ diuidi non debet, argum. l. nulli. C. de iudicijs quibus fundamentis cum hac parte videtur remanere D. Perez, in. l. 3. tit. i. lib. 5. Ordin. col. 788. in versu. vltius dubitatur.

Sed meo iudicio melior, & verior est contraria sententia, quoniam doctrina Bart.

in dict. §. eodem obseruando. nu. 2. nec sine dubio est, nec practicatur. Sed contrarium, vt quilibet in suo foro conueniri debeat, vt dixi latius, supra quæst. 6. nu. 16. Item, quia obligatio duorum reorum debet etiam in solidum diuidua est respectu iurisdictionis, de qua nunc agimus cum vnusquisq; possit in suo foro conueniri pro eodem debito in solidum cum protestatione, quod vnica solutione creditor erit contentus, fraudari igitur non debet iurisdictione Regalis, hæcque secunda opinio coadiuuatur ex traditis per me in dict. q. 6. nu. 7. & sequentibus. Facit etiam doctrina Bart. in. l. 3. nu. 14. versu. sed ponendo casum dubium in prima opinione. ff. de aliment. & cibarijs. lega. vbi tenet quod a duobus hæredibus nempe, clerico & laico alimenta peti debent coram iudice ecclesiastico & seculari. Qui ambo cognoscunt simul sicut alias faciunt in Authentica, si vero contigerit. C. de iudicijs, licet additio ibi existimet tenendum quod dixit Bart. in dict. l. precipimus. §. penult. Credo tamen quod cum quælibet causa etiam iniusta excuset a dolo, & ex causa possit poena huius. l. minui per iudicem iuxta glossam & communem resolutionem adductam per doct. Perez, vbi supra, col. 785. versu. Item quarto. & col. sequenti. versu, præterea est dubium posse hoc præsentem casum poenam huius. l. moderari. eo quod actor habuerit aliquam causam conueniendi laicum coram iudice ecclesiastico, nempe propter doctrinam Bart. communiter approbatam, vbi supra.

¶ Finis. 43. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 **L**aicus pauper conueniens defuncti hæredem laicum coram iudice ecclesiastico super alimentis, sibi relictis à testatore, vel alio legato ad pias causas incidat in poenam. l. Regiæ, de qua hic? & num sequentibus.
- 2 **Legata pia possunt etiam peti coram iudice ecclesiastico ab hærede laici.**



- 3 *Exequutionis cura testamentorū, est mixti fori.*
- 4 *Exequutio testamentorum post annum à die monitionis deuoluitur ad Episcopū.*
- 5 *Laicus pro eis, quæ sunt mixti fori potest laicum coram iudice ecclesiastico impunè conuenire.*
- 6 *Dotis causa est mixti fori, & num. 9. quo modo hoc intelligatur.*
- 7 *Conueniens laicum pro dote coram iudice ecclesiastico, an incidat in pœnam. l. Regia. & num. 9.*
- 8 *Dotis causa, tunc demum est pia, quando relinquitur pauperi aliàs secus.*
- 10 *Quando relicta est dos, in testamento puella pauperi potest eam petere coram iudice ecclesiastico absque metu pœnæ. l. Regia.*

Eadem. l. 10.

QVÆSTIO. XLIII.



Vero secundo, circa eadem l. 10. an laicus pauper conueniens defuncti hæredem laicum coram iudice ecclesiastico, super alimentis sibi relictis à testatore, vel alio legato, ad pias causas incidat in pœnam huius. l. 2. & videtur quod sic ex litera eiusdem, ibi: *Queningun lego, & c. ibi, sobre deudas, o cosas profanas, à la iglesia no pertenecientes:* Nam alimentis relictis homini, etiam pauperi res profana est, & ad ecclesiā minime pertinet. Hoc tamen non obstante in quæstione præmissa tenendum est contrarium: quoniam legata pia possunt peti etiam coram iudice ecclesiastico ab hærede laici, ut probat glo. 1. in. c. relatum. primo, de testamentis. & ibi Abb. Imola, Barba. & Couar. nu. 13. aduersus Ancarranum, Robert. Marāta, de ordine iudiciorum. 4. part. principali. in. 11. distinct.

nu. 6. fol. 215. vbi tenet quod quando agitur pro legatis pijs consequendis à laico potest laicus conueniri coram iudice ecclesiastico: puta quando sunt legata facta ecclesiæ, vel pauperibus, vel aliter pro anima: idem optime deducit post alios quos refert Tirāq. de præuileg. causæ piæ, priu. 149. vbi quod relicta ad causas pias sunt mixti fori, & quod vbi versatur causa pietatis habet etiā Episcopus iurisdictionem in laicos. ¶ Pro quo est optimus text. in. l. hæreditas. 53. in ordine. ff. de petitione hæred. ibi, tamē Principali, vel Pontificali auctoritate compelluntur ad obsequiū supræmæ voluntatis, ex quo tex. notant docto. diuersis in locis quos congerit Gregor. Lopez, in. l. 7. tit. 10. part. 6. glo. 1. quod cura exequutionis testamentorum sit mixti fori, sequitur etiam Couar. in cap. si hæredes. n. 1. de testamentis. ¶ Quinimo si intra annum à die monitionis nō sit exequutio testamenti per debitum exequi, deuoluitur exequutio ad Episcopum, ut in cap. 3. de testamentis. & ibi doct. Hodie. l. 6. tit. 8. p. 6. & vtrobiq; Greg. Lop. idem in. l. 25. gl. magn. ad mediū. titu. 9. part. 6. Tellus Fernand. in. l. 33. Tauri. num. 1. Boerius, de cõsuetudine. 39. nu. 14. Anto. de Padilla. in Authent. hoc amplius. nu. 16. C. de fideicom. & in terminis alimentorum, ita tenet Bart. in. l. 3. n. 13. ff. de alimen. & cib. legat. dicens quod si alimentis sunt relictis, non ob piam causam, ut vxori suæ non pauperi, sunt petenda coram iudicibus secularibus: si vero alimenta sunt relictis pauperibus tunc non solum iudex ecclesiasticus, sed & Episcopus potest cognoscere, ut in. c. significatibus. de officio delegati. Cum igitur legata pia peti iure possint coram iudice ecclesiastico consequens est, ut laicus ea in foro ecclesiastico petens minime incidat in pœnam huius. l. quia res hæc est iam non mere profana, sed imo ad ecclesiā, & sic ad ecclesiasticum iudicem sicut ad laicum pertinet, itaq; non solum non obstat huic nostræ. 1. opinioni. l. hæc Regia, sed imo eidem à ratione cessante patrociniatur.

5 Ex quibus omnibus idem esse censeo in cæteris rebus quæ mixti fori sunt, videlicet ut pro eis impunè laicus possit laicū coram iudice

- iudice ecclesiastico conuenire veluti in causa sacrilegij, vsurarum, & similibus mixti fori.
- 6 Ex eadem radice exire videtur quod cum dotis causa sit mixti fori, quia potest cognoscere de ea iudex ecclesiasticus, ite & laicus, & est locus præuentioni, ut in. c. de prudentia. & in. c. nuper. de donatio. inter vir. & vxor. & in. c. ex literis. de pignoribus. & quod causa dotis, etiam principaliter possit deduci in foro ecclesiæ tenent Innoc. Hosti. Ioann. Andre. Cardi. Abb. & cõiter docto. in dict. cap. de prudentia. Imola. Bald. & Paulus de Castro, in. l. 1. ff. soluto matrilate Barbatius in. dict. c. ex literis. nu. 3. & alij plures quos referens hanc testatur communem opinionem Stephanus Aufrerius, in Tract. de potestate ecclesiæ. super laic. n. 21. volumine. 14. Tractatum diuersorum doctorū. fol. 403. & Decius in Authen. quod locum, nu. 5. C. de collatio. Anto Gom. in. l. 53. Tauri. nu. 53. quod si quis conueniat laicum pro dote coram iudice ecclesiastico, nō incidit in pœnam huius nostræ. l. Regia. cum causa dotis sit mixti fori. & possit agitari coram ecclesiastico iudice. Item etiā, quia causa dotis pia est eidemque saltim æquiparatur, ut in. l. cum is. §. si mulier. ff. de condit. in debiti. tradit Euerardus in Cæturia legali. loco. 25. de dote, ad piam causam, quod tamen est intelligendum quando dos relinquitur pauperi: quia tunc est pia causa, aliàs secus, ut tenet Iaf. in dict. §. si mulier. & Roder. Suarez. l. quoniā in prioribus. in. 9. quæst. principali. ad. l. Regiam. num. 3. fol. 223. C. de inofficioso testamento.
- 9 Sed nihilominus licet supradicta sit communis opinio, verior tamen & etiam communis est contraria, ut tunc demum causa dotis sit mixti fori, quando incidenter ageretur de causa dotis: quia principaliter tractatur de causa matrimonij, quia tunc incidenter posset iudex ecclesiasticus cognoscere de dote, & ita proprie debent intelligi prædicta iura, & facit text. in cap. tuam. de ordine cognit. secus vero si principaliter ageretur pro dote: quia tunc causa est mere secularis, & de ea cognoscere non posset iudex ecclesiasticus, sed laicus, ut tenet glof. ordinaria,

verb. Accessoria. in dict. cap. de prudentia. & hæc est communis opinio & pura veritas tenenda in iudicando & consulendo, secundum Antō. Gom. vbi supra, qui alios refert concludens non esse tenendam distinctionem dicentium, quod prima opinio supra dict. procedat quando vidua agit pro dote soluto matrimonio: quia est miserabilis persona. argum. text. in dict. cap. significantibus. de offic. deleg. Secundo vero, quando mulier ageret constante matrimonio, propter inopiam viri, vel diuortio facto, ut volebat Baldus Nouellus cum alijs, in Tractatu de dote. 9. part. principali, priuilegio. 16. quæ refert Aufrerius, vbi supra: quia imo indistincte tenendum est, quod nullo casu iudex ecclesiasticus posset cognoscere principaliter de causa dotis inter laicos, conueniens igitur laicum principaliter super dote coram iudice ecclesiastico, incidet in pœnam huius legis.

10 Vno tamen casu videtur posse procedere primam opinionem, scilicet, quando relicta esset dos, in testamento puellæ pauperi, tunc enim cum sit causa pia & executio testamenti, ad Episcopum ea pertinebit sicut ad iudicem laicum eritq; mixti fori exactio, dotis hoc casu, sicut diximus in alimentis relictis in testamento, homini pauperi: quare si puella hoc casu conueniat laicum pro dote sibi relicta in testamento coram ecclesiastico, nō incidet in pœnam huius. l. meo iudicio præmaxime cū etiā habeat in sui fauore primam opinionem cõmunem generalē supra dictā, propter quā à pœna huius erit excusanda.

¶ Finis. 44. Quæstionis.

SUMMARIUM.

1 **I**udex ecclesiasticus in casibus in quibus potest cognoscere inter laicos, an eos personaliter capere possit, & mittere in carcerem. & num. sequentibus. referuntur opiniones.

2 **P**onitur vera resolutio in supra dicta quæstione, ut de iure communi, secundum ver-


6 5 riorem

riorem sententiam hoc possit, secus vero de iure Regio, non obstante quacunque consuetudine in contrarium existente: exceptis quibusdam casibus hic enumeratis.

3 Index ecclesiasticus in causis in quibus inter laicos potest cognoscere poterit eos personaliter citare, ut coram se compareant.

L.14. & 15. titu.1. libr.4.  
Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XLV.

 Vero circa l.14. & 15. titu.1. libr.4. Nouæ Collect. Reg. En quanto prohiben que los juezes ecclesiasticos ni sus ministros no prendan a los legos, ni bagan execucion en ellos ni en sus bienes, si no que inuoguen para ello el auxilio de el braço seqlar. Quid de iure communi hoc casu statutum sit, & quid etiã de iure Regio obseruandum in casibus, scilicet, in quibus iudex ecclesiasticus habet cognitionem inter laicos? Et sane Oldradus, conf. 86. videtur tenere non posse iudicem ecclesiasticum capere laicum, nec in carcerem propriam mittere pro criminis alicuius punitione, quæ ad ipsum pertineat, excepto hæresis, in quo hoc est speciale & in alijs huic similibus, ut in. c. excommunicamus. 2. ad finem. de hæreticis. c. vt commissi. eod. tit. in sexto, & in Clement. 1. eod. titu. cuius opinionis ea est ratio, quod sæpissime in iure sit expressum, vt quoties iudex ecclesiasticus competens sit contra laicum, non sufficientibus canonicis censuris ad coercionem impleret auxiliu brachij secularis, quasi non alia iudici ecclesiastico sit aduersus laicos permissa potestas, quã opinionem cum sua ratione probant expressè eadem nostra. ll. Regiæ supra relatæ eam quæ de iure communi sequuti sunt plurimi

doct. quos congerit Couar. in pract. quæst. c. 10. nu. 2. asseuerans esse communem, idem facit Auiles. cap. 20. pratoru. in gl. vsurpan. nu. 14. & 15. fol. 190. vbi eam cum prædict. limitatione Oldradi, sequitur addens alias, nempe in idoloru cultoribus & aruspiciibus, qui similiter hæretici appellantur & in sacrilegis, quos puniendos, castigandos & carcendos lex Regia, permittit. l. 10. tit. 10. p. 1. quæ incipit, defendimiento & l. 7. tit. 5. lib. 1. fori. vbi punitione sacrilegij remittitur ad Episcopum, vel ad iudicem ecclesiasticum: testatur etiã comunem nouissimè Ignacius Salzedo, in additionibus ad Bernar. Diaz in adnotatione ad Regul. 397. versic. Sed nouum dubium. Et ante eum, eadem alios allegans dixit comunem Menchac. de success. creat. §. 22. post num. 17. licet subdat quod fere tantus est numerus tenentium contrarium, sed eam sequitur, & dicit communem, & apud se in praxi obseruari, alios allegans Iulius Clarus in sua praxi crimi. §. fin. quæst. 37. versic. vnum tamen volo.

Sed contrarium omnino verius esse existimat Dominicus, Roma, Feli. & Stepha. Aufferius eosque referens Couar. vbi supra per text. in. c. attendendum. 17. q. 4. & in. c. contra idolorum. 26. q. 5. item facit, nam laicus ratione delicti, de quo potest iudex ecclesiasticus cognoscere factus est de foro ecclesiastico argum. text. in Authentica. item nulla communitas. C. de Episc. & clericis. & in. c. cum sit generale. & cap. ex tenore. de foro comp. quinimo & atteto iure Regio relatis prædictis legibus, ad perfectam huius quæstionis resolutionem tria ipse Couar. existimat esse obseruanda, vt ex his constet quid sit in ea tenendum. Primo, vt stante consuetudine legitime præscripta, quæ iudex ecclesiasticus habet alicuius causæ cognitionem aduersus laicos posset eosdem capere ac carceri tradere, vsus hic omnino sit seruandus ex Bald. & Ioan. Lup. quos refert: nec hanc consuetudinem voluisse tollere inuictissimum Carolum Casarem Regem nostrum, quanuis ab eo petiuit in quibusdam Curijs Madritijs. Anni. 1528. & 1533. quod & tenuit Auiles. vbi supra, & probat idem

latius.

laicus. ca. 2. pratorum. gl. 1. n. 11. & 12. fol. 69. & Iulius Clar. vbi supra. Secundo, in causis criminalibus, in quibus iudex ecclesiasticus legitime aduersus laicum procedere possit, nam in his poterit eum capere, & in carcerem mittere.

Tertio, quando agitur de executione sententiæ iudicis ecclesiastici aduersus laicum, vt cogatur solvere eam quantum in qua iuste condemnatus est ab eodem iudice civiliter dicitur: tunc non poterit iudex ecclesiasticus laici bonam propriam capere auctoritate, neque ipsius personam ad rei iudicatæ executionem: in no. potius tenetur auxiliu iudicis secularis ad hanc executionem inuocare, sicque esse intelligenda, quæ pro communitate opinionem adduxit, nam & ll. Regiæ etiam si generaliter hæc de eo fuerint statuta, nihilominus in hunc sensum tendere frequentius videtur. Ita Couar. vbi supra, & sequitur hunc tertium casum Auilesius, vbi supra, dict. ca. 20. in glo. vsurpan. n. 15.

2 Quid tenendum? Breuiter de iure communi existimari verius esse secundam partem supra dictam, vt iudex ecclesiasticus in casibus, in quibus potest iudicium cognoscere, possit, & eos capere in eorumque personas & bona executionem facere ex adductis pro eadem parte. Sed atteto iure Regio, existimo tenendam esse omnino in praxi in nostris Regnis opinionem comunem per. ll. supra relatas, quæ expressim & in diuino id prohibent ac vetant: quare seruanda erit earu forma atque præcepta etiã a iudicibus ecclesiasticis non solum in civilibus prout Couar. aduertit in tertio casu, sed etiam in criminalibus, vt constat ex generalitate prædictarum legum & præcipue ex dict. l. 15. ibi, *Porninguna causa que sea*. Et præterea dum loquitur in causis, vbi fiscales ponitur, in quo non assentio doctissimo Couar. contrarium existimanti, nam ipsius opinionem manifestè aduersatur. dl. Regiæ in supra dictis verbis: & ita fuit pronuntiatum atque declaratum Regiæ executoria lata in fauorem Ciuitatis Placentiæ contra ipsius Episcopum præterquam in crimine hæresis. Item & sacrilegij, vt Oldradus & ceteri existimant, & in cri-

mine hæresis, probat Rojas, infra statim citandus: & etiam in crimine stupri, sed idem dici potest in crimine incestus, quia in istar habet hæresis, vt in d. 7. titu. 21. libr. 8. Nouæ Collect. Regiæ. ibi, *este crimen de incesto, es en alguna manera heresia*. Nec etiã consuetudo contraria seruanda erit quidquid Couar. vbi supra, & Iulius Clarus, vbi supra, existimet: quia eam expressè sustulit idem inuictissimus Rex atque Imperator Carolus V. vt cauetur in d. l. 15. in fi. vbi dicitur: *Y mandamos que de susodicho aya lugar, sin embargo de qualquier costumbre que se alegue, si la ha auido, por que aquella ha sido sin nuestra sciencia y paciencia*. Quod per dict. l. nuncupatim, etiam tenet Auend. c. 1. pratorum. lib. 1. nu. 22. fol. 51. & post eum ille Ignacius Salzedo, vbi supra, vers. 7. vbi refert in magna causa, quæ in Regio senatu agitata fuit inter fiscalem Regium & Archiepiscopum Toletanum, eo quod dict. Archiepiscopus ex antiquissima consuetudine legitime præscripta sibi & suis ecclesiasticis iudicibus facultatem competere asserbat capere laicos propria auctoritate, & eos forum fiscalium ministerio in carcerem mittere. Obtentum fuisse contra Archiepiscopum iussumque fuisse, vt dict. Regiæ. ll. ad vnguem obseruarentur. vbi quoque egregie probatur, quod per hoc hodie non sit sublata potestas iudicibus ecclesiasticis, per dictas ll. Regiæ, vt possint in his criminibus, in quibus de iure cognitionem habet laicos coram se personaliter citare: nam id quidè facere poterunt, & ita videtur quoties est que iustissimum. Et supra dicta nostra sententia aduersus Doct. Couar. est tenenda quanuis nouissime doctor Paz, qui post hæc scripta, in lucem prodijt in sua praxi. 2. Tomo. 2. Præ lud. nu. 55. & 56. opinionem præsebi sequatur dicens supra dictam resolutionem communem sibi contrariam in super & nostras: ll. Regiæ supra dictas in causis civilibus, vel in criminalibus civiliter intentatis procedere, secus in criminalibus, vbi contra laicos proceditur ad punitionem culpæ: quia

tunc

tunc iudex ecclesiasticus competens tamen bene poterit eos capere, & incarcerare dicēs ita in praxi obseruari in tribunali Episcopali Salmantino. Nam hoc est contra expressam mentem dict. communis resolutionis supra adductæ. & cōtra verba dictarū. II. Regiarum, & ideo non est tenendum, sed quod prædiximus. Eadem ratione reiiciendum est quod dixit Rojas, singul. 108. in fauorem fidei, nempe dictā opinionem Couar. & aliorum contra communem, esse de vsu & consuetudine præscripta, quæ seruāda est in Hispania in omnibus fere Episcopatibus, id nā que negamus, est que contra dictas leges Regias.

## ¶ Finis. 44. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- 1 **L** Ege. 1. tit. 4. de las contestaciones. lib. 4. Nouæ Collect. Regia. cum sit rigurosa, an sit obseruāda in praxi & numeris sequentibus. & nu. 3. quod apud iudices inferiores est obseruanda.
- 2 Rigor huius. l. explosus est, nec admittitur apud superiores iudices.
- 4 Intellectus l. 1. tit. de los assentamientos. hoc. lib. Nouæ Collect. Reg.

## L. 1. titu. 4. lib. 4. Nouæ Collect. Regia.

## QVÆSTIO. XLVI.

1 **Q** Vero an. l. 1. titu. 4. lib. 4. Nouæ Colle. Reg. ibi. *Esfrassi no respō dierē, que sea auido por confesso por su rebeldia por esta nuesta ley, aunque no sea dada la sentencia contra el sobre ello.* Cum nimis rigurosa videatur: in hoc an sit seruanda in praxi? Videtur enim quod non, quia iure Regio iudicādum est sola facti veritate inspecta cui standum

est, vt in. l. 10. tit. 17. supra hoc. lib. 4. veritas autem facti constare non potest ex cōtumacia rei, sapius enim imo sapiissime cōtingit, vt reus propter aliquod impedimentum, negligentia imo & ignorantia & rusticitatem litem non contestetur, potius quam ex eo quod sit vera petitio actoris nec eam pro tali velit cōfiteri. Secundo, ex. l. 1. tit. 11. de los assentamientos infra hoc. lib. 4. vbi reus cōtumax in comparando in termino citationis non habetur pro confesso, sed imo in causa proceditur vterius ac si lis esset contestata vel si actor maluerit mittitur in possessio nē ex primo & secundo decreto ordine contento in illa. l. quæ posteriori loco quam nostra in hoc libro posita est, illa igitur videtur seruanda, non vero præcedens de qua nunc est sermo. Quibus forsā attentis rigor nostræ. l. in hoc explosus est nec admittitur in vsum apud Regios supremosq; iudices, vt testatur insignis Couar. lib. 1. Varia. resolu. c. 1. n. 8. Auēd. respōs. 1. n. 21. D. Perez in præsentī col. 875. post Ioan. Matien. quē refert in dialogo relatoris. 3. part. c. 44. nu. 6. & nouissimè Practicus Mōterrosus, in sua practica, in. 5. Tract. fol. 82. ad finem. cōtrarium tamen in praxi vlitatum se vidisse & à practicis aduocatis ac à iudicibus superioribus accepisse affirmat Olanus in sua concordia iuris litera. C. num. 101. dicēs notare. Greg. Lop. in. l. 3. tit. 10. p. 3. ego vero in hoc Couar. & Auēd. credere malo, vt apud supremos iudices rigor nostræ. l. non seruetur, quod & testatur postremo Salazar aduocatus curiæ Granatensis, in Tract. de vsu consuetudine, & stilo curiæ. nu. 42. vers. propterea. fol. 13. nec Greg. Lop. vbi supra contrarium dicit.

3 Apud inferiores vero iudices forma huius nostræ. l. & si dura seruanda erit, vt indicat. doct. Perez. vbi supra præcipue cum sit posita in Noua Collect. Regia. in cuius principio pragmatica sanctione præceptum est omnibus iudicibus, vt. II. huius libri seruent in decisionibus causarum, qui quidem non habent facultatem abrogandi dict. l. Et supra dicta nouissime etiam tenet Doct. Suarez de Paz, in sua praxi. 1. p. 1. Tom. 6. tépor. nu. 44. sed solēt iudices declarādo pro confesso

fesso reum contumacem, ad probationem vtramq; partē recipere, & effectus erit quod onus probandi, quod actor habebat transfertur in reum, quod quidem non displicet, etsi alij iudices pro confesso declarent & condēnent in petitis & vide infra. q. 49. n. 7.

Non obstat modo prima ratio, in contrarium adducta, quoniam & si per contumaciā rei de veritate non constet vere, constat tamen fide & sic præsumptiue, cui præsumptioni. l. ciuilis nititur prout solet alias. Nō obstat etiam. l. 1. tit. *De los assentamientos*, infra eodem lib. Quia si credimus glossatori Perez, in præsentī col. 873. ver. poena autē, nostræ. l. poena locum habet quando reus fuit citatus & recepit copiam petitionis in casu vero alterius. l. reus nunquam comparuit in iudicio, nec recepit copiam libelli, idem tenet reputans nouum Olanus vbi supra. nu. 101. & 102. & iterum in Epilogo legum Partitarū correct. n. 39. sequitur doct. Suarez de Paz, vbi supra. n. 24. Sed apud me hæc responsio male audit quoniam diuinat ad nostram. l. cū in ea nulla mētio fiat quod reus receperit copiam petitionis actoris quini mo existimo sufficere ipsius contumaciam in non contestādo litem postquam sibi vel procuratori suo fuerit à tabellione intimata petitio actoris, hoc est, *La demanda*, Quauis copia ipsius non receperit. Quare verius existimo respondendum quod. l. nostrā loquitur & procedit quando iudicium inceptum fuit à petitione: vnde merito quod tunc reus contumax non contestādo litem infra nouē dies habeatur pro confesso in petitis ab actore, vt ex se constat, at vero. l. altera quando non à petitione sed à citatione in cepit & reus non comparuit, quare cum nihil à principio fuisset petitum, nō potest haberi pro confesso reus, sed tantum pro contumace simpliciter: vt contra eius bona procedi possit ad missionē in possessionem, ex primo & secundo decretis, & hoc ne melioris conditionis sit contumax quam comparens, vt in principio illius. l. dicitur, & sic diuersæ sunt potius, quam contrariæ dict. II. præmaxime: quia & si posteriori loco col-

locetur. l. illa, *De los assentamientos*, prius temen fuit condita, quoniā etsi ambæ eiusdem autoris sint, nempe Regis Ildephōsi, in curijs de Alcala, anno. 1386. illa est in titu. 6. nostra vero in. 7. vt ex earum subscriptionibus patet, vnde præsumendum minime est eundem autorem in continenti velle se corrigere. Nec obstat quod supremi iudices nostræ. l. poenam minime seruent, nam ipsi autoritate pollent ad id, inferiores vero minime.

## ¶ Finis. 46. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- 1 **A** Ccusatio contumaciæ an requiratur ad hoc, vt attenda. l. Regia, non contestans litē infra nouem dies habeatur pro confesso? & nu. sequent. resoluatur affirmatiue.
- 2 Accusatio cōtumaciæ non requiritur stante statuto, quod non contestans litem infra certum terminum, habeatur pro confesso, sed contra num. 4.
- 3 Contumax ad hoc, vt aliquis dicatur requiritur accusatio contumaciæ ipsius.
- 5 Praxis huius regni opinionem affirmatiuam probauit, vt ad hoc, vt quis nō contestans litem infra nouem dies habeatur pro confesso, requiratur accusatio contumaciæ ipsius.

## Eadem. l. 1.

## QVÆSTIO. XLVII.

1 **Q** Vero circa eādem. l. 1. An ad hoc, vt reus non cōtestans litem infra nouem dies habeatur pro confesso requiratur accusatio contumaciæ? Et videtur non requiri quoniam reus eo ipso autoritate & dispositione legis absque aliquo facto partis, non contestans litē infra nouem dies post intimationē petitionis actoris sibi factam:



facta, habetur pro confesso, sicq; secū lex tra-  
hit executionē, vt constat ex illis verbis,  
*Que del dia que la demanda fuere puesta  
al demandado, o a su procurador, sea ten-  
do a responder derechamente a la deman-  
da, contestando el pleyto: conosciendo ò ne-  
gando, hasta nueue dias continuos. Y si assi  
no respondiere, que sea auido por confesso  
por su rebeldia por esta nuestra ley, aun-  
que no sea dada la sentencia sobre ello.* Ec-  
ce ergo casum. l. nostræ qui videtur expres-  
sus pro hac parte. Nec obstat quod lex dicat,  
*Por su rebeldia*, quia verum est reum hoc  
casu sua cōtumacia ipso iure haberi pro con-  
fesso autoritate & dispositione. l. non tamen  
requirit eadem. l. accusationem contuma-  
ciæ, cum statim transacto termino nouem  
dierum lite non contestata, lex habeat eum  
pro confesso. Et in terminis similis statuti  
ita expresse tenet Bald. in. l. si tutor. n. 1. C. de  
interdict. mat. sequitur Ias. in. l. properan-  
dum. 6. & siquidem. n. 7. C. de iudic. & Octa-  
uian. decis. Pedem. 3. num. 3. & 5. vbi refert  
etiam Felin.

Sed nihilominus contraria sententia in  
terminis nostræ. l. est verior. & tenenda imo  
quod ad hoc, vt eius dispositio procedat, re-  
quiratur, & sit necessaria accusatio contu-  
maciæ, argumento text. in dict. l. properan-  
dum. 6. & siquidem. ibi, actoris contumaciam  
incusante, vbi id notat Raphael & Paul. Cas-  
tren. & alios allegans Petrus Duesnas in Re-  
gul. 153. Limit. 3. & Pet. Rebuff. 3. Tom. Cō-  
ment. ad constitutiones Gallic. in Tract. de  
Contum. & defect. & c. artic. 1. gl. vnic. n. 2.  
Ioan. Baptist. Tolet. in suo A Erar. commu.  
opin. litera. A. nu. 3. fol. 3. colum. 1. vbi dicit  
hunc esse cōmunem intellect. l. 2. ff. si quis  
in ius voca. non ierit. secundum Alex. cōsi.  
92. nu. 2. volu. 2. quē ibi refert, sequitur alios  
allegans Quint. Mandos. in regu. 33. de An-  
nal. poss. quæst. 35. num. 9.

Secundo, per nostram. l. ibi. *Por su rebel-  
dia*, Ergo contumacia accusari debet. Nam  
ad hoc, vt contumax quis dici possit ipsius  
contumaciā accusari oportet, aliter enim cō-

tumax appellari, nequicquam potest iuxta  
doctrinam Bart. in. l. 2. col. vltim. ff. si quis  
in ius vocat. non ier. & eiusdem. l. contem-  
tancum. col. vltim. C. quomodo & quando  
iud. & in Authent. ei. qui. in fi. C. de tempor.  
appell. prout refert & sequitur Nicol. Ant.  
Grauarius, in Adnot. ad Octavian. Vestriū,  
in sua introductione, in Romanæ aulae ait  
libr. 4. cap. 4. nu. 17. Ioann. Bapt. vbi supra.

Non obstat nostra. l. vt supra pro contra-  
ria parte ponderata, quia licet ipsa expresse  
non requirat contumaciæ accusationē, cum  
tamen eam non tollat, tacite tamen videtur  
eam exigere cū id omiserit & intelligi de-  
beat secundum iuris dispositionem, quæ ha-  
bet quod ad hoc, vt quis dicatur contumax  
requiritur accusatio contumaciæ, vt supra,  
est probatum in hac eadem parte, præcipue  
cum eadem nostra. l. expresserit, *Por su re-  
beldia*, præsupponere igitur videtur accu-  
sandam esse contumaciam quandoquidem  
ob eam habetur reus pro confesso. Nō etiam  
obstat quod in terminis similis statuti te-  
nuit Bald. in. d. l. si tutor, & sequaces supra ci-  
tati, non requiri accusationem cōtumaciæ:  
nam cōtra eos tenent alij, quos refert Ioan.  
Baptista Toletan. in suo A Erar. commu. opi-  
nionum. litera. A. num. 3. & Rebuff. vbi su-  
pra. n. 10. & 11. & sic resultat secundū Ioan.  
Baptist. vbi supra, quod pars debet accusare  
contumaciam in termino iuris, vel statuti,  
contra Bal. vbi supra, licet dicat eius opinio-  
nem, in iudicijs esse receptā, sed fallitur. Nā  
Praxis huius Regni hanc nostram opinio-  
nem probauit (nempe, vt contumaciā accu-  
setur) quæ est seruanda secundū doct. Didac.  
Perez. in præsent. col. 871. quē refert Ioann.  
Bapt. vbi supra & Ludouic. Mexia in. l. Re-  
gia Tolet. 1. parte. 10. fundamento. num. 11.  
idem testatur, & iterum in pragmat. taxæ pa-  
nis. 1. concl. num. 145. de eadem praxi testa-  
tur doct. Suarez de Paz, in sua praxi. 1. partis.  
1. Tomo. 6. Tempore. nu. 24. Et sic non ac-  
cusata cōtumacia non reputabitur perfecte  
contumax, vt sequantur effectus legum Re-  
giarum.

¶ Finis. 47. Quæstionis.

SVM-

SUMMARIVM.

- 1 **M**inor contumax in non contestan-  
do litem infra nouem dies, & sic  
habitus pro confesso restituatur in inte-  
grum aduersus lapsum temporis & læ-  
sionem ex eo causatam. & nu. sequent.
- 2 In his, quæ sunt introducta ad rigore iu-  
ris conseruandum, vel, quæ concernunt  
formam actus mulier & rusticus non  
excusantur sed formam generaliter tra-  
ditam debent obseruare.
- 3 Minor in delictis restituatur aduersus pro-  
prium confessionem, vbi aliter de deli-  
cto non constat.
- 4 Minor & ceteri privilegiati non excu-  
santur a vera cōtumacia, vel dolo vero.
- 5 Mulier & rusticus non restituuntur, nisi  
in casibus à iure expressis.

Eadem. l. 1.

QVÆSTIO. XLVIII.

- 1 **Q**uæro tertio, circa eandē. l. an  
minor cōtumax in nō conte-  
stando litem infra nouē dies,  
& sic habitus pro confesso in  
casu huius. l. restituatur in in-  
tegrum aduersus lapsum temporis & læsio-  
nem præd. ex ea causatam, ita vt seruetur il-  
lęsus & sua contumacia sibi non noceat?
- 2 Et videtur quod non, quia in ijs, quæ sunt  
introducenda ad rigorem iuris conseruandum,  
vel quæ concernunt formam actus non ex-  
cusantur mulier & rusticus, sed formā gene-  
raliter traditam debent obseruare Bald. in. l.  
iuris ignorantiam. ad fi. C. qui admitt. & ibi  
Fulgos. & Paul. Ias. alios referens in. l. cum  
dubitatur. n. 129. C. de iur. emphyteo. Felin.  
in. c. fraternitatis. nu. 6. vers. item secundo de  
testib. decis. Pedemont. 87. n. 4. vbi alios alle-  
gat & præterea probat rusticum, nec mulie-  
rem non esse restituendos aduersus pronun-

tiationē positionum in eorū contumaciam  
factam, dicens ita censuisse senatum illum:  
sed hæc nostra. l. est huiusmodi, ergo, & c. Et  
in terminis eiusdem hanc partē refert tenere  
aliquos doct. Bonifac. in sua peregrini. legum  
Partit. verb. Litis contestatio.

Sed contrarium est tenendum, nempe vt  
minori in casu huius. l. cōpetat restitutio in  
integrum aduersus suam cōtumaciam & læ-  
sionem ex ea procedentem cum alia eidem  
concedatur aduersus lapsum temporis atq;  
læsionem inde sibi prouenientem, vt in Cle-  
ment. vnic. de in integr. restit. & l. 3. tit. 8. in-  
fra hoc lib. 4. vbi restituatur aduersus proba-  
tionem omittam.

Et in terminis quod minores si habeantur  
pro confessis ex dispositione. l. vel statuti. ita  
q; sint cōtumaces iuuentur aduersus dolum  
huiusmodi præsumptum beneficio minoris  
ætatis vel in integrum restitutione, quia nō  
dicuntur constitui in vera cōtumaciā in huius  
Paulus de Castr. in. l. vbi. num. 2. ff. de edend.  
& expressim tenet alios allegans Hippolyt.  
in practic. crimin. §. postquam. num. 60. &  
Auend. respons. 15. nu. 5. & in terminis no-  
stræ. l. doct. Didac. Perez, in eadē. l. 872. in  
princip. & doct. Suarez de Paz, in sua praxi.  
1. part. 1. Tom. 6. Tempore. num. 42. Sed hi  
omnes omiserunt allegare text. expressum  
pro hac opinione, in. l. minor etiam. 9. in  
ordin. ff. de minor. vbi dicitur, minor etiam  
si quasi contumax condemnatus sit in inte-  
grum restitutionis auxiliū implorabit. Si  
tamen minor & ceteri essent in dolo vero,  
vt quia dicerent, nolo comparere, vel aliter  
iudicem contemnerent non excusarentur à  
vera contumacia, & sic non iuuarentur præ-  
dicto beneficio, secund. Paul. & Hippolyt.  
vbi supra. Non obstant adducta in contra-  
rium: quia procedunt in muliere & rustico,  
quiquidem non restituuntur, nec eis fauetur  
in sim. casibus à iure expressis. glo. & com-  
munis, in. l. fi. C. de iur. & fact. igno. l. Regul.  
in princip. ff. eodem tit. Secund. decis. Peda-  
mont. vbi supra. nos vero loquimur in mi-  
nore qui bene restituatur per supra dicta.

¶ Finis. 48. Quæstionis.

SVM-

SUMMARIVM.

- 1 **A**N aduersus confessionem fictam inductam ex contumacia admittatur probatio in contrarium, & numeris sequentibus resoluitur affirmatiue.
- 2 Confessio ficta eiusdem iuris ac vigoris est ac si fuisset vera & nu. 6. quomodo intelligatur.
- 3 Contra probationem veram non admittitur nisi error, isque probari debet.
- 4 Aduersus sententiam, qua pronuntiatur contumax pro confesso admittitur contumax cum nouis probationibus.
- 5 Sententia, quæ fertur ex probationibus priuilegiatis, non transit in rem iudicatam.
- 7 Practica Auilesij in proposito. l. Regia rejicitur.
- 8 Contumax in non contestando litem non habetur pro confesso vbi mandatum actoris non est exhibitum & in iudicio productum.

Eadem. l. i.

QVÆSTIO. XLIX.

- 1 **Q**Uæro quarto, circa eandem. l. an aduersus huiusmodi fictam confessionem admittatur probatio in contrarium, vt putà si reus velit probare se non debere, quod ab actore petitur vel esse solum? Et videtur quod non, quia præd. confessio ficta eiusdem iuris & vigoris est ac si vera esset, vt tenent Barto. & Bald. in. l. quoniam. ff. de his qui notantur infam. Aretin. consil. 146. incip. visa consultatione. nu. 1. & alij. & confessio ficta dicitur manifesta, secundum Ias. in. l. manifesta. nu. 4. ff. de iure iur.
- 3 Sed contra veram confessionem non admittitur, nisi tantum quod confessio fuit fa-

cta per errorem isque probari debet, vt tenet glo. & alij in. c. Romana. §. sin autem. de appellat. in sexto. Imol. in. l. constitutiones. ff. de appellat. Bald. in. l. minoribus. C. de his quib. vt indig. & in. l. vnic. C. de confes. ergo nec contra fictam, vt in terminis nostræ. l. tenet Ioan. Bapt. Toletan. in suo A Erario comm. opin. litera. A. nu. 3. & in simili statuto testatur ita communiter obseruari, Bald. in. l. feruum quoq; §. publice. nu. 7. versic. pro hoc etiam dico. ff. de procur. & alij quos refert Mench. de success. creat. §. 23. n. 25.

Sed contrarium est tenendum imò quod aduersus hanc fictam confessionem admittatur probatio, cum hæc confessio sit ficta & præsumpta, & possit veritas haberi in contrarium, ita tenet Aretin. vbi supra. num. 4. 5. & 6. dicens communiter teneri ante quam feratur sententia, & Mencha. vbi supra alios referens vbi limitat in eo, qui noluit iurare de calumnia, & in eo, qui verè fuit contumax in non comparèdo: quia in his casibus cõtumax statim certe & indubitabiliter deliquit, nec vlla superueniens probatio delictum illud semel commissum potest infectum reddere, secus verò est in contumace in non comparèdo intra certum terminum ad litem contestandam: nam is cum crebrius ex obliuione vel negligentia, vel forte ignorantia, quanuis supina & crassa, deserit comparere nõ delinquit ac proinde poterit postea probare contrarium.

- 4 Imò etiam aduersus sententiam qua pronuntiatur contumax pro confesso admittatur, ipse cõtumax cũ nouis probationibus; quia præd. sententia fertur ex probationibus priuilegiatis & præsumptiuis, quo casu sententia non transit in rem iudicatam, vt tradit Ias. in. l. i. ff. si cert. pet. & cum referens Marant. de ordine iudic. 6. part. princip. in. 3. eius parte in princip. i. actu. n. 143. idem Ias. in repet. l. admonendi. n. 38. & sequentibus. ff. de iur. iuran. q. si exequatur præd. sententia poterit excipi quod non trãserit in rem iudicatam. & præterea in exequutione probari contrarium, quã opin. aduers. Aret. vbi supra probat & sequitur Curtius Iunior, in repet. d. l. admonendi nu. 21. conducunt tradita per

ditaper Auend. rñsonf. 15. vers. Decimater. & quãuis supra dicti doct. loqui videantur in ficta confessione per cõtumaciam in non comparèdo in causa criminali, de quo est. l. 3. ut. 10. infra hoc lib. 4. eadem tamen ratio militat in ciuilibus in quibus nos loquimur, cum viroq; casu confessio sit ficta, & veritas (secundum quam est iudicandum) vt modo dicebamus possit haberi in contrarium: & in terminis allegatis Baldum, in. l. error. in fin. C. de iur. & fact. igno. & in. l. ita demum. C. de procur. tenet Greg. Lop. in. l. 3. glo. si. tit. 10. part. 3. Nec obstat quod confessio vera & ficta equiparantur: quia hoc verum est quo ad effectus, dum non probatur contrarium aduersus fictam confessionem, cum ea non sit certa sed præsumpta: at verò aduersus veram & propriam confessionem nihil aliud quàm error probari potest: & quanuis aduersus fictionem non admittatur probatio in contrarium, vt notatur in. l. siue possideris. C. de probat. & in. l. fin. ff. quod met. caus. hoc tamen verum est, non admitti super eo quod sit fictio, vnde si velit probare se non esse confessum, eo casu, quo agitur fuisse confessum non possit: si vero velit probare contentum in illa ficta confessione nõ esse verum potest, quia hoc non repugnat fictioni, vt tenet in terminis nostræ quæstionis Alex. consil. 145. nu. 4. vlt. 6. & Anto. de Butr. in. c. ex parte. ad si. de confess. & in terminis nostræ. l. hanc sententiam late pluribus probauit Auiles. ca. 15. prat. in glo. Homezillos. nu. 15. & sequentibus, vbi admonet iudicem, vt sit cautus hoc casu, vt quando aliquem condemnauerit pro confesso: quia litem non contestauit infra nouè dies: vel quia non respõdit positionibus, vel ob aliam iustam causam iuris quod semper in tali sententia seu declaratione pro confesso, recipiat partem sic declaratam & cõdemnatam pro confesso ad probandum, quod voluerit infra nouem dies: quia si probet innocentiam & nihil debere, & rem aliter se habere reuocabitur confessio & liberabitur: quod ipse facere semper dicit, & quod audit in Audientia regali ita fieri, cuius dictum probò, practica autem propria ipsius mihi non

placet, nempe quod in sententia condemnatoria detur terminus ad probandum, sed vel ante, vel post id fieri debet. Addit præterea Auiles, vbi supra, num. 22. quod si mandatum procuratoris actoris non sit exhibitum & productum in iudicio reus non contestatur litem, & etiam si eam non contestetur non habetur pro confesso, secundum Montalu. & Castell. quos refert & sequitur etiam doct. Didac. Perez in. l. i. in. l. p. l. l. in. l. Ordinam. col. 19. 17. & sequitur communiter testatur doct. Anto. de Padilla in. l. error. nu. 18. C. de iur. & fact. igno. ex iudicio enim nullo in non respondendo non potest haberi pro confesso licet pars non opponat secundum Roman. consil. 224. Rodand. Valle, consil. 31. num. 6. & 7. & sequentibus præcipue nu. 17. libri Mexia in. l. regia. l. i. de los terminos. in. 10. fundamento. & par. 2. & sequentibus, & quod reus nõ cõfiteatur litem contestari nec habeatur pro confesso, quousque pars aduersa ostendat mandatum in iudicio, & sic opin. Montal. & Castell. sequitur etiam doct. Quenda lib. 1. quæst. 1. nu. 14. ad fin. eadem supra dict. sententiam principalem in nostra quæstione probat in terminis dict. l. Regia, doct. Suarez de Paz, in sua pract. part. 1. Tomo. 6. Tempore num. 19.

Finis. 49. Quæstionis.

SUMMARIVM.

- 1 **F**ictus confessus per contumaciam in casu. l. Regia ob non contestatam litem an admittatur appellans: & resoluitur affirmatiue.
- 2 Appellari licet non possit à pena legis, à pronuntiatione tamen & declaratione ipsius (hoc est) aliquem incidisse in eam bene potest appellari.



Eadem. l. i.

QVÆSTIO. L.

**Q**uæro quinto, circa eadē. l. an huic facto cōfesso per cōtumaciam, & pro tali sententia cōdemnato reliqua sit aliud remediū nepe appellacionis? & videtur minime à præd. sententia appellare posse, quā verus cōtumax non habetur appellans, vt in l. properandum. §. si autem reus. vbi Bald. nu. 5. C. de iudic. & in l. & post edit. §. si autem reus. ff. de iudic. Secundo, quia à pœna. l. non admittitur appellatio. vt in l. si qua pœna. ff. de verb. signifi. & in cap. quia nos. de appell. glo. in cap. super his verb. arbitrium. de accusat. sequitur plures allegans Didac. Bero. in l. i. tit. 4. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ. §. 7. Tertio, per l. 2. tit. 7. infra hoc lib. 4. **¶** *quæ de testimonio, & c.* Vbi ex his illis impositione pœna non habetur appellatio nec supplicatio, aliud vbi vult remediū, & in terminis quod verba hæc videntur habere de cōfesso, impletur cōtumax non appellat referret tenere plures dicit Ioan. Baptista Toletum. vbi supra in suo A. Erario communi. opin. libræ. A. nu. 3. vbi de iure autem regio, & c. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum nempe, vt fictus cōtumax & pro cōfesso cōdemnatus in tali cōfessione, l. oblitum non contestatā intra nouē dies possit appellare à præd. sententia, & in causa appellacionis probare realiter se habere, & sic obtinebit: quia hic est fictus contumax, & ideo merito auditur appellans, vt tenet glo. in l. creditor. §. iustus. ff. de appella. vbi Barto. & tenet in terminis Baldus in l. ita demum. num. 6. C. de procurat. Paul. de Castr. in l. si. §. quid si actor. nu. 6. C. de iure iur. propter calumn. dand. sequitur etiam Auiles. in c. 15. præd. in glo. Homezillos. nu. 15. & sequentibus. Didac. Perez. vbi supra. col. 871. & 873. & ita iuxta hanc opinionē. in Praxi obtinui. Multo post eadē sententiam scripsit doct. Suarez de Paz, vbi supra eum allegauit. q. præced. in fin. Nec obstat quod à pœna. l. non appelletur: quia licet id verum sit, à pronūtiacione tamē & de

claracione ipsius (hoc est) aliquem incidisse in eam bene potest appellari, si cōstat eū nō incidisse, vel est dubiū iuxta gl. in c. cupientes. §. quod si per viginti. verb. Priuatos. de elect. libr. 6. quæ est singul. & legitis incognita fecit. Curt. in. plures allegantem, in l. vnic. in princ. nu. 41. ff. si quis ius. dic. non obtēp. Non etiā obest. d. l. 2. tit. 7. infra hoc lib. 4. quia illud procedit antequam incuratur pœna nepe cū iubetur declarari de calūnia positionibus sub pœna cōfessi, quia ab hoc mādato & impositione non admittitur appellatio, nec supplicatio ad impediendam declarationē de calūnia: nos vero agimus post declarationē incurfionis pœnæ, scilicet à sententia, quæ declaratur reus pro cōfesso propter nō contestatā litē infra nouem dies, vt ab hac declaratione admittatur appellatio, quod est diuersum.

¶ Finis. 50. Quæstionis.

SUMMARIVM.

**L**itis contestatio hodie fieri potest in absentia partis.

Eadem. l. i.

QVÆSTIO. LI.

**Q**uæro sexto, circa eandē. l. an litis cōtestatio fieri possit in absentia actoris, & partē negatiuam tenet Bart. C. de litis cōtest. post Spec. cod. tit. est cōs. secund. Imol. in c. i. col. fi. de lit. cōtest. prout refert Greg. Lop. in l. 3. glo. fi. tit. 10. p. 3. Cōtrariam tū opinionē tenuerunt Ant. & Abb. in d. c. i. de lit. cōtest. & Rota in nouis decis. 354. quæ hodie approbatur in l. 2. infra hoc tit. 4. lib. 4. ibi, *El demāador presente, o no.* Et ita practicatur, vt testatur Greg. Lop. vbi supra, & inquit Didac. Perez. in d. l. 2. eam esse noui iuris promulgatoriam in nostro Regno, nam iure cōi sancitum erat in cōtrariū, quæ admodum ostensum reliquit Bald. in l. re iudicio. col. 2. versu. Tertio quæro. n. 4. C. de lit. cōtest. & ita vidi sepius practicari. iuxta sententiam supra dict. tenendam. d. l. 2. approbatam.

¶ Finis. 51. Quæstionis.

SUMMARIVM.

- 1 **L**itis pendentia, declinatoria, vel alia exceptio dilatoria, opponenda est ante litem contestatam, quod si postea opponatur nō differtur ob eam iudicium, sed admittitur in vim peremptoriarum.
- 2 Scholaris omittens allegare privilegium magistri sui, & errore passus est in se litem contestari non potest litis contestationem condicere.
- 3 Minor, vel ecclesia omittens allegare exceptionem dilatoriam, vel dari declinatoriam ante litis cōtestationem, an possit in integrum restitui aduersus id nocumentum? contraria in hoc referuntur sententiæ.
- 4 Vera resolutio & concordia inter præfatas sententias assignatur.

L. i. titu. 5. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. LII.

**Q**uæro. l. i. tit. 5. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ. cauetur, litis pendentiam, vel aliam exceptionem fori declinatoriæ opponendam esse infra nouem dies ante litem contestatam: Prout etiam in iure communi, vt ante litis contestationem, eadem exceptio, vel alias dilatoria opponi deberet cautū existebat, vt in l. fin. C. de excep. vbi Bart. & ceteri notant glo. in cap. exceptionem. de except. vbi late Felin. Barto. etiam & Ias. in l. eleganter. §. si quis post ille. n. 4. & sequentibus. hic. nu. 4. & 5. ff. de cond. indeb. Idem Bart. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi Ias. n. 33. plurima in proposito adducit. Idem Bart. in l. quidam consulebant. nu. 9. & sequentibus. ff. de re iudic. l. 9. tit. 3. part. 3. vbi q. post litē contestatam non admittitur, quod intelli-

gendum est, vt ex hoc nō differatur iudicium nō vero vt omnino excludatur: quia postea poterunt admitti in vim peremptoriarum, vt cum Abb. concludit. Greg. Lop. in d. l. 9. glo. l. Idem in scholari omittente allegare privilegium magistri sui, sed errando passus fuit in se litem contestari, vt non possit litis contestationem condicere tenuit. gl. in l. 2. verb. Consensus. ibi sed contradico. ff. de iudic. cuius opinionem sequuntur Angel. & Salicet. in l. 1. C. de iudic. & Ias. in l. si per errorem. col. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi dicit communem: ceterique scribentes, ibidem agunt de veritate illius glo. eamq; probant.

3 Modo quæro an minor vel ecclesia omittens allegare exceptionē dilatoriā vel fori declinatoriā ante litis cōtestationem, possit restitui in integrū aduersus præd. nocumentū, ad hoc vt postea possit eā opponere? Et ex generalitate. d. l. Regiæ cū indistincte loquatur videtur quod non, & in terminis ita tenet Innocent. in cap. coram Felicis nu. 2. de in integr. restit. quem refert & sequitur Angel. in l. 2. §. 1. ff. de iudic. Felin. in cap. fraternitatis. n. 6. versu. fallit. 2. de testib. vbi loquitur in exceptione dilatoria vel declinatoria, quæ non concernit merita causa: quia illa dicitur modici præiudicij, Innocentiū sequitur etiam Couar. in pract. quæst. c. 26. nu. 4. versu. Quinto. vbi alios allegat sequitur alij relati ab Anto. Capitio decis. 13. n. 4. & sequentibus. vbi nu. 11. concludit secundum hanc opinionem fuisse votatū in consilio Neapolit. & fuisse denegatam restitutionem, sequitur Matthæus de Afflict. decisione. 390. nu. 6. vbi loquitur in ecclesia. Ias. in dict. l. eleganter. §. si quis post. num. 4. dicens bene notandum: Practicus Monterro. in sua pract. in secundo Tracta. in princip. fol. 8. col. 2. ad fin. Pro hac parte facit per locū ab speciali. l. 5. infra hoc tit. 5. vbi tantum cōceditur minori restitutio ad opponendas exceptiones nouas, in prima instantia ante conclusionem ad diffinitiuam, ergo ad opponendas veteres ea non conceditur. Sed contra hanc opinionem facit, quia minor & ecclesia restituantur aduersus rēoris



lupsum, vt in l. minor. 27. ann. omiffam alle-  
gationem. 37. in ordin. ff. de min. & ibi glo.  
1. explicat in exceptione dilatoria omiffa:  
tex. in Clem. 1. de reftit. in integ. qua  
generaliter loquitur, & in terminis hanc par-  
te tenet Specul. in. ubi. de reftit. in integ. §. 1.  
nu. 33. Verū sed si minor. & ea fequitur plu-  
res fecund. Ioan. Orof. in l. de die. §. si feruus.  
hu. 3. ff. qui fatifa. cogant.

4 Quam re ea in p. concordia placet, quam  
Oros. ex Alexan. & Crot. refert vbi fupra,  
felicet, vt si exceptio dilatoria omiffa modi-  
ci momenti fit procedat. r. opinio Innocen.  
& fequitur, vt ad eam opponendam post  
litem contestatam reftitutio minime coac-  
tata minor. nec ecclesia d. colligitur ex  
miente & verbis Innoc. & Felin. vbi fupra.  
Ibidem Innoc. non nititur fundamentor  
q. r. huiusmodi d. d. h. a. o. r. a. s. for. n. p. o. p. o.  
s. u. r. i. h. i. l. v. e. l. p. a. u. e. u. m. c. o. n. f. e. q. u. a. t. u. r. i. e. f. i.  
o. b. i. t. a. n. t. q. u. i. l. i. t. v. e. n. i. e. n. t. i. l. i. t. e. r. & n. a.  
r. a. l. i. t. e. r. d. e. b. i. t. o. r. e. s. f. i. o. b. t. i. n. e. a. n. t. i. n. h. u. i. u. m. o.  
d. i. e. x. c. e. p. t. i. o. n. i. b. u. s. f. i. c. u. t. f. i. l. i. u. c. a. m. b. a. n. t. & i. t. a.  
r. i. o. n. f. e. d. u. n. t. u. r. q. u. i. a. l. i. q. u. i. d. n. o. n. a. d. m. i. t. t. u. r. i. n.  
i. n. e. c. o. n. t. r. i. t. u. r. a. c. q. u. i. r. e. a. l. i. a. s. e. m. i. a. v. d. b. i. o. n. e.  
r. i. q. u. o. d. n. o. n. e. x. p. e. d. i. a. t. f. e. f. u. b. j. c. i. a. m. i. n. o. r. o. r.  
h. u. i. u. s. m. o. d. i. o. r. a. t. i. o. n. e. b. e. n. e. f. e. n. t. i. n. n. o. i. v. b. i.  
f. u. p. r. a. q. u. r. e. f. t. i. t. u. t. i. o. i. p. f. i. d. e. t. u. r. v. t. f. t. a. t. i. m. d. i. c. a.  
Si vero ex omiffione ipsius exceptionis di-  
latoria, vel fori declinatoria minor, vel ec-  
clesia grauer laedatur, tunc coepetit ipfius re-  
ftitutio in integru ad reftus predicti. h. o. n. e.  
ex quampluribus iuribus id generaliter pro-  
bantibus, vt tenet in proposito Innoc. vbi  
fupra. Quam distinctionem expressius pro-  
bavit Ioan. A. d. in. e. fraternitatis. in Nouel.  
de reftit. totum hoc remittens iudicis arbi-  
trio, vt si minor vel ecclesia in hoc modice  
laedatur reftitutio denegetur per. l. scio. ff. de  
in integ. reftit. Sed si laedatur propter hoc  
in lite concedatur, & q. hac sit materia arbi-  
traria, tenet Capici. vbi fupra. nu. 11. & fupra  
dict. resolutionem & concordiam alios re-  
ferens fequitur doct. Molin. de Hispan. Pri-  
mogen. lib. 3. cap. 13. nu. 60. & 61. & est vera  
& tenenda in hoc articulo.

¶ Finis. 52. Quæstionis.

SUMMARIUM.

1 Exceptio dilatoria post nouē dies a  
lege datos opposita cum iuramen-  
to re de nouo ad suam notitiam perue-  
nisse, an admittenda sit in vim dilatoria  
ad impediendum lris progressum: quod  
non.  
2 Exceptiones peremptoriae apud suprema  
tribunalia admittuntur, etiam post ter-  
minum viginti dierum, & si petiti fue-  
rit declaratur, que la sentencia de prue-  
ua, se entienda con ellos: sed per iudices  
inferiores non admittuntur.

Eadem. l. i.

¶ Q. V. EST. 53. Q. V. EST. 54. Q. V. EST. 55. Q. V. EST. 56. Q. V. EST. 57. Q. V. EST. 58. Q. V. EST. 59. Q. V. EST. 60. Q. V. EST. 61. Q. V. EST. 62. Q. V. EST. 63. Q. V. EST. 64. Q. V. EST. 65. Q. V. EST. 66. Q. V. EST. 67. Q. V. EST. 68. Q. V. EST. 69. Q. V. EST. 70. Q. V. EST. 71. Q. V. EST. 72. Q. V. EST. 73. Q. V. EST. 74. Q. V. EST. 75. Q. V. EST. 76. Q. V. EST. 77. Q. V. EST. 78. Q. V. EST. 79. Q. V. EST. 80. Q. V. EST. 81. Q. V. EST. 82. Q. V. EST. 83. Q. V. EST. 84. Q. V. EST. 85. Q. V. EST. 86. Q. V. EST. 87. Q. V. EST. 88. Q. V. EST. 89. Q. V. EST. 90. Q. V. EST. 91. Q. V. EST. 92. Q. V. EST. 93. Q. V. EST. 94. Q. V. EST. 95. Q. V. EST. 96. Q. V. EST. 97. Q. V. EST. 98. Q. V. EST. 99. Q. V. EST. 100. Q. V. EST. 101. Q. V. EST. 102. Q. V. EST. 103. Q. V. EST. 104. Q. V. EST. 105. Q. V. EST. 106. Q. V. EST. 107. Q. V. EST. 108. Q. V. EST. 109. Q. V. EST. 110. Q. V. EST. 111. Q. V. EST. 112. Q. V. EST. 113. Q. V. EST. 114. Q. V. EST. 115. Q. V. EST. 116. Q. V. EST. 117. Q. V. EST. 118. Q. V. EST. 119. Q. V. EST. 120. Q. V. EST. 121. Q. V. EST. 122. Q. V. EST. 123. Q. V. EST. 124. Q. V. EST. 125. Q. V. EST. 126. Q. V. EST. 127. Q. V. EST. 128. Q. V. EST. 129. Q. V. EST. 130. Q. V. EST. 131. Q. V. EST. 132. Q. V. EST. 133. Q. V. EST. 134. Q. V. EST. 135. Q. V. EST. 136. Q. V. EST. 137. Q. V. EST. 138. Q. V. EST. 139. Q. V. EST. 140. Q. V. EST. 141. Q. V. EST. 142. Q. V. EST. 143. Q. V. EST. 144. Q. V. EST. 145. Q. V. EST. 146. Q. V. EST. 147. Q. V. EST. 148. Q. V. EST. 149. Q. V. EST. 150. Q. V. EST. 151. Q. V. EST. 152. Q. V. EST. 153. Q. V. EST. 154. Q. V. EST. 155. Q. V. EST. 156. Q. V. EST. 157. Q. V. EST. 158. Q. V. EST. 159. Q. V. EST. 160. Q. V. EST. 161. Q. V. EST. 162. Q. V. EST. 163. Q. V. EST. 164. Q. V. EST. 165. Q. V. EST. 166. Q. V. EST. 167. Q. V. EST. 168. Q. V. EST. 169. Q. V. EST. 170. Q. V. EST. 171. Q. V. EST. 172. Q. V. EST. 173. Q. V. EST. 174. Q. V. EST. 175. Q. V. EST. 176. Q. V. EST. 177. Q. V. EST. 178. Q. V. EST. 179. Q. V. EST. 180. Q. V. EST. 181. Q. V. EST. 182. Q. V. EST. 183. Q. V. EST. 184. Q. V. EST. 185. Q. V. EST. 186. Q. V. EST. 187. Q. V. EST. 188. Q. V. EST. 189. Q. V. EST. 190. Q. V. EST. 191. Q. V. EST. 192. Q. V. EST. 193. Q. V. EST. 194. Q. V. EST. 195. Q. V. EST. 196. Q. V. EST. 197. Q. V. EST. 198. Q. V. EST. 199. Q. V. EST. 200. Q. V. EST. 201. Q. V. EST. 202. Q. V. EST. 203. Q. V. EST. 204. Q. V. EST. 205. Q. V. EST. 206. Q. V. EST. 207. Q. V. EST. 208. Q. V. EST. 209. Q. V. EST. 210. Q. V. EST. 211. Q. V. EST. 212. Q. V. EST. 213. Q. V. EST. 214. Q. V. EST. 215. Q. V. EST. 216. Q. V. EST. 217. Q. V. EST. 218. Q. V. EST. 219. Q. V. EST. 220. Q. V. EST. 221. Q. V. EST. 222. Q. V. EST. 223. Q. V. EST. 224. Q. V. EST. 225. Q. V. EST. 226. Q. V. EST. 227. Q. V. EST. 228. Q. V. EST. 229. Q. V. EST. 230. Q. V. EST. 231. Q. V. EST. 232. Q. V. EST. 233. Q. V. EST. 234. Q. V. EST. 235. Q. V. EST. 236. Q. V. EST. 237. Q. V. EST. 238. Q. V. EST. 239. Q. V. EST. 240. Q. V. EST. 241. Q. V. EST. 242. Q. V. EST. 243. Q. V. EST. 244. Q. V. EST. 245. Q. V. EST. 246. Q. V. EST. 247. Q. V. EST. 248. Q. V. EST. 249. Q. V. EST. 250. Q. V. EST. 251. Q. V. EST. 252. Q. V. EST. 253. Q. V. EST. 254. Q. V. EST. 255. Q. V. EST. 256. Q. V. EST. 257. Q. V. EST. 258. Q. V. EST. 259. Q. V. EST. 260. Q. V. EST. 261. Q. V. EST. 262. Q. V. EST. 263. Q. V. EST. 264. Q. V. EST. 265. Q. V. EST. 266. Q. V. EST. 267. Q. V. EST. 268. Q. V. EST. 269. Q. V. EST. 270. Q. V. EST. 271. Q. V. EST. 272. Q. V. EST. 273. Q. V. EST. 274. Q. V. EST. 275. Q. V. EST. 276. Q. V. EST. 277. Q. V. EST. 278. Q. V. EST. 279. Q. V. EST. 280. Q. V. EST. 281. Q. V. EST. 282. Q. V. EST. 283. Q. V. EST. 284. Q. V. EST. 285. Q. V. EST. 286. Q. V. EST. 287. Q. V. EST. 288. Q. V. EST. 289. Q. V. EST. 290. Q. V. EST. 291. Q. V. EST. 292. Q. V. EST. 293. Q. V. EST. 294. Q. V. EST. 295. Q. V. EST. 296. Q. V. EST. 297. Q. V. EST. 298. Q. V. EST. 299. Q. V. EST. 300. Q. V. EST. 301. Q. V. EST. 302. Q. V. EST. 303. Q. V. EST. 304. Q. V. EST. 305. Q. V. EST. 306. Q. V. EST. 307. Q. V. EST. 308. Q. V. EST. 309. Q. V. EST. 310. Q. V. EST. 311. Q. V. EST. 312. Q. V. EST. 313. Q. V. EST. 314. Q. V. EST. 315. Q. V. EST. 316. Q. V. EST. 317. Q. V. EST. 318. Q. V. EST. 319. Q. V. EST. 320. Q. V. EST. 321. Q. V. EST. 322. Q. V. EST. 323. Q. V. EST. 324. Q. V. EST. 325. Q. V. EST. 326. Q. V. EST. 327. Q. V. EST. 328. Q. V. EST. 329. Q. V. EST. 330. Q. V. EST. 331. Q. V. EST. 332. Q. V. EST. 333. Q. V. EST. 334. Q. V. EST. 335. Q. V. EST. 336. Q. V. EST. 337. Q. V. EST. 338. Q. V. EST. 339. Q. V. EST. 340. Q. V. EST. 341. Q. V. EST. 342. Q. V. EST. 343. Q. V. EST. 344. Q. V. EST. 345. Q. V. EST. 346. Q. V. EST. 347. Q. V. EST. 348. Q. V. EST. 349. Q. V. EST. 350. Q. V. EST. 351. Q. V. EST. 352. Q. V. EST. 353. Q. V. EST. 354. Q. V. EST. 355. Q. V. EST. 356. Q. V. EST. 357. Q. V. EST. 358. Q. V. EST. 359. Q. V. EST. 360. Q. V. EST. 361. Q. V. EST. 362. Q. V. EST. 363. Q. V. EST. 364. Q. V. EST. 365. Q. V. EST. 366. Q. V. EST. 367. Q. V. EST. 368. Q. V. EST. 369. Q. V. EST. 370. Q. V. EST. 371. Q. V. EST. 372. Q. V. EST. 373. Q. V. EST. 374. Q. V. EST. 375. Q. V. EST. 376. Q. V. EST. 377. Q. V. EST. 378. Q. V. EST. 379. Q. V. EST. 380. Q. V. EST. 381. Q. V. EST. 382. Q. V. EST. 383. Q. V. EST. 384. Q. V. EST. 385. Q. V. EST. 386. Q. V. EST. 387. Q. V. EST. 388. Q. V. EST. 389. Q. V. EST. 390. Q. V. EST. 391. Q. V. EST. 392. Q. V. EST. 393. Q. V. EST. 394. Q. V. EST. 395. Q. V. EST. 396. Q. V. EST. 397. Q. V. EST. 398. Q. V. EST. 399. Q. V. EST. 400. Q. V. EST. 401. Q. V. EST. 402. Q. V. EST. 403. Q. V. EST. 404. Q. V. EST. 405. Q. V. EST. 406. Q. V. EST. 407. Q. V. EST. 408. Q. V. EST. 409. Q. V. EST. 410. Q. V. EST. 411. Q. V. EST. 412. Q. V. EST. 413. Q. V. EST. 414. Q. V. EST. 415. Q. V. EST. 416. Q. V. EST. 417. Q. V. EST. 418. Q. V. EST. 419. Q. V. EST. 420. Q. V. EST. 421. Q. V. EST. 422. Q. V. EST. 423. Q. V. EST. 424. Q. V. EST. 425. Q. V. EST. 426. Q. V. EST. 427. Q. V. EST. 428. Q. V. EST. 429. Q. V. EST. 430. Q. V. EST. 431. Q. V. EST. 432. Q. V. EST. 433. Q. V. EST. 434. Q. V. EST. 435. Q. V. EST. 436. Q. V. EST. 437. Q. V. EST. 438. Q. V. EST. 439. Q. V. EST. 440. Q. V. EST. 441. Q. V. EST. 442. Q. V. EST. 443. Q. V. EST. 444. Q. V. EST. 445. Q. V. EST. 446. Q. V. EST. 447. Q. V. EST. 448. Q. V. EST. 449. Q. V. EST. 450. Q. V. EST. 451. Q. V. EST. 452. Q. V. EST. 453. Q. V. EST. 454. Q. V. EST. 455. Q. V. EST. 456. Q. V. EST. 457. Q. V. EST. 458. Q. V. EST. 459. Q. V. EST. 460. Q. V. EST. 461. Q. V. EST. 462. Q. V. EST. 463. Q. V. EST. 464. Q. V. EST. 465. Q. V. EST. 466. Q. V. EST. 467. Q. V. EST. 468. Q. V. EST. 469. Q. V. EST. 470. Q. V. EST. 471. Q. V. EST. 472. Q. V. EST. 473. Q. V. EST. 474. Q. V. EST. 475. Q. V. EST. 476. Q. V. EST. 477. Q. V. EST. 478. Q. V. EST. 479. Q. V. EST. 480. Q. V. EST. 481. Q. V. EST. 482. Q. V. EST. 483. Q. V. EST. 484. Q. V. EST. 485. Q. V. EST. 486. Q. V. EST. 487. Q. V. EST. 488. Q. V. EST. 489. Q. V. EST. 490. Q. V. EST. 491. Q. V. EST. 492. Q. V. EST. 493. Q. V. EST. 494. Q. V. EST. 495. Q. V. EST. 496. Q. V. EST. 497. Q. V. EST. 498. Q. V. EST. 499. Q. V. EST. 500. Q. V. EST. 501. Q. V. EST. 502. Q. V. EST. 503. Q. V. EST. 504. Q. V. EST. 505. Q. V. EST. 506. Q. V. EST. 507. Q. V. EST. 508. Q. V. EST. 509. Q. V. EST. 510. Q. V. EST. 511. Q. V. EST. 512. Q. V. EST. 513. Q. V. EST. 514. Q. V. EST. 515. Q. V. EST. 516. Q. V. EST. 517. Q. V. EST. 518. Q. V. EST. 519. Q. V. EST. 520. Q. V. EST. 521. Q. V. EST. 522. Q. V. EST. 523. Q. V. EST. 524. Q. V. EST. 525. Q. V. EST. 526. Q. V. EST. 527. Q. V. EST. 528. Q. V. EST. 529. Q. V. EST. 530. Q. V. EST. 531. Q. V. EST. 532. Q. V. EST. 533. Q. V. EST. 534. Q. V. EST. 535. Q. V. EST. 536. Q. V. EST. 537. Q. V. EST. 538. Q. V. EST. 539. Q. V. EST. 540. Q. V. EST. 541. Q. V. EST. 542. Q. V. EST. 543. Q. V. EST. 544. Q. V. EST. 545. Q. V. EST. 546. Q. V. EST. 547. Q. V. EST. 548. Q. V. EST. 549. Q. V. EST. 550. Q. V. EST. 551. Q. V. EST. 552. Q. V. EST. 553. Q. V. EST. 554. Q. V. EST. 555. Q. V. EST. 556. Q. V. EST. 557. Q. V. EST. 558. Q. V. EST. 559. Q. V. EST. 560. Q. V. EST. 561. Q. V. EST. 562. Q. V. EST. 563. Q. V. EST. 564. Q. V. EST. 565. Q. V. EST. 566. Q. V. EST. 567. Q. V. EST. 568. Q. V. EST. 569. Q. V. EST. 570. Q. V. EST. 571. Q. V. EST. 572. Q. V. EST. 573. Q. V. EST. 574. Q. V. EST. 575. Q. V. EST. 576. Q. V. EST. 577. Q. V. EST. 578. Q. V. EST. 579. Q. V. EST. 580. Q. V. EST. 581. Q. V. EST. 582. Q. V. EST. 583. Q. V. EST. 584. Q. V. EST. 585. Q. V. EST. 586. Q. V. EST. 587. Q. V. EST. 588. Q. V. EST. 589. Q. V. EST. 590. Q. V. EST. 591. Q. V. EST. 592. Q. V. EST. 593. Q. V. EST. 594. Q. V. EST. 595. Q. V. EST. 596. Q. V. EST. 597. Q. V. EST. 598. Q. V. EST. 599. Q. V. EST. 600. Q. V. EST. 601. Q. V. EST. 602. Q. V. EST. 603. Q. V. EST. 604. Q. V. EST. 605. Q. V. EST. 606. Q. V. EST. 607. Q. V. EST. 608. Q. V. EST. 609. Q. V. EST. 610. Q. V. EST. 611. Q. V. EST. 612. Q. V. EST. 613. Q. V. EST. 614. Q. V. EST. 615. Q. V. EST. 616. Q. V. EST. 617. Q. V. EST. 618. Q. V. EST. 619. Q. V. EST. 620. Q. V. EST. 621. Q. V. EST. 622. Q. V. EST. 623. Q. V. EST. 624. Q. V. EST. 625. Q. V. EST. 626. Q. V. EST. 627. Q. V. EST. 628. Q. V. EST. 629. Q. V. EST. 630. Q. V. EST. 631. Q. V. EST. 632. Q. V. EST. 633. Q. V. EST. 634. Q. V. EST. 635. Q. V. EST. 636. Q. V. EST. 637. Q. V. EST. 638. Q. V. EST. 639. Q. V. EST. 640. Q. V. EST. 641. Q. V. EST. 642. Q. V. EST. 643. Q. V. EST. 644. Q. V. EST. 645. Q. V. EST. 646. Q. V. EST. 647. Q. V. EST. 648. Q. V. EST. 649. Q. V. EST. 650. Q. V. EST. 651. Q. V. EST. 652. Q. V. EST. 653. Q. V. EST. 654. Q. V. EST. 655. Q. V. EST. 656. Q. V. EST. 657. Q. V. EST. 658. Q. V. EST. 659. Q. V. EST. 660. Q. V. EST. 661. Q. V. EST. 662. Q. V. EST. 663. Q. V. EST. 664. Q. V. EST. 665. Q. V. EST. 666. Q. V. EST. 667. Q. V. EST. 668. Q. V. EST. 669. Q. V. EST. 670. Q. V. EST. 671. Q. V. EST. 672. Q. V. EST. 673. Q. V. EST. 674. Q. V. EST. 675. Q. V. EST. 676. Q. V. EST. 677. Q. V. EST. 678. Q. V. EST. 679. Q. V. EST. 680. Q. V. EST. 681. Q. V. EST. 682. Q. V. EST. 683. Q. V. EST. 684. Q. V. EST. 685. Q. V. EST. 686. Q. V. EST. 687. Q. V. EST. 688. Q. V. EST. 689. Q. V. EST. 690. Q. V. EST. 691. Q. V. EST. 692. Q. V. EST. 693. Q. V. EST. 694. Q. V. EST. 695. Q. V. EST. 696. Q. V. EST. 697. Q. V. EST. 698. Q. V. EST. 699. Q. V. EST. 700. Q. V. EST. 701. Q. V. EST. 702. Q. V. EST. 703. Q. V. EST. 704. Q. V. EST. 705. Q. V. EST. 706. Q. V. EST. 707. Q. V. EST. 708. Q. V. EST. 709. Q. V. EST. 710. Q. V. EST. 711. Q. V. EST. 712. Q. V. EST. 713. Q. V. EST. 714. Q. V. EST. 715. Q. V. EST. 716. Q. V. EST. 717. Q. V. EST. 718. Q. V. EST. 719. Q. V. EST. 720. Q. V. EST. 721. Q. V. EST. 722. Q. V. EST. 723. Q. V. EST. 724. Q. V. EST. 725. Q. V. EST. 726. Q. V. EST. 727. Q. V. EST. 728. Q. V. EST. 729. Q. V. EST. 730. Q. V. EST. 731. Q. V. EST. 732. Q. V. EST. 733. Q. V. EST. 734. Q. V. EST. 735. Q. V. EST. 736. Q. V. EST. 737. Q. V. EST. 738. Q. V. EST. 739. Q. V. EST. 740. Q. V. EST. 741. Q. V. EST. 742. Q. V. EST. 743. Q. V. EST. 744. Q. V. EST. 745. Q. V. EST. 746. Q. V. EST. 747. Q. V. EST. 748. Q. V. EST. 749. Q. V. EST. 750. Q. V. EST. 751. Q. V. EST. 752. Q. V. EST. 753. Q. V. EST. 754. Q. V. EST. 755. Q. V. EST. 756. Q. V. EST. 757. Q. V. EST. 758. Q. V. EST. 759. Q. V. EST. 760. Q. V. EST. 761. Q. V. EST. 762. Q. V. EST. 763. Q. V. EST. 764. Q. V. EST. 765. Q. V. EST. 766. Q. V. EST. 767. Q. V. EST. 768. Q. V. EST. 769. Q. V. EST. 770. Q. V. EST. 771. Q. V. EST. 772. Q. V. EST. 773. Q. V. EST. 774. Q. V. EST. 775. Q. V. EST. 776. Q. V. EST. 777. Q. V. EST. 778. Q. V. EST. 779. Q. V. EST. 780. Q. V. EST. 781. Q. V. EST. 782. Q. V. EST. 783. Q. V. EST. 784. Q. V. EST. 785. Q. V. EST. 786. Q. V. EST. 787. Q. V. EST. 788. Q. V. EST. 789. Q. V. EST. 790. Q. V. EST. 791. Q. V. EST. 792. Q. V. EST. 793. Q. V. EST. 794. Q. V. EST. 795. Q. V. EST. 796. Q. V. EST. 797. Q. V. EST. 798. Q. V. EST. 799. Q. V. EST. 800. Q. V. EST. 801. Q. V. EST. 802. Q. V. EST. 803. Q. V. EST. 804. Q. V. EST. 805. Q. V. EST. 806. Q. V. EST. 807. Q. V. EST. 808. Q. V. EST. 809. Q. V. EST. 810. Q. V. EST. 811. Q. V. EST. 812. Q. V. EST. 813. Q. V. EST. 814. Q. V. EST. 815. Q. V. EST. 816. Q. V. EST. 817. Q. V. EST. 818. Q. V. EST. 819. Q. V. EST. 820. Q. V. EST. 821. Q. V. EST. 822. Q. V. EST. 823. Q. V. EST. 824. Q. V. EST. 825. Q. V. EST. 826. Q. V. EST. 827. Q. V. EST. 828. Q. V. EST. 829. Q. V. EST. 830. Q. V. EST. 831. Q. V. EST. 832. Q. V. EST. 833. Q. V. EST. 834. Q. V. EST. 835. Q. V. EST. 836. Q. V. EST. 837. Q. V. EST. 838. Q. V. EST. 839. Q. V. EST. 840. Q. V. EST. 841. Q. V. EST. 842. Q. V. EST. 843. Q. V. EST. 844. Q. V. EST. 845. Q. V. EST. 846. Q. V. EST. 847. Q. V. EST. 848. Q. V. EST. 849. Q. V. EST. 850. Q. V. EST. 851. Q. V. EST. 852. Q. V. EST. 853. Q. V. EST. 854. Q. V. EST. 855. Q. V. EST. 856. Q. V. EST. 857. Q. V. EST. 858. Q. V. EST. 859. Q. V. EST. 860. Q. V. EST. 861. Q. V. EST. 862. Q. V. EST. 863. Q. V. EST. 864. Q. V. EST. 865. Q. V. EST. 866. Q. V. EST. 867. Q. V. EST. 868. Q. V. EST. 869. Q. V. EST. 870. Q. V. EST. 871. Q. V. EST. 872. Q. V. EST. 873. Q. V. EST. 874. Q. V. EST. 875. Q. V. EST. 876. Q. V. EST. 877. Q. V. EST. 878. Q. V. EST. 879. Q. V. EST. 880. Q. V. EST. 881. Q. V. EST. 882. Q. V. EST. 883. Q. V. EST. 884. Q. V. EST. 885. Q. V. EST. 886. Q. V. EST. 887. Q. V. EST. 888. Q. V. EST. 889. Q. V. EST. 890. Q. V. EST. 891. Q. V. EST. 892. Q. V. EST. 893. Q. V. EST. 894. Q. V. EST. 895. Q. V. EST. 896. Q. V. EST. 897. Q. V. EST. 898. Q. V. EST. 899. Q. V. EST. 900. Q. V. EST. 901. Q. V. EST. 902. Q. V. EST. 903. Q. V. EST. 904. Q. V. EST. 905. Q. V. EST. 906. Q. V. EST. 907. Q. V. EST. 908. Q. V. EST. 909. Q. V. EST. 910. Q. V. EST. 911. Q. V. EST. 912. Q. V. EST. 913. Q. V. EST. 914. Q. V. EST. 915. Q. V. EST. 916. Q. V. EST. 917. Q. V. EST. 918. Q. V. EST. 919. Q. V. EST. 920. Q. V. EST. 921. Q. V. EST. 922. Q. V. EST. 923. Q. V. EST. 924. Q. V. EST. 925. Q. V. EST. 926. Q. V. EST. 927. Q. V. EST. 928. Q. V. EST. 929. Q. V. EST. 930. Q. V. EST. 931. Q. V. EST. 932. Q. V. EST. 933. Q. V. EST. 934. Q. V. EST. 935. Q. V. EST. 936. Q. V. EST. 937. Q. V. EST. 938. Q. V. EST. 939. Q. V. EST. 940. Q. V. EST. 941. Q. V. EST. 942. Q. V. EST. 943. Q. V. EST. 944. Q. V. EST. 945. Q. V. EST. 946. Q. V. EST. 947. Q. V. EST. 948. Q. V. EST. 949. Q. V. EST. 950. Q. V. EST. 951. Q. V. EST. 952. Q. V. EST. 953. Q. V. EST. 954. Q. V. EST. 955. Q. V. EST. 956. Q. V. EST. 957. Q. V. EST. 958. Q. V. EST. 959. Q. V. EST. 960. Q. V. EST. 961. Q. V. EST. 962. Q. V. EST. 963. Q. V. EST. 964. Q. V. EST. 965. Q. V. EST. 966. Q. V. EST. 967. Q. V. EST. 968. Q. V. EST. 969. Q. V. EST. 970. Q. V. EST. 971. Q. V. EST. 972. Q. V. EST. 973. Q. V. EST. 974. Q. V. EST. 975. Q. V. EST. 976. Q. V. EST. 977. Q. V. EST. 978. Q. V. EST. 979. Q. V. EST. 980. Q. V. EST. 981. Q. V. EST. 982. Q. V. EST. 983. Q. V. EST. 984. Q. V. EST. 985. Q. V. EST. 986. Q. V. EST. 987. Q. V. EST. 988. Q. V. EST. 989. Q. V. EST. 990. Q. V. EST. 991. Q. V. EST. 992. Q. V. EST. 993. Q. V. EST. 994. Q. V. EST. 995. Q. V. EST. 996. Q. V. EST. 997. Q. V. EST. 998. Q. V. EST. 999. Q. V. EST. 1000. Q. V. EST. 1001. Q. V. EST. 1002. Q. V. EST. 1003. Q. V. EST. 1004. Q. V. EST. 1005. Q. V. EST. 1006. Q. V. EST. 1007. Q. V. EST. 1008. Q. V. EST. 1009. Q. V. EST. 1010. Q. V. EST. 1011. Q. V. EST. 1012.

Eadem. l. i.

QVÆSTIO. LV.

**Q**Varo circa eadem l. i. tit. 6. lib. 4. Noua Collect. Reg. de termino dilationis vltimarum loquentis ibi, *Y que no se pueda dar ni de otro modo termino, ni dilacion por quarto plazo, ni por quinta dilacion, ni con restitucion, ni en otra manera.* Quid si iusta causa subit ob quam probatio fieri non poterit intra dictu terminum sex mensium, vt puta guerrarum vel iustum timorem inimicorum superuenientem, & sic propter notoriu impedimentum an debeat dari alia competes dilatio ad probationem faciendam, consulto de dicto iusto impedimento? Et videtur quod non attendita litera huius, l. pramaxime si pars petes dicta dilationem fuit negliges in prima sibi concessa, nec protestata est impedimentum:

2. Quia impediens actu facere in termino ita ut non excusatur, nisi protestetur de impedimento, vt dicit gl. in c. cupientes. §. quod si per viginti. verb. Propositi. & ibi dicitur Andr. & Dominic. de elect. lib. 6. gl. in c. i. verb. Mandatum, & in c. plerumq. gl. si de rescript. glo. in c. i. §. si quis vero. de pact. iuramento firmand. Lucas de Pena. in l. qui grauatos. C. de centib. libr. II. de quo per Matth. de Afflict. decif. Neap. 50. n. 3. & sequent. alias enim si præd. pars sit impedita faceret quicquid posset in dict. i. termino, ne terminus laboretur absq; probatione, & protestaretur de impedimento, vt dicit text. & glo. in l. fi. C. de tempor. appell. sibi non noceret, imo ei cõpeteret restitutio iuxta doctrinam Bald. in l. fin. C. ad l. Iul. de adult.

Sed his non obstantibus tenendum est contrariu, imo qd in casu nostræ quæstionis, vel ob aliam iustam causam puta qd in termino dilationis concessa minime se obtulit transitus ad illas partes vltimarum, vel si se obtulit non contigit reditus, hoc est, *No vino la armada.* sit concedenda alia competens dilatio cõstito de præd. impedimento, prout iam vidi in praxi obtetum fuisse in supradictis.

ctis. 2. & 3. exep. 15. & in primo idem decreuit sacrum concilium Neapol. vt affirmat Matth. de Afflict. decif. 50. vbi iustificat fundamentis prioris partis, & ita est tenendum plurimum tamen conducet protestari impedimentum in prædictis casibus, & præterea petere secundam dilationem durate primo termino, vt sit potius prorogatio prioris quam noua concessio, quauis his cessantibus si recte constiterit de iusto impedimento absq; culpa partis, nec ex eo sus aduersarij esset factu deterius adhuc id conferem, ne facultas probationu coarctetur argu. l. quoniam cum fratri. C. de hæret. nec obli. tan. verbo no. C. l. supra relata, quæ debet intelligi præterquam si iustu & veru impedimentum superueniat, & sic ex iusta causa cõcedi poterit, non autem semper & statim cõcedenda est prædict. dilatio secunda ob qualibet causam, quadoquidem minoretas adhibere sufficit, vt cõstat in eadem lib. *Ni con restitucion, sed ob impedimentum vrgentissimum, verum & notorium, vt in exep. supra assignatis.*

Finis. 55. Quæstionis.

SVMMARIVM.

**P**ars habens testes vltimarios, si omisit petere terminum vltimarum simul cum termino ordinario, sed eum petit, pendente iam termino probatorio addens se esse contentam, vt incipiat currere simul cum ordinario an debeat obtinere: resoluitur affirmatiue.

2. *L. i. C. de dilat. canonizata est in c. inducia. ver si. spatium. 3. quæst. 3. vbi terminus nouem mensium datur ad producenda instrumenta, & probationem faciendam per testes existentes vltimarie, & tamen non arctatur pars ad eum terminum petitum cum termino ordinario.*

3. *Terminus vltimarius concedi debet non solum quando petitur ad probationem faciendam*

*ciendam per testes, sed etiam ad producenda instrumenta illic existentia.*

L. 3. tit. 6. lib. 4. Noua

Collect. Regia.

QVÆSTIO. LVI.



**Q**Varo circa l. 3. eiusdem titu. 6. lib. 4. Noua. Collect. Reg. ibi, *Y mandamos que qualquiera de las partes que quisieren pedir termino vltimario, para hazer prouaca, lo pida juntamente con el termino ordinario, & c.* Quid si pars habes testes vltimarios omisit petere dict. terminu vltimarinu simul cum termino ordinario. Sed illum petit pendente iam termino probatorio ordinario, & sic: *Recebida ya la causa a prouena.* Ad ditamen se esse contentum, vt terminus vltimarius, quem petit incipiat currere atq; cõputetur à tempore, quo fuit concessus ordinarius, & sic quod simul ambo currant an obtinere debeat in hoc necne?

Et videtur sibi esse denegandum ex litera nostræ. l. supra relata, iuncto fine, eiusd. l. ibi, *Y que no auiendo pedido el dicho termino vltimario segun dicho es, no le pueda despues ser concedido.* Lex igitur, quæ hoc beneficium introduxit atq; concesserat potuit præfigere atq; limitare tempus in quo peti deberet, ita vt si post idem tempus petatur minime concedatur, vt ipsa sanxit. Sed nihilominus in casu nostræ quæstionis in praxi obtinui iuste contrariu, quonia in eo cessat causa & ratio finalis huius. l. vt ex ipsa met constat primo in præfatione, ibi, *Y porque en el pedir y conceder de los terminos vltimarios suele auer mucha dilacion, y no basta lo proueydo por las leyes para obviar la malicia. Y porque esto cesse y toda dilacion, mandamos, & c.* Nam in nostro casu cessat dilatio & malitia cum etsi petatur terminus post tempus à. l. nostræ requisiti

tum, declarandum sit illum incipere currere & computari simul cum ordinario. Secundo probatur ex eadem. l. ibi, *Para que si le deniere conceder, goze y corra el termino juntamente con el termino ordinario luego.* Nam hoc idem consequitur in nostro casu cum prædict. præmissa facta à parte terminu vltimarinum petete, & ita iuxta veritatem iudicatur non curando de apicibus iuris, vt qui ceciderit à syllaba cadat à causa, & ita est tenendum.

2. Quod præmaxime verum est in curia ecclesiastica, in qua per ruse canonici iudicandum est, quo canonizata est l. i. C. de dilat. per text. in c. inducia. ver sic. Spatium. h. q. 3. vbi terminus nouem mensium datur ad producenda instrumenta & probationem faciendam per testes existentes vltra mare, & tñ non arctatur pars ad eum terminu petedu cū termino ordinario si datur arctatur nostræ. l. Regia.

3. Ex quo text. saltē in foro ecclesiastico diluitur dubiu quod etiã erat, an terminus vltimarius cõcedatur, non solum quando petitur ad probationem faciendam per testes, quo casu loquitur nostræ. l. 3. Regia & præcedentes huius tit. sed etiã ad producenda instrumenta, illic existentia, nã in. d. ver si. Spatium probatur vtroq; casu, & in quolibet ipso foru concedi prædict. dilationem vltimarinam, vt constat ex text. ibi vel instrumenta, vel persona poscuntur, id quod ratione fulcitur, nã ratio fundamentalis quare terminus vltimarius concedi debeat ad probationem faciendam, eadem esse videtur, ne ob defectu termini probatorio partis iustitia pereat, argu. l. quonia, C. de hæret. & Mandi. hæc autem eadem militat in instrumentis producedis illic existentibus quoties ipsa instrumenta præcisafunt ad fundam vel probandam partis intentionem cum eandem vim habeant in exercendis litibus testes & instrumenta, vt in. l. in exercendis. C. de fide instrument. nostræ igitur. l. Regia de termino vltimario ad probationem faciendam per testes loquentes non videntur eum denegare ad probationem faciendam per instrumenta solum, imo in hoc etiã casu procedere



videntur eum in eo militat eadem ratio. Nec obstat notata per decis. Rotæ. 6. de probatio. in nouis. & 17. de testib. in nouis. quoniam habemus tex. expressum in dict. vers. spatium. contrarium probantem quem Rota non allegauit, & ita iuxta hanc partem videri iudicatum, nempe concedi terminum vltra marin. ad producendum solum instrumenta in illis partibus existentia seruata tamen forma. l. supra hoc tit. vbi autem negantur signa velligilla producti instrumenti vel notarij, pro illis probandis vltra mare, si nullo modo possunt hunc probari, vel pro quibusdam articulis probandis, per testes, & alijs per instrumenta, clarum est concedi debere præd. terminum vltra marinum, vt constat ex præd. Rotæ decisionibus.

## ¶ Finis. 36. Quæstionis.

## S V M M A R I V M.

**T**estis manet atq; diminute & non perfecte examinatus, adeo, vt ipsius testimonium inutile sit, an iterum possit post publicatas attestaciones examinari. Distinguitur.

## L. 5. titu. 6. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

## Q V Æ S T I O LVII.

**Q**uæro circa. l. 5. tit. 6. lib. 4. nouæ Collect. Regiæ. ibi, *Y que despues de publicados no pueden ser tomados ni traydos otros en prima instancia, &c.* Omisiss pluribus limitationibus quæ ad hanc regulam traduntur per doct. diuersis in locis, præcipue, in cap. fraternitatis, vbi Felin. de testib. Socin. in Regu. 403. & Marant. de ordine iudic. 6. parte princip. 7. memb. n. 19. fol. 406. & Repor. Felini in vers. publicatio sola testiu, Matth. de Afflic. decis. Neapol. 33. Hipolyt. in. l. 1. §. si quis vltro. num. 20. & se-

quentib. ff. de quæst. Rolad. à Valle, consil. 52. lib. 4. & Bolium in sua pract. crimi. tit. de public. processus & test. fol. 426. & sequent. & nouissime, per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 34. per totam. An quando testis diminute, & non perfecte examinatus est, adeo vt ipsius testimonium inutile sit possit iterum post publicatas attestaciones examinari? & videtur quod nõ: quia adhuc hoc casu militare videtur suspicio subornationis ob quam tollendam iure communi & Regio prohibetur productio examinatioq; testiu post didicita testificata, item si culpa partis id contingat sibi imputet, si vero culpa iudicis, petat pars ab eo damnum, siue id, quod interest, in syndicatu. Nihilominus tamẽ tenendum est contrarium, si culpa iudicis testis malè examinatus est, vel si obscure deponat: quia poterit idem iudex tum ex officio, tum etiam parte petente, iterum eundem teste obscure deponentem examinare post publicationem, qui licet ad id minime teneatur poterit tamen illud facere, absq; eo quod ab altera parte in syndicatu argui possit, imo reclus & Christianus iudex, hoc semper faciat ne sua culpa & negligentia pars indebite damnum patiatur, & ita hoc casu in praxi obtinui. Si verò culpa ipsius partis testis diminute, & imperfectè deponat: vt quia deficit aliquid in interrogatorijs, tunc iudex ad instantiam partis post publicationem testiu minime poterit eundem examinare, nisi contrariam partem grauando, vt colligitur ex glo. r. circa fi. in cap. per tuas. de testib. & ibi Abb. & Imol. columnis secundis. & optime Alexand. cum Paul. de Castr. quem refert consil. 238. num. 4. volum. 6. Marant. vbi supra, num. 19. Ludouic. Mexia. in. l. Regia Tollet. De losterminos. 1. part. fundamento. 12. fol. 31. col. 3. Menoc. de arbitr. iud. lib. 1. q. 34. num. 15. Roland. à Valle, vbi supra, num. 18. Nelus de sancto Gemin. in Tract. de testib. nu. 125. volum. 5. Tractatum diuers. doct. fol. 203. & Tindar. in eodem Tract. & volu. lib. 1. c. 4. nu. 6. & 7. fol. 224. dicens quod in dubio præsumitur negligentia, vel malitia iudicis in hoc: quod fieri potest secundum ipsum, etiam quando testis non fuit interrogatus

gatus de causa scientiæ: nam potest ad instantiam partis interrogari de ea etiam post publicationem, secus tamen esset si testis interrogatus de causa scientiæ apertè non respondisset, quia sufficit quod de causa scientiæ fuerit interrogatus, quod & tenuit Boffius, vbi supra, num. 26.

## ¶ Finis. 57. Quæstionis.

## S V M M A R I V M.

**P**ublicatione testium facta coram arbitris expiratoque compromisso, et causa introducta coram iudice ordinario, an possit vna ex partibus alia inuita examinare novos testes, habereque terminum ad faciendas probationes? Resoluitur affirmatiue.

## Eadem. l. 5.

## Q V Æ S T I O LVIII.

**Q**uæro secundo, circa eandem. An facta publicatione testium coram arbitris expiratoque, compromisso & causa introducta coram iudice ordinario, possit altera ex partibus alia inuita examinare novos testes, & habere terminum ad faciendas probationes? Quæ quæstio decidi posse videtur ex distinctione. l. fin. C. de testib. Nepe vt si pars aduersa nolit stare examinationi testium factæ coram arbitro, & testes viuât, possint coram iudice ordinario reproduci, si vero velint eis stare non possint reproduci: si vero testes sint mortui par teneatur eis stare, vt in dict. l. fi. Nihilominus tamen hanc quæstionem optime examinatur pro & contra, & tandem refert fuisse votatum quod pars non posset producere testes super veteribus articulis, sed super nouis si voluerit, dummodo articuli non sint de directo contrarij articulis veteribus. Sed hoc ideo procedere videtur, quia pars contraria voluit stare testibus examinatis coram arbitro quandoquidem expirato compromisso

asseruit in sacro consilio Neapolit. publicationem esse factam coram arbitris, & quod volebat causam prosequi, & consilium decreuit causam committi, & quod commissarius faciat iustitiam, vt constat ex Capicio, vbi supra. n. 5. quauis numeris sequentibus hoc diluere nitatur. Nihilominus supra dictis cessantibus cū acta ordinaria coram arbitro facta expirato compromisso sint nulla, & non valeant coram iudice ordinario, vt in. l. 1. C. de arbit. vt tenet doct. in. c. præsentata, de testibus. Vnde est quod cū sit noua instatia debent omnia acta litis ordinaria, reiterari vt in. l. 2. & in. l. cū apud. ff. de iudic. foli. & in. l. pen. C. de arbit. & ibi Bart. & sic debeat coram iudice de nouo libellus produci, lis contestari, iurari de calumnia, &c. Consequens atq; tenendum est, vt si lis de nouo incipiatur coram iudice ordinario, & pars aduersa expressè non stet atq; consentiat examinationi testium factæ coram arbitris, poterunt coram iudice ordinario produci alij testes, & iterum examinari priores non obstante publicatione testium facta coram arbitris, quia præcedens iudiciu coram eis habitum est nullum: quia expirauit compromissum, vnde alij testes produci poterunt secund. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. q. 34. nu. 13. quod si pars aduersa expresse velit stare priori examinationi tunc de iure procedit optime, quod decreuit senatus Neapolit. vt altera pars non possit producere testes super veteribus articulis, sed super nouis tantum si voluerit, dummodo non sint de directo contrarij veteribus.

## ¶ Finis. 58. Quæstionis.

## S V M M A R I V M.

**P**ars iurare debens de calumnia, an possit petere tempus ad deliberandum quando est dubius, vel incertus de facto super quo interrogatur? Respondetur cum distinctione.

**R**ustico simplici idiota non autem sagaci, qui nesciat statim respondere datus est



terminus quo instruat, aduocatus autem eius vel procurator an debeat esse præsens tempore examinationis.

3 Factum quando est antiquum, vel intricatum dandus est terminus parti ad deliberandum cum non est bene instructa.

L.2.titu.7.lib.4.Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. LIX.

1 Væro circa l.2.tit.7.lib.4.Nouæ Collect. Reg. an pars iurare debet de calumnia possit petere tempus ad deliberandum quado est dubius vel incertus de facto, super quo interrogatur? Et glo. 1. in cap. cum causam, de iuram. calum. arguens ad partes videtur concludere, quod tam in iuramento de veritate dicenda quam calumniæ debet habere tempus ad deliberandum si dicit se dubitare. Idem tenuit glo. in l.2. §. q. obseruari verb. Existimat. in vers. Item quid si. C. de iur. iur. propter calumn. dand. similis in. §. quod si actor. verb. Rei qualitas. eiusdem. l. quam opinionem sequitur Bart. in l. ius iuradum. & ad pecunias. in princ. nu. 4. ff. de iur. iur. & ibi Alber. dicit q. vidit hanc opinionem in iudicijis praticari. & las. ibid. n. 1. eandem sententiam sequitur, & de iure comuni idem tenet Greg. Lop. in l. 11. tit. 11. Part. 3. in glo. Deue tomar, vbi aduertit hodie esse approbatam ibi sed correctam per l. 12. de Madrid, quæ est l. 2. in princip. tit. 7. lib. 4. Nouæ. Collect. Reg. ibi, Sin dar traslado ni termino para deliberar, y sin consejo de letrado: est tamen altera. l. huic contraria nempe. l. 1. titu. 4. lib. 3. Ordin. vet. ibi, Y el juez mande dar copia a las partes y assignar otros ochodias è termino peremptorio a responder con juramento singular y particularmente: a cada vn articulo so cada vna poscion contenido. Ecce igitur duas. II. regias contrarias quæro

de earum intellectu & concordia? Et in hoc doct. Didac. Perez in. d. l. 1. col. 925. colligit concordiam inter has duas. II. Regias contrarias ex longa disputatione Abb. in dict. c. cum causam. nu. 6. quam ipse in summam reducã, scilicet, vt nostra. l. 2. procedat quando pars potest esse instructa, tunc enim tempus ad deliberandum minime dandum est, sed statim eadem hora debet declarare pars positionibus, altera verò. l. Ordinenti veteris, non esse positam in Noua Compilatione legum Imius Regni, sed tantum dict. l. 2. de Madrid, quæ est nostra. l. 2. & ideo ipsa tantum est seruanda cum præd. interpretationibus & limitationibus supra relatis, quas bene recipit nostra. l. cum sint in sta. & aqua. Vltimo circa hac questionem an & quando possit positioni responderi sub conditione videndus est omnino Boerius decil. 243. nu. 12. & 13. & Menoch. de Arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 3. casu. 25. per totum.

2 cum copia temporis respondendum. Quid enim si sit rusticus, simplex idiota, nõ autem sagax qui nesciat statim respondere? Et huic dandum esse terminum, quo instruat iudex estimabit, vel eius examini posse inter se ipsius aduocatum, vel procuratorem, ne propter suã simplicitatẽ in sita de positione decipiatur, vt placuit Hostiens. in. c. dilecti. de iudic. sequitur Marant. in repet. l. si actor. n. 68. ff. de procurat. dicit communem alios allegans Dida. Perez, vbi supra dict. colum. 925. quod & tenuit post Abb. & Marfil. quos refert Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. & Centur. 2. casu. 193. nu. 4. dicens posse procuratorem pro homine simplici respondere positionibus: Hoc tamẽ dictum Hosti. & sequacium, quod aduocatus vel procurator præsens esse possit examinationi rusticis simplicis, quando examinatur tanquã pars principalis nũquã vidi in praxi obseruari, sed imò contrarium, vt semper iuret atq; declarat ipsa pars sola sine præsentia aduocati vel procuratoris quantumuis rusticus simplex sit, non tamẽ memini fuisse petatum, vt aduocatus vel procurator. esset præsens ratione simplicitatis.

3 Sed pone factũ de quo pars interrogatur esse antiquum vel intricatum? certe hoc casu etiam statim nostra. l. Regia existimarem dandum esse tempus ad deliberandum, cum pars non est bene instructa, vt recte quauis sub dubio conclusit Gregor. Lop. in dict. l. 11. in glo. Deue tomar: dicens forte limitandam esse nostram. l. hoc casu ex doctrina Bald. in l. magnã. C. de contrahen. & comitt. stipul. quo

quo procedet dict. l. Partita concedens terminum ad deliberandum antequam iuret & etiam procedit eadem l. secundum ipsum quando sumus in iuramento voluntario iudiciali, vel necessario, de quo etiam loquitur dict. partita, vt tali casu etiam in facto non antiquo, vel non ita intricato, possit pars petere terminum ad deliberandum.

Secundo, Responderi potest dict. l. Ordinenti veteris, non esse positam in Noua Compilatione legum Imius Regni, sed tantum dict. l. 2. de Madrid, quæ est nostra. l. 2. & ideo ipsa tantum est seruanda cum præd. interpretationibus & limitationibus supra relatis, quas bene recipit nostra. l. cum sint in sta. & aqua.

Vltimo circa hac questionem an & quando possit positioni responderi sub conditione videndus est omnino Boerius decil. 243. nu. 12. & 13. & Menoch. de Arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 3. casu. 25. per totum.

¶ Finis. 59. Quæstionis.

SIV M M A R L V M

1 Quid recipit centum mutuo ab alio, illa tamen secreto eidem soluit, sed interrogatur an ea receperit, poterit ne illam positionem prout ponitur negare, resoluitur, non posse.

2 Cautela Cepola, vt reus hoc casu dicat, confiteor te mihi nihil mutuassee, propter quod sim tibi obligatus, attentã l. Regia cessat & non procedit.

3 Sed nec alia procedit, admittens responsionem conditionalem, nempe si mutuassee restitui.

4 Non licet parti nec aduocato licet iustam causam defendant vt mendacio, nec allegationibus vel probationibus falsis, vel periurijs: quauis alias possint, cauillationibus, dilationibus & alijs cautelis honestis ad aduersarij calumniã, &

quo procedet dict. l. Partita concedens terminum ad deliberandum antequam iuret & etiam procedit eadem l. secundum ipsum quando sumus in iuramento voluntario iudiciali, vel necessario, de quo etiam loquitur dict. partita, vt tali casu etiam in facto non antiquo, vel non ita intricato, possit pars petere terminum ad deliberandum.

Secundo, Responderi potest dict. l. Ordinenti veteris, non esse positam in Noua Compilatione legum Imius Regni, sed tantum dict. l. 2. de Madrid, quæ est nostra. l. 2. & ideo ipsa tantum est seruanda cum præd. interpretationibus & limitationibus supra relatis, quas bene recipit nostra. l. cum sint in sta. & aqua.

Vltimo circa hac questionem an & quando possit positioni responderi sub conditione videndus est omnino Boerius decil. 243. nu. 12. & 13. & Menoch. de Arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 3. casu. 25. per totum.

¶ Eadem. l. 2. tit. 7. lib. 4. Nouæ Col. Reg. ibi.

1 Quid recipit centum mutuo ab alio, illa tamen secreto eidem soluit, sed interrogatur an ea receperit, poterit ne illam positionem prout ponitur negare, resoluitur, non posse.

2 Cautela Cepola, vt reus hoc casu dicat, confiteor te mihi nihil mutuassee, propter quod sim tibi obligatus, attentã l. Regia cessat & non procedit.

3 Sed nec alia procedit, admittens responsionem conditionalem, nempe si mutuassee restitui.

4 Non licet parti nec aduocato licet iustam causam defendant vt mendacio, nec allegationibus vel probationibus falsis, vel periurijs: quauis alias possint, cauillationibus, dilationibus & alijs cautelis honestis ad aduersarij calumniã, &

supra dictam positionem negare, tum quia negatio iurata contineret mendacium, & sic committeretur periurium, tum etiam quia respondendum est, *Confessando, o negando simpliciter, &c.* Vt hac. l. Regia cauetur ad excludendas cautelas innumerarum reorum atq; actorum in respondendo positionibus inuentas, & licet aliquando vel saepe interrogetur inique, frequentius tamen supponendum est iuste poni, quare ad ea, quae frequentius accidunt iura sunt adaptata. Sed & pluribus alijs fundamentis nertuose hac partem veritas probauit doct. Didac. Perez, aduersus Couar. in. l. i. tit. 4. lib. 3. Ordin. col. 911. & sequentibus. Quo fit, vt cautela Coepolae qua probauit Marant. de ordin. iud. 6. parte princip. in. 5. actu. num. 28. pag. 4. 4. 8. vt dicat reus confiteor te mihi nihil mutuassee propter quod sim tibi obligatus attenta hac. l. Regia cesset & non procedat, vt recte post alios deduxit doct. Perez. Vbi supra, col. 915. vbi refert aliud consilium Aleiati, in factis, quod nec vtiq; probos neq; vt iudex possit actorem, compellere positionem qualifera eo modo, quo Alciat. existimabat, cum satis sit eam specialem atque claram proponere, reus autem solutionem a se factam probare intendat, sibi que imputet quod secreto soluerit absque testibus, vel Apocha.

3 Nec etia probo hodie stante nostra. l. Regia dictu Baldi relatum, & sequutu a Ias. in laus iurandum. quod ad pecunias. §. ait praetor. vltimo notab. nu. 4. ff. de iur. iur. & in. l. manifesta. n. 7. ff. eod. Coepol. cautela. 132. incip. Si debitor. Curt. Sen. & aliorum, quos refert & sequitur. Sylua nupt. lib. 3. num. 53. & 54. volum. 6. Tract. diuers. doct. fol. 40. col. fi. & Didac. Perez, vbi supra, col. 915. existimatum quod stante statuto quod debeat positionibus. cum iuramento simpliciter respondere, possit ex causa responsio modificari, puta si est mutuū & restitutio eius fuerit facta secreto, possim positioni respondere si mutua si restitui, quonia lex nostra plus addit, nempe, *Confessando, o negando*, Quibus verbis sublata manifeste videtur praed. forma respondendi conditionaliter, alias enim

non responderetur *Confessando, o negando simpliciter*, Sed conditionaliter sicq; semper in respondendo positionibus cum iuramento fraudibus aliquis vteretur, vel vti posset. Respondere igitur debet simpliciter liquido & clare absque aliqua duplicitate, ne alias habeatur pro confesso respondens, vt in terminis similis statuti egregie probat Boerius decif. 243. n. 12. & 13. dices esse communem opinionem, sequitur Alciat. in. l. 1. §. si quis simpliciter. n. 29. ff. de verb. oblig. Didac. Perez, vbi supra, dict. col. 915. quistante dict. l. de Madrid. hanc nostram sententiam probauit quauis aliud velit postea col. 926. in glo. *Nego, o confesso*, Quare merito Menoch. de Arbit. iudic. lib. 2. Centur. 1. casu. 93. n. 26. etiam hac. l. non vtili, rem hanc (hoc est) opinionem supradict. Bald. Ias. & reliquorum dubitationem habere ex traditionibus doctorum in dict. §. si quis simpliciter, & Boerij, vbi supra.

Nec obstat ratio a Couar. adducta supra, pro sua principali opinione, quia respondeo quod licet reus hoc casu inique ad iudicium trahatur ab actore, & inique etia eidem ponatur siue interrogetur, non tamen propter iniquitatem actoris inique est respondendum cum iuramento. Sed veritas declaranda, non enim licet parti nec aduocato, licet iustam causam defendant vt mendacio, nec allegationibus, vel probationibus falsis, vel periurijs, quauis alias possint cauillationibus, dilationibus, & alijs cautelis honestis ad aduersarij calumniam, & taceñas excludendas, vt deduxerat idem Couar. vbi supra, nu. 1. vbi. num. 2. ex plurimorum sententia probauit quod licet inique interrogatus iuris ordine non seruato, vel a iudice non suo, qui ius interrogandi non habet, non teneatur respondere, & si coactus responderit iuste & sine vitio valeat ipsum iudicem verbis ex communi significatione ambiguus fallere, mentiri tamen nullo pacto debet alioqui peccato subditur, idem igitur in proposito dicendum est quod cum hic reus in indiuiduo interrogetur licet inique ex parte actoris an receperit mutuū ab actore centum

centum, non potest verbis aliquibus ambiguus hoc casu maxime attenda. l. Regia vtil sed clare fateri tenetur iuxta veritatem, in hoc enim factum duo capita separata habet primum continens mutui dationem, quod nullo pacto absque mendacio negari potest alterum, solutionem, quia differt ab ipso actu mutui. Si vero positio vel petitio actoris contineret reum accepisse centū mutuo ab actore & illa adhuc ei deberi, tunc iuste absque mendacio posset reus eam negare prout proposita est, quia non est verum actori deberi cum soluta eadem sim licet secreto, quod verius existimauit ipse Couar. vbi supra, nu. 3. in. 1. & 2. speciebus.

Finis. 60. Questionis.

SYMMARIUM.

- 1 Interrogatus simpliciter debeat, ne actori mille ex causa mutui vel alia, & vere quinquaginta debeat vel alia, minorem tamen petita quantitatem, an possit totam positionem negare, & teneatur partem debitam fateri, referuntur opiniones diuersae.
- 2 Concordia inter supradictas opiniones assignatur.
- 3 Intellectus huius l. Regia. 2. tit. 7. lib. 4. Nouae Collect. Reg.
- 4 Eiusdem. l. in vltima parte intellectus.

Eadem. l. 2.

QUESTIO. LXI.

1 **Q**uero Tertio circa eadem. l. 2. An interrogatus simpliciter debeat, ne actori mille ex causa mutui vel alia, & vere quinquaginta debeat, vel aliam minorem tamen petita quantitatem, possit totam positionem negare, vel teneatur partem debitam fateri? Idem erit si super fundo interrogatio fiat cuius pars sit

actoris, pars vero rei, in quo Barrin. l. 1. §. si stipulati. n. 1. ff. de verb. oblig. tenet non posse totam positionem negare, sed debere interrogatum fateri positionem ea parte, quae verum continetur, nam in iudicio interrogatio de toto, intelligitur de qualibet eius parte, vt in. l. si quis cu totum. ff. de except. rei iudic. bonus tex. in. l. qui ferunt. §. vltimo. ff. de interrogat. actio. sic igitur respondens debet non tantu de toto, sed & de qualibet eius parte respondere, vt in. l. si defensor. §. 1. ff. de interrog. act. ad idem est etiam bonus tex. in. l. qui solidum. ff. de legat. 2. vbi qui totum aut solidum petit etiam in parte constituit debitor in mora. Ex quibus fundamentis hac Barro. sententia magis communiter per doct. approbatur, vt refert. doct. Couar. lib. 1. Variarum resolut. c. 2. n. 5. qui etiam probat, & Didac. Perez, in. l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. col. 915. & sequentibus, vbi plures eam sequentes allegant, eandem etiam sequitur & dicit magis communem Ignatius Salzedo, in. adnotat. ad regulam Bernard. Diaz. 564. & Anton. Gabriel lib. 2. communium opinionum. conclus. 4. de expensis. pag. 147. colum. 1. in magnis.

Speculator autem tit. de positio. §. Quinto, vbi secundo vero contrarium sententiam tenet, posse nempe conueniunt in iudicio totam summam petita negare, etiam si partem eius debeat, cuius sententia etiam communis est, eamque plures autores probant atq; sequitur, vt constat ex supradict. & eam in praxi feruari refert Abb. in. d. An. 1. §. de plus pet. licet ipse opinionem sequatur, quae opinio pluribus comprobatur fundamentis a supra relatis autoribus citatis.

2 Ego vero controuersiam hanc ita componendam esse verissime censeo: nempe conueniunt in iudicio super toto teneri partem, quam liquide debet fateri cum hoc pertineat ad faciliore atque aequissimam causae expeditionem, & praeterea hoc probetur in iuris supra adductis, pro. 1. parte peccabit igitur mortaliter debitor partem conuentus si per toto in iudicio, bona fide non agnosces eius, quod vere debeat releuando actorem a probatione eiusdem partis atque expensis, & ita procedit opinio magis communis & verior



& verior Bart. huiusmodi autem reus totū simpliciter negans in casu proposito non erit periurus nec mendax, cum verum sit ipsum centum vel mille de quibus interrogatur non debere, & ita procedat opin. 2. communis Speculat. nisi se nihil debere respondeat vel si explicite non tantum de toto, sed & de minori summa interrogatus totū negauerit: quare optima cautela erit pro actore, vt posita certa summa, subdat illam clausulam, si non confessus fuerit totam summam declarat quantum debeat, vt tradit doct. in dict. §. si stipulanti & resoluunt Hispani supra allegati.

3 Ex quibus declaratur nostra. l. Regia, ibi, *Confessando o negando simplemēte, vt hoc intelligatur procedere non tantum super tota positione, sed etiam super qualibet eius parte, ita vt teneatur partē agnoscere & partem negare quando veritas ita se habet, vel sub poena peccati mortalis tantū, vel etiam periurij iuxta resolutionē & distinctionem superius traditam. quod eadem hac. l. probatur, ibi, *Es la posició tuuere dos, o tres, o mas partes, &c.**

4 Ex quibus infero ad intellectum vltimæ partis nostræ. l. dum in ea deciditur, *Mandatos que se despues el respōdiente fuere conuencido claramente de perjurio por los autos del processo, de manera q̄ parezca, que a sabiendas se perjuro en la respuesta que dio: allende de las otras penas, si fuere el autor pierda la causa: Y si fuere el reb, sea auido por confesso.* Vt intelligatur non solum si in toto negando reperiatur periurus, sed etiam si in parte, puta si negauit debere centum & probatur debitor in quinque, vt in terminis nostræ. l. tenuit Auend. lib. 2. c. 27. prætorum. nu. 17. hoc tamen debet intelligi procedere iuxta proximè dicta, nempe quando totum negans est periurus, vt puta si nihil se debere respondeat cum iuramento, vel in interrogatus explicite non solum de toto, sed etiam de minori summa vel parte, totum negauerit: secus verò si simpliciter interroga-

tus totum negauerit: quia hoc vltimo casu licet male atque perperam fecerit peccetq; mortaliter, non tamen est periurus iuxta magis cōmunem & veriorē sententiam Bart. & cæterorum supra deductā, quia quid alij relati per Anto. Gabriel. vbi supra, nu. 3. teneant, vbi. nu. 10. & sequentibus latè agit an hoc casu habeat locum cōdemnatio expensarum.

¶ Finis. 61. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **M**andatum speciale ad declarandum de calumnia, an debeat etiam esse speciale respectu talis causæ que vertitur inter dominū & Titium, ad hoc vt eum liget: an vero sufficiat quod mandatum sit generale ad omnes causas cum speciali facultate iurandi in eis de calumnia? quod hoc sufficiat.
- 2 **R**esponsionum fuit inuentus in iudicijs ad eruendam veritatem.
- 3 **P**ars quæ senserit se grauata ex dicto mandato generali potest petere, vt aduersarius compareat personaliter, tãquam verior & legalior meliusq; de causa instructus, vt examinetur.
- 4 **Q**uod si tunc aduersarius sit absens, vel nō possit in iudicium venire, procurator debet mittere ad eū in loco, vbi est ad eum examinandum, vt principalem.
- 5 **P**rocurator tenetur constitutere procuratorem causæ notitiam habentem, aliàs est imputandum domino, vt hic.
- 6 **P**raxis mandati conficiendi ad iurandum de calumnia ab Vniuersitate vel Capitulo.

Eadem.

### Eadem. l. 2.

#### QVÆSTIO. LXII.

**Q**uæro quarto circa eandē. l. 2. ibi, *Y si est uirere absente, su procurador con poder especial, que est uirere bien instr. ucto e informado, & responde a lo juramēto acada vna de las posiciones, &c.* An in casu huius, l. requiratur q̄ hoc mandatum speciale concessum procuratori ad iurandum & declarandum de calumnia in animam suæ partis, debeat esse etiam speciale respectu talis causæ, que vertitur inter dominum & Titium ad hoc, vt cum liget, an verò sufficiat quod mandatum sit generale ad omnes causas cum speciali facultate iurandi ac declarandi de calumnia in eis? Et videtur requiri speciale mandatum non solum ad iurandum & declarandum de calumnia, sed etiam respectu causæ, ita quod non sufficiat procuratore generaliter constituto licet habeat speciale mandatum ad iurandum & declarandum de calumnia per. l. nostram in verbis supra relatis, ibi, *Con poder especial q̄ est uirere bien instr. ucto, e informado.* Nam quomodo potest esse, *Bien instr. ucto e informado*, in quilibet causa si sit generaliter constitutus quauis habeat speciale mandatum ad iurandum & declarandum in eis de calumnia? & procurator sic deputatus iurando male non obligaret dominum ad periurium, quia in generali mandato non venit delictum, vt in l. si procurator. ff. de condict. in deb. & in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iur. & ibi doct. debet ergo procurator habere speciale mandatum ad iurandum & declarandum de calumnia in tali causa.

Secundo eadem sententiā probatur expresse per. l. 23. vers. *E deuen fazer*, iuncta. l. 24. tit. 11. part. 3. nã dict. l. 23. in dict. vers. inquit, *E deuen fazer esta jura las principales personas del pleyto, assi como el de mandador e el demandado, e non los personeros de*

*ellos*, Et dict. l. 24. dicit hoc esse limitandum quando concilium Ciuitatis vel Villæ Episcopus vel Capitulum Abb. vel Prior, aliquid Monasterij & similis, *Emblassen sus personeros para demandar, o responder en algũ pleyto a quẽ otorgassen señaladamente poder de hazer esta jura*, Nota illud loquendum in causa & lite speciali, vt sonant verba illa, *En algũ pleyto*, Nam non dicit, *Emblassen sus pleytos*, Et ita aduertit Grego. Lopez, in dict. l. 23. in glo. *Sus personeros*, Dicens hoc velle illas per locum ab speciali.

Tertio pro eadem sententiā est bonus text. in c. si de iuramento calum. lib. 6. vbi inquit text. nullam tibi iudex iniuriam fecisse censetur, qui procuratorē cui aduersarij constitutum ad causam, habentem super hoc speciale mandatum admisit ad præstandum in ea calumniæ iuramentum. Pondera verbum, constitutum ad causam, nam fuit constitutus specialiter ad quandam causam & insuper habuit speciale mandatum ad iurandum de calumnia: idem sentit text. in cap. penult. eodem tit. in decret. 4. pro hac parte facit text. qui eadem instructione constat in l. 2. §. si autem affuerit. C. de iur. iur. propter calumn. dand. præcipue in illis verbis, *(Per se, vel per instructum procuratorem) per quæ fundamenta in puncto iuris hæc videtur verior opinio, quam tenet Bart. in d. l. 2. §. si autem. nu. 3. & 4. & in l. si quis bonas §. si alieno nomine. ff. de damn. infect. & ibi Addit. super. n. 7. Abb. in c. in pertractandis. col. fin. de iuram. calum. & de c. Capellæ Tolos. 132. & 224.*

Histamē omnibus non obstantibus cōmunis obseruantia, a qua non est recedendum habet quod sufficiat si habeat procurator speciale mandatum iurandi de calumnia, licet causa non exprimat, vt concludit Bart. in dict. §. si alieno. nu. 7. & Siculus in dict. c. in pertractandis. de iuramento calum. quem & alios idem tenetes refert & sequitur Steph. Aufrer. in adnot. ad decif. Capellæ Tolos. 132. & 224. dicens quod sic semper in practica seruatur, de qua obseruantia fit mentio in præfata



præfata decis. 224. pro qua facit Clemetina non potest de procurat. idem etiam restatur Gregor. Lopez ubi supra, dicens credere quod in iudicijs seruetur ut admittatur procurator cum speciali mandato ad iurandum de calumnia in animam domini, & dicit ad hoc facere Pragmaticam de Alcala loquentem de ordine iudiciorum. c. 4.

Qua opinione retenta non obstat nostra. l. Regia in verbis supra relatis: quia licet sit constitutus procurator generaliter ad omnes causas cum speciali mandato iurandi de calumnia, potest esse bene instructus & informatus a domino ad id, imo dominus tenetur eum instruere, ut paulo post dicam, quia quando illi tradit ipsam mandatum manu tabellionis vel notarii publici signatum, vel etiam quando illi loquitur, ut suo nomine aliqua causam incipiat, vel prosequatur, vel antequam iuret de calumnia potest eum instruere de ijs, quæ agere vel iurare debeat, quod sufficit cum illi concesserit speciale mandatum ad iurandum de calumnia: imo posset contingere specialem procuratorem ad certam causam constitutum cum facultate etiam speciali iurandi de calumnia minime esse instructum nec informatum, ad id poterit igitur & generalis cum præd. mandato speciali positiones absolueret: & quanuis generalis procurator non possit facere dominum incidere in perjurium, nisi specialiter ei dictum sit à domino quid debeat iurare, sufficit tamen quod confessio & responsio positionibus facta per talem procuratorem noceat domino prout nocebit per nostram. l. quandoquidem ei dedit mandatū speciale ad iurandum de calumnia, ac per consequens habebitur etiam dominus pro confessio, si procurator ipsius cum speciali mandato ad iurandum de calumnia constitutus non responderit iuxta formam huius. l. ut in ea probatur & utrūq; constat ex late traditis in materia per eundem Aufreerium decision. 391.

Non obstat etiā eadem nostra. l. & d. ll. 23. & 24. partitæ, & dict. ca. fi. de iuramento calumniæ lib. 6. & c. penult. eodē tit. in decret. dū loquuntur in procuratore constituto ad vnam causam, & non ad plures, quia hoc po-

tius facti contingentia videtur, quam necessarium requiritur.

Non obstat etiam si consideremus damnum sequi posse alteri parti ex eo quod procurator aduersæ partis minus instructus licet cum mandato speciali respondeat suis positionibus, imo vero quod posset dominus scilicet procuratorem non instruere, ut minus recte absoluat positiones contrarij, & sic veritas occulta maneat, ad quam eruendā vsus positionum in iudicijs inuetus fuit atque statutus caueri solet, ut simpliciter eisdem respondeatur, ut constat ex Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cautela. 3. casu. 251. in princip. sicut cauetur in nostra. l. non obstat inquam hoc: quoniam tunc pars quæ fenserit se in hoc gratiā potest petere, ut dominus illius procuratoris (hoc est) aduersarij compareat personaliter, ut ipsemet principalis tanquam verior & legalior & melius de causa informatus examinetur, ita tenet glo. verb. iustiofes, sic intelligens text. ibi, in. l. fi. C. de procurat. Abb. ubi supra, Bart. in. l. fi. actor. ff. de procur. & ibi Marant. in Repet. nu. 63. ubi etiam quod si tunc dominus sit absens, vel non posset in iudicium venire procurator debet mittere ad eum in loco ubi est ad illū examinandum, ut principalem, ut in. l. generaliter. §. his, de presentibus. C. de reb. cred. sequitur Abb. in dict. cap. in pertractandis. col. fin. expressa. l. 22. titu. 5. part. 3. Præterea principalis persona tenetur constituere procuratorem causæ notitiam habentem, alijs est imputandum domino, unde si procurator, vel syndicus interrogatus dicat se velle consulere dominum non habebit terminum, nisi iusta subsit causa: quinimo si dicat se nescire ea de quibus interrogatur & pertinent ad principale negocium condemnabitur in expensis, quæ propter hoc fierent, nisi forsitan sit articulus, qui de nouo emerferit, vel de quo non possit domino imputari si procuratorem non instruxerit ut cum Innocen. tenet Abb. ubi supra, nu. 3. ubi limitat remissive. Præterea quando vna ex partibus principalis est Capitulum, Ciuitas, Oppidum, Monasterium, vel alia communitas praxis inoleuit atque id iusta fit, ut ad instantiam

tiam

tiam alterius partis, prædict. communitas compellatur duos, tres, vel quatuor, ex se ipsis instructores, tamen de causa quæ agitur nominare, & eis plenum mandatum concedere ad iurandum pro se de calumnia in eadem, & ut eidem communitati noceat, quod ipsi contraeam declarauerint.

### ¶ Finis. 62. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **C**uius expensis mittendum est ad examinandum absentem, ut cum iuramento absoluat positiones ipsius?
- 2 In regalibus auditorijs hoc fit expensis petentis.
- 3 Expensis petentis mittitur ad examinandum absentem qui ratione, infirmitatis, dignitatis vel alterius privilegij non tenetur personaliter comparere.
- 4 Scholares, vel alius privilegiatus expellens fabrum vel alium sibi perturbantem non tenetur eidem soluere æstimationem domus.

### L. 3. tit. 7. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

### QVÆSTIO. LXIII.

**Q**uæro circa. l. 3. tit. 7. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ, cuius expensis mittendum sit ad examinandum absentem, ut cum iuramento, absoluat positiones? in quo Bald. in. l. generaliter. §. his, de presentibus. C. de reb. cred. & iur. iur. videtur decidere quod expensis petentis, & sic expensis aduersarij, id quod videtur probari in hac nostra. l. dum asserit quod actori vel reo petenti decretū (hoc est Prouision) vel receptorem, ut pars absens iuret & absoluat positiones, sibi detur cum termi-

no competenti: ergo ipse petens hoc facere debet suis expensis.

Sed nihilominus de iure tenendum est contrarium, imo quod expensis absentis id fiat. Quod probatur ex. l. 2. §. defendi. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. ubi inquit text. defendi autem videtur, qui per absentiam suam in nullo, deteriorem causam aduersarij sui facit, non enim deterior fieri debet conditio litigantis propter absentiam aduersarij, sed ipsi absenti debet absentia obesse: ergo ipsius expensis debet mitti pro examinatione & iuramento de calumnia, vel alia ipsius confessione, ut recte existimauit glo. in dict. §. defendi. verb. Deteriorem. & ibi Bart. Albe. Angel. & Bald. in. l. si actor. ff. de procurat. ubi Marant. in repet. num. 64. eandem sententiam probauit. Idem Barto. in. l. fin. in. 2. lectura. C. de procurat. & ita fuit decisus iste casus in sacro Concilio Neapol. ut refert Matth. de Afflict. decis. 177. & de Constit. Regni Siciliae. Rubr. 81. nu. 7. Idem fuit conclusum in Capell. Tolos. decis. 100. quod refert & sequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. Centuria. 3. casu. 228. num. 3. 10. 11. & 12. ubi id verum esse etiam intelligit, quando is absens esset persona egregia & in dignitate constituta, quæ non posset cogi personaliter esse in iudicio, sed esse iusiurandum domini transmittendum, iuxta. l. ad personas egregias. ff. de iur. iur. quia adhuc illius impensis transmittendum est, ut in dict. decis. Capell. Tolos. 100. reiecta opinione Specul. in titu. de iuram. calum. §. restat. circa fin. quoniam illius dignitas atque nobilitas, non debet alteri detrimento esse de quo inferius.

Nihilominus tamen in Regalibus Auditorijs hoc fit indistinctè expensis petentis, ut testatur Grego. Lop. in. l. 22. in gl. *O si fuere a otra parte.* in fin. titu. 5. part. 3. quod ut prædixi videtur probari in nostra. l. quāuis meo iudicio ea inductio euitari possit, ne probet primam opinionem supra dictam: quia præterquam quod in hac. l. non agitur, nec exprimitur, cuius expensis, id fieri debeat, hic pars petit sibi dari receptoriā (hoc est *Prouision Real, o Receptor para ello*)

I & iubetur

& iubetur dari, non vero petitum fuit vt expensis absentis mitteretur, nihilominus tamen apud suprema tribunalia præd. praxis inoleuit, vt expensis petentis id fiat. in inferioribus autē cessante cōsuetudine, vel stylo in cōtrarium existimo seruādam esse secundā opinionē supra dictā, si pars præfens hoc petat, nempe vt expensis absentis absoluantur pōsitiones & iuret de calumnia per ipsum absentem, præterquam si præfens petat receptoriam, vel literas requisitorias ad producendos atque examinandos suos testes in loco, vbi est altera pars absens, quoniam tūc simul expensis præfentis vtrumque fieri potest & debet: nempe examinatio testium & partis absentis, & ita vidi cōmuniter seruari.

3 Quando autem absens est constitutus in dignitate, vel ratione infirmitatis, vel sexus est alias priuilegiatus ne teneatur personaliter cōparere, certe magis dubium est, an ipsius expensis mittendum sit pro sua examinatione vel confessione, vel id petētis: quia quauis supra ex decisione Capellæ Tolos. 100. & Menoch. dictum sit, quod expensis absentis: contrarium eodem casu cum Speculatore respondetur in decis. 273. eiusdem Capellæ. & vtrōiq; Aufreri. refert autores pro vtraque parte & casum sibi in praxi cōtingentem super remissione incarcerati cuiusdam clerici ab Episcopo Vauren. faciendā ad iudicem appellationis, cuius expensis nuntijs atq; custodibus fieri deberet, de quate ibi per eum: & hanc opinionem Speculat. videtur probare Gregor. Lopez, vbi supra, post Alexand. quem refert & mihi verior de iure videtur, quia alias priuilegiatus in hoc non plene frueretur suo priuilegio si suis expensis id fieri deberet: sicut aliās videmus quod scholaris, vel alius priuilegiatus expellens fabrum, vel alium sibi in studio perturbantem, etiam in propria domo commorantem, iuxta tradita per Bart. & docto. in l. i. in fin. ff. solut. matrimo. Nam nō tenetur, cum sit priuilegiatus in hoc eidem fabrico expulso soluere æstimationem domus, quia ipse fabrico potest domum suam alteri locare strepitum non inferenti, vel eam ven-

dere, & hoc quando domus illa relicta à fabrico, vsui publico non deputaretur, & ita practicaui: aliās enim si vsui publico deputaretur: puta scholarum vel simili, de publico esset ei soluēda æstimatione domus, vt in histerminis resoluit Rebuff. in Tract. de priuileg. scholar. priuileg. 3. num. 7. volum. 11. Tract. diuerfor. doct. fol. 93.

## ¶ Finis. 63 Quæstionis.

## S Y M M A R I V M.

- 1 **R**epulsa testium, an in causa appellationis possit opponi & probari, qui in prima instantia fuerunt examinati? quod non.
- 2 Praxis Granatens. tribunal. proponendi crimina aduersus testes, in prima instantia receptos, post appellationem vel supplicationem in libello, quem grauaminum vocant, admissa inter graues aduocatos.
- 3 Repulsa falsitatis vel corruptionis contra testes primæ instantiæ semper admittitur in secunda, idem est in alijs iustis exceptionibus contra testes si fuerint oppositæ in prima instantia, & per iudicem non fuerint admisse.
- 4 Idem est si pars ignorauerit vitia contra testes in prima instantia, idque iuret nūc in secunda instantia, vel si crimen nouum eis obijciatur.

L. i. tit. 8. libr. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

## Q V Æ S T I O. L X I I I I.

**Q**uæro circa l. i. tit. 8. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ, dum probat crimina, vitia, atque testium obiectiones

ctiones proponendas esse intra sex dies post factam publicationem testium & parti intimatam, vel suo procuratori non verò deinde, &c. An in causa appellationis possit opponi & probari repulsa testium in prima instantia examinatorum? & certe articulus hic iure communi controuersus est: Nam Andreas de Isernia in Constitut. regni Sicilia, lib. 2. Rubrica. fi. nu. 6. tenet partem negatiuam, quæ etiam sequi videtur Guido Papæ, decis. 500. per text. in cap. licet causam, de probat. & eam approbante Senatus Neapolitanus, secundum Matth. de Afflic. decis. Neapolit. 266. num. 5. vbi limitat quando pars vellet repulsare ipsos testes tanquam falsarios, idem testatur Marant. de ordi. iudi. 6. parte princ. 13. acta. n. 13. pag. 494. Auen. in secunda parte, cap. 5. præ. num. 29. dicens hoc videre sentire nostram. l. i. que no se de restitucion para las prouar en primera ni segunda instancia. Idem sequitur Didac. Perez. in l. i. tit. 4. lib. 3. Ordinam. veter. col. 943. & sequentib. vbi de iure communi tenet limitationem supra dictam, sed de iure regio tenet indistincte hanc primam opinionem, per quadam. l. 9. De la orden judicial.

Contrariam tamen opinionem, & sic affirmatiuam tenuit glo. & ibi Abb. & Felin. in cap. 1. de except. idem Abb. in cap. super eo, El primero. de testib. & Matth. de Afflic. in d. constit. vltim. Regni Sicilia, nu. 31. & seruari in Regno Franciæ testatur Guido Papæ vbi supra. Idem testatur Rebuff. 3. Tom. ad l. Regias Gallic. in Tractat. de reprob. testium, artic. 4. glo. vnic. num. 7. eo casu, quo reprobationes testium fuerint oppositæ in prima instantia: quia tunc in appellationis iudicio probari poterunt, dicens hoc cōsuetudine iuri contraria apud se receptum esse secund. Guido. Papæ, vbi supra. Sed profecto huic secundæ opin. obstat ex diatetro nostra l. Regia, in verbis supra relatis, imo & à fortiori: nam si restitutio hac. l. denegatur minoribus ad opponenda & probanda vitia & crimina aduersus testes in. 1. & 2. instantia: à fortiori id fieri nō poterit per maiores, quibus beneficium restitutionis minime com-

petit. & sic nostra. l. videtur decidere expresse hanc quæstionem, & approbare primam supradict. opin. ita vt amplius nō sit de hoc dubitandum, quod & in terminis etiam si in prima instantia sint opposita crimina non tamē probata tenet Didac. Perez, vbi supra. Nihilominus tamen idē Auend. respon. 21. num. 7. probauit hanc secundam opinionem affirmatiuam dicens consuetudine admissum esse, q̄ in secunda instantia reprobari valeant testes examinati in prima, & quod hec cōsuetudo valet secund. Guid. Papæ, vbi supra, insignis Couar. libro Pract. quæst. c. 18. num. 5. referens prædict. controuersiam de iure communi, præfatur esse constitutissimum, quod post publicationem testium in causa appellationis etiā in termino dato ad obijciendum in testes, non poterit quis reprobare testes in prima instantia productos: quoniam terminus hic datus in secunda ad notandum illos datur ad impugnandos productos in ea, quorū tunc publicatio fit: non verò ad eos reprobandos qui ante sententiā fuerunt producti, quorū testimonia, eo tempore sunt iuxta iuris ordinem publicata. Testatur tamen se scire receptum esse apud Granatens. tribunal posse in secunda instantia post appellationem vel supplicationem proponi aduersus testes productos & examinatos ante sententiā exceptiones & obiectiones in ipso libello, quo grauamina sententiæ explicantur (hoc est En el escripto de agravios,) & quod exponuntur vt tandem probatio fiat harum exceptionum intra dilationem datam ad ipsa grauamina probanda: & sic quod praxis admisit opinionē glo. Abb. & aliorum, quæ sic intellecta & moderata maximam æquitatem habet: quam praxim ipse admissam video inter graues aduocatos & mihi satis placet, quia summam habet æquitatem.

3 Si verò falsitas vel corruptio allegetur cōtra testes primæ instantiæ semper admittitur repulsa in secunda instantia, vt prædixi, & tradit præterea Auend. vbi supra, idem dicendum est regulariter etiam in alijs iustis exceptionibus contra testes si fuerint oppo-

lita in instantia, & per iudicem non admil-  
se: nam poterunt repeti & probari in secun-  
da instantia.

4. Idem etiam tenendum est, quavis in pri-  
ma instantia prædictæ exceptiones oppositæ  
non fuissent si pars tunc temporis eas igno-  
rabat, idque iuret nunc in secunda instantia,  
vt supra dicta omnia refert & probat Auen-  
dan. vbi supra.

Finis. 64. Quæstionis.

SUMMARIVM.

1. Minor non restituitur ad obijcien-  
da crimina & vitia aduersus  
testes.

2. Curia Burdegalsis. consuevit recipere  
dict. defectus quando eis non receptis  
& probatis minor suam perderet cau-  
sam secus alias, quæ praxis summam ha-  
bet æquitatem.

Eadem. l. i.

QVÆSTIO. LXV.

Varo secundo, circa eadem. l. i.  
an tractis. d. sex diebus ad obij-  
cienda crimina & vitia aduersus  
testes concedatur minori, & ec-  
clesia restitutio aduersus omissionem alle-  
gationis huiusmodi? & non esse conceden-  
dam expresse decidit nostra. l. ibi. *Itaque non  
se de restitucion para las poner, ni par alas  
provar, en la primera, ni en la segunda  
instancia.* Quod & fuit decretum in Capel-  
la Tolosana. quæst. 53. sequitur Felin. in cap.  
fraternitatis. num. 5. de testib. quam senten-  
tiam & hac. l. & iure communi probauit Co-  
uar. in pract. quæst. cap. 26. num. 4. verfic. 3.  
& Matth. de Afflic. decis. Neap. 150. nu.  
3. & 6. Didac. Perez. in. l. i. tit. 4. lib. 3. Ordi-  
namenti, col. 937. in princip. & col. 943.  
cica fin.

Nihilominus tamen Curia Burdegalsis.  
consuevit recipere prædict. defectus siue ob-  
iectus, quando eis non receptis & probatis  
minor suam perderet causam. secus quando  
processus potest sine prædict. obiectibus de-  
cidi: quia tunc à quocumque produci petan-  
tur non recipiuntur, vt testatur Nicolaus  
Boer. decis. 245. nu. 7. quæ praxis meo iudi-  
cio summam habet æquitatem & probari  
potest in nostris regnis in prædictis termi-  
nis, sicut et introductum est, vt in secunda  
instantia quoque prædict. obiectus admit-  
tantur in libello gratam in contra testes  
in prima instantia productos, vt in quæstio-  
ne præcedenti dicebamus.

Finis. 65. Quæstionis.

SUMMARIVM.

1. Minor & Ecclesia, si non litiget  
tandem principalis, sed tan-  
quam tertius oppositor in suam alter-  
ius partis an post publicationem & con-  
clusionem causæ possit in integrum resti-  
tutionem petere? & numeris sequentibus  
resoluitur affirmatiue.

2. Defensor alterius comparens in causa  
debet eam assumere in eo statu, in quo  
tunc temporis versatur.

3. Defensor minor, vel Ecclesia comparens  
ad adiuuandum alterum, debet restitui-  
tionem petere aduersus omissionem proba-  
tionem intra quindecim dies a publica-  
tione testium, non vero post.

L. 3. titu. 8. lib. 4. Nouæ

Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. LXVI.

Varo circa. l. 3. tit. 8. lib. 4. Nouæ  
Collect. Reg. in vers. *Ordenamos  
y mandamos que si qualquiera  
de las*

*de las partes pidere en la primera in-  
stancia restitucion in integrum para ha-  
zer su prouança, por ser caso que aya  
lugar de pedir restitucion, &c. ibi,  
se le conceda, y otorgue, pidiendola  
dentro de quinze dias despues de la publi-  
cacion. &c.*

1. Quid si minor, vel ecclesia, nõ litiget tan-  
quam principalis, quo casu loquitur. l. hæc,  
sed tanquam tertius oppositor, qui ad coad-  
iuuandum & defendendum alterum ad iudi-  
cium accedit, vt puta: quia sit autor laudatus  
tanquam venditor à reo emptore conueto  
ab alio super re empta, an hoc casu post pu-  
blicationem testiũ & conclusionem in causa  
possit petere restitutionem in integrum ad  
producendum testes, & ad cetera omnia, quæ  
ipse reus principalis, nec producere, nec age-  
re possit? Et videtur quod nõ, quoniam hic  
defensor adsumere debet litem & causam in  
eo statu in quo tunc temporis versatur, vt pro-  
batur in. c. vltim. vt lit. pend. lib. 6. siquidem  
ipse vult iudiciũ à reo coceptũ prosequi, qua-  
re sicut reus ipse post publicationem, & maxi-  
me post conclusionem in causa nõ potest tes-  
tes producere, nec ipse defensor id poterit  
facere ex sua persona, vt in. c. cũ super dere  
iudic. vbi expresse id deducit Innoc. & An-  
to. nu. 18. quorum sententiam alios referens  
probauit Couarr. in pract. quæst. ca. 13. nu. 2.  
dicēs in praxi satis receptum videri apud su-  
prema huius Regni tribunalia in quibus pas-  
sim obtentum est defensore hunc admit-  
ti ad litem & causam suscipiendam, in eo sta-  
tu in quo erat tempore oppositionis, quan-  
uis Barto. in. l. si per lusorio. ff. de appell. &  
alij, quos ipse Couar. refert, & Matthæus de  
Afflic. decis. Neap. 235. & Burgos de Paz. cõ-  
fil. 18. nu. 12. hoc verum existiment, præter  
quam si tertius hic ignorasset litẽ motam:  
quia tunc temporis possit admitti & audien-  
dus esset volens producere testes de nouo,  
etiam post publicationem: quia prior opi-  
nio indistincte verior est & in praxi recepta,  
siue sciat, siue ignoret, litem motã cum hic  
defensor causæ & litis examini assisat reum

ipsum defensor, propter præiudiciũ, quod  
sibi imminet, si reus ipse condempnetur: ergo  
ita in proposito nostro videtur dicendum, vt  
quanuis huic minori, vel ecclesiæ compe-  
tat beneficium restitutionis in integrum,  
non tamen per id retardabitur processus in-  
ter actorem & reum principales, sed expe-  
dicetur causa inter eos præstita fidei iussione  
per actore, quod si autor laudatus per aliam  
sententiam vicerit restituet reo, cui promissa  
est euictio iuxta. l. is, à quo. ff. de rei vend.

Sed nihilominus his nõ obstantibus prout  
verè non obstant, in nostra quæst. tenendum  
est contrarium, imò quod huic minori, vel  
Ecclesiæ concedenda sit in integrum restitui-  
tio post publicationem & conclusionem in  
causa ad producendum de nouo testes, & ea  
quæ reus ipse principalis, nec producere, nec  
agere possit: quoniam ex quo defensio prin-  
cipaliter pertinet ad authorem laudatum ex  
suaq; persona habet beneficium restitutio-  
nis, nõ debet sibi denegari, quod à iure com-  
muni sibi competit, cum de ipsius interesse  
principaliter agatur. Nõ obstat. d. l. is à quo,  
quia non loquitur quando tertius venit ad  
causam principaliter sicut contingit in ven-  
ditore: qui agit causam super dominio, cui-  
us periculum est emptoris quod reuertitur  
ad venditorẽ, item quia si tertius ex sua per-  
sona potest iudicem recusare, vt in. c. cum  
super. & ibi doct. de officio delegat. ergo ex  
sua persona debeat etiam ei concedi in inte-  
grum restitutio. Non obstat etiã verior opi-  
nio aduersus Barto. in. d. l. si per lusorio, supra  
adducta pro prima parte, quæ habet quod  
tertius oppositor teneatur adsumere causam  
in eo statu, quo versatur tempore oppositio-  
nis ac proinde nõ poterit de nouo produ-  
cere testes post publicationem: &c. quoniam  
isthæc sententia loquitur & locum sibi  
vendicat regulariter, & sic in maiori-  
bus, quibus à iure non competit prædict.  
restitutio in integrum, nos verò agimus in  
minoribus aliisque personis priuilegiatis,  
quibus à iure id beneficium conceditur. &  
ita in terminis hanc secundam opinionem  
tenuit glo. in. l. parentes. verbo, Ex persona.  
C. de euict. vbi Petrus à Bellapert. idẽ probat



Ancharan Regu. ea, quæ in quæst. de regi-  
iur. in textu Matth. de Afflic. decis. Neapol.  
15. vbi. n. 20. refert lic. cõmuniter practicãtis  
ipsetamen assensum quada causa fuisse adhi-  
bitam cause cognitione, vt viderentur arti-  
culi iudicis laudata si cõtemnant eius de-  
fensionem; & si per eorũ lecturã apparet  
defensionem esse legitimã, non obstante  
conelatione in causa restitueretur ad facien-  
das dictas defensiones iuxta notãta in l. 1. &  
in. c. auditis. de restit. in integr. quã sententiã  
supra dictorũ actorũ minime immemor se-  
quitur dicit. Couar. in pract. quæst. c. 14. n. 3.  
& eam probauit etiã quãtũs simpliciter Se-  
bastian. Vantius, de nullit. sententiã, in Ru-  
bric. quis possit dicere de nullit. nũ. 20. vers.  
Prout etiã possit, fol. 33. & doct. Burgos de  
Paz, cõsil. 18. nũ. 13. vbi nũ. 14. multipliciter  
respõdet sententiã. Innocen. in cõtrarium ad  
ductũ: habebit igitur locum & in hoc casu  
hæc nostrã Regia, quãuis defensor hæc nõ  
sit principalis pars, sed tertius oppositor, qui  
litem admittit ad defendendum reũ ob pro-  
prium interesse. Quare verisimile esse existi-  
mo, quod in proposito dubitanter licet asse-  
rit doct. Couar. vbi supra, nempe hanc resti-  
tutione iure Regio petendam esse intra quin-  
decim dies à publicatione restituti, non ve-  
rõ possit, quod hac. l. in vniuersum statutum  
est: quoniam licet. l. hæc, in prædict. termini  
præfixione loquatur quõ ad ipsos principa-  
les & primos litigantes: non autem quõ ad  
tertium hunc defensorem, nõ tamen habet  
defensor hic maius priuilegium, quam ipse  
reus, quem conatur defendere, haberet si mi-  
nor esset; imo pari censura & iure sunt discer-  
nendi reus principalis & tertius defensor, vt  
si maiores sint lege maiorum, si verõ mino-  
res, lege minorum iudicentur, nec minor de-  
fensor poterit ea agere, quæ reus principalis  
etiam minor agere non potuisset.

¶ Finis. 66. Quæstionis.

SUMMARIVM.

1 **R**estitutio minori concessa aduersus  
probationem omissam, an profitur

eius litis consorti? quod in indiuiduis &  
inseparabilibus profitur in alijs secus.

Eadem. l. 3. tit. 8. lib. 4.

QVÆSTIO. LXVII.

**Q**uero ulterius, & secundo, circa  
eandem. l. si duo vel plures habet  
reũ, vel causam cõmunem, quo-  
rum vnus sit minor: alter verõ  
maior, an restitutio minori concessa in casu  
huius. l. profitur maiori? in quo glo. in. l. vnic.  
C. si in cõmuni eademq; causa, & c. Tenet  
quod si res vel causa est diuidua, restitutio  
non profitur maiori per illum text. si verõ sit  
indiuidua fortẽ competet, verbi gratia in ser-  
uitute, quæ quidem est indiuidua, & hoc ar-  
gum. text. in. l. si cõmunem. ff. quemadm.  
seruit. amitt. vbi maior habens fundum cõmu-  
nem cum minore non amittat seruitutem  
vtrius, propter non vsum vtriusq; & hoc pro-  
pter pupillum, potest etiã exemplum singi-  
latur hypothecæ, quod est indiuiduũ licet  
res hypothecata sint diuidua: quia quot sunt  
res obligata, tot sunt obligationes, vt in. l.  
scire debemus. ff. de verb. oblig. & in. l. Paul.  
de Cast. nũ. 3. & refert Raphael. subtiliter te-  
nentem cum. glo. illa, quãuis ipse Paul. aliud  
sentiat post Azonũ in summa, eod. tit. Alber.  
de Rosat. in. l. 2. C. si vnus ex plurib; in fin.  
Angel. & Bald. quõs refert & sequitur Mat-  
thæ. de Afflic. decis. Neap. 213. vbi nũ. 3. in-  
quit fuisse p. sacrum Conciliũ cõclusum quod  
in indiuiduis & connexis beneficium, quod  
cõpetit minori exteditur ad consortes eius-  
dẽ litis maiores, & refert exemplum prædict.  
de iure Hypothecæ, quod sit indiuiduum,  
& ita fuisse conclusum & votatum per om-  
nes dominos dẽ Concilio, sed quia hæredes  
diuiserunt sibi bona obligata, beneficium,  
quod competit minori non trahitur ad ma-  
iores consortes eiusdẽ litis, secus esset si pos-  
siderent omnia bona obligata pro commu-  
ni & indiuiso, & quod ita post vidit iudica-  
tum per sacrum Conciliũ.

Sed contrarium imo quod indiuiduis ta-  
lis resti-

lis restitutio tantum profitur minori, non ve-  
rõ litis cõforti maiori etiã in indiuiduis ad-  
uersus præd. glo. tenet Petrus, Cynus, Iacob.  
Butric. Alberic. Bald. Ange. Salic. Iacob. de  
Sancto Georg. Paul. & cõmu. doct. in dict.  
l. vnic. prout refert Anto. Gom. 2. Tom. c.  
14. de restit. min. nũ. 10. dicens hæc esse ve-  
riorem & cõmuniorem opinionem: quia li-  
cet seruitus sit indiuidua & pro parte consti-  
tuit non possit, in casu tamen supra posito  
non restituitur minori pro parte, sed in so-  
lidum, & si alij socij maiores vti velint serui-  
tute obstat eis exceptio & repellentur, ar-  
gum. text. in. l. si per fundum. ff. de seruit. ru-  
tic. præd.

Quid tenendum in hac cõtrouersa qua-  
stione? dicitur mihi verior videtur prior opi-  
nio si causa verõ indiuidua & cõnexa sit, ita  
quod separari cõmode non possit, vt in exẽ-  
plis supra factis, per text. in. d. l. si cõmun. ff.  
quemadm. seruit. amitt. cui cõgrue respõderi  
minimè potest. & l. loci corpus. §. si fundũ.  
ff. si seruit. vèdic. vbi in seruitute propter in-  
diuisibilitatẽ sententiã lata pro vno, alijs pro-  
dest: Præcipue cũ iuxta hæc partem iudicaue-  
rit totum cõcilium Neapol. non semel, vt re-  
tulit Matth. de Afflic. vbi supra, quod ma-  
xime mouet animũ in decisione causarũ, &  
in terminis ita tenuit Bald. in. l. 3. §. sed vtrũ.  
n. 4. ff. de minor. dicens nota literam istã ad  
quæstionẽ, de facto habebã litẽ cõm. cum  
minore cõtra aliqũ & corã iudice postaper-  
turã testium minor petiit beneficium restitutio-  
nis in integrũ ad probandam iterum: quæro  
vtrũ beneficium minoris profitur mihi & vide-  
tur, quod non: quia nõ fuit prætoris proposi-  
tũ, & c. vt hæc litera innuit. facit. C. si in cõi  
eademque caus. l. 1. sed distinguendum est,  
vtrum negotiũ erat cõnexum & tũc profitur,  
aut separatũ, & tũc non profitur. C. de diuers.  
rescript. l. 1. C. si vnus ex plurib. appell. l. 1.  
quemadm. seruit. amitt. l. si cõmunem.

¶ Finis. 67. Quæstionis.

SUMMARIVM.

1 **R**estitutio in integrum, an conceda-  
tur minori vel alij persona priuile-

giata aduersus omissam probationẽ in  
termino ad liquidationem faciendam con-  
cesso post sententiã diffinitiuã, in  
qua fuit aliquid reseruatũ postea  
in executione ipsius sententiã liqui-  
dandum? deciditur affirmatiue quo-  
ties in principali causa non fuit con-  
cessa, nec petita restitutio, & nunc op-  
portune petatur.

Eadem. l. 3.

QVÆSTIO. LXVIII.

**Q**uero Præterea, & tertio, circa ean-  
dem. l. an si in sententiã diffinitiuã  
fuerit aliquid reseruatũ liquidan-  
dum post ipsam sententiã, nepe in execu-  
tione ipsius, & datõ termino ad probandum  
super liquidatione, factaq; publicatione, si  
vna ex partibus est minor, vel Ecclesia, vel  
alias priuilegiata & petat restitutionem in  
integrũ super liquidatione sit illis cõceden-  
da? & videtur qd non, quia causa super liqui-  
datione est eadem cũ prima, & ideo si in pri-  
mo processu fuit iam petita & cõcessa resti-  
tutio in integrũ aduersus omissam probatio-  
nem, iterũ in eadem causa cõcedi nõ debet,  
vt in toto tit. C. si sæpius in integrum restit.  
postul. Bald. in. l. 2. eiusdem tit. & per nostrã  
libi, *¶ que en la misma sentencia que se  
le otorgare, se le deniegue otra restitucion.*

Si vero in primo processu non fuit petita &  
sunt transacti quindecim dies à tempore pu-  
blicationis testium in eo factæ & intimatio-  
ne ipsius, non poterit etiã peti prædict. res-  
titutio, nec in causa liquidationis cum sit ea-  
dem cum prima per nostram. l. Nihilomi-  
nus tamẽ in cõsilio Neapolitano sæpè fuit  
decisum quod si in principali causa nõ fuit  
concessa, nec petita restitutio debeat conce-  
di in causa liquidationis, aliàs secus, vt re-  
fert & sequitur Matthæ. de Afflic. decis. 35.  
& 104. & quãuis ipsius ratio videatur ho-  
die cessare in nostro Regno attẽta hac lege.

nempe quod conclusio & renuntiatio in cau-  
sanon oblit, quia hoc ipso quod renuntia-  
uit est laesus, vt in l. interdū. & in l. si iudex.  
ff. de minor. nihilominus adhuc placet eadē  
sententia etiam attentā nostrā. l. Regia,  
quoniam et si transacti sint præd. quindecim  
dies post publicationem in causa princi-  
pali, cum tamē super liquidatione iterum  
recipiuntur probationes, quauis videatur  
eadē causa cum prima, aut saltem ab illa  
dependens poterit minor vel ecclesia, si in  
causa principali præd. restitutionem mini-  
me petierit in hac secūda eam implorare, &  
sibi concedēda erit, si infra quindecim dies  
post publicationem ipsius petatur iuxta de-  
cisionem huius. l. quæ in hoc quoque casu  
procedere poterit, cū in causa principali no-  
fuerit petita nec concessa, ex generalitate &  
identitate rationis eiusdem. l.

Finis. 68. Quæstionis.

SYMMARIVM.

**T**erminus vltra marinus an debeat  
& sit concedendus quoties minor re-  
stituitur aduersus probationē omiffam  
deciditur affirmatiue.

Eadem. l. 3.

QVÆSTIO. LXIX.

**Q**uæro quarto circa eadem. l. quid  
si minor petens hanc restitutio-  
nem debito tempore aduersus omif-  
sam probationem, dicat se habē-  
re testes vltimarios, an seruat seruantis  
contentis in l. i. tit. 6. libr. 4. Nouæ collect.  
Reg. debeat sibi concedi terminus vltima-  
rinus arbitrio iudicis assignandus per viam  
restitutionis ad faciendam suam probatio-  
nem? & videtur quod sic per dict. l. i. & l. 3.  
eiusdem tit. Rursus contrarium videtur pro-  
bari in nostra. l. ibi, *Tanto q̄ no exceda el  
termino que le diere para hazer latal pro*

*uança por via de restitucion de la mitad  
del termino que se dio primero para hazer  
la prouança principal.* Sed certum est quod  
terminus, qui concedi potest in causa princi-  
pali in regno ad summum est. 120. dierum,  
vt in dict. l. i. tit. 6. libr. 4. q̄ si maiore extra  
Regnum concedatur, dimidietas ipsius, quæ  
est concedenda per viam restitutionis non  
erit sufficiens vltra mare, ergo, &c. quid te-  
nendum? certis non obstantibus adhuc  
prima pars mihi verior & tenenda videtur  
vt per viam huius restitutionis possit conce-  
di terminus vltimarius minori vel eccle-  
sia, si illo opus fuerit reliquis seruatis: quia  
postquam dict. beneficium restitutionis si-  
bi non potest denegari debet esse sibi profi-  
cium, vt iudex tempus arbitretur secundū,  
distantiam loci vbi sunt testes, quia tempus  
beneficij est arbitrarium iudici secundum  
Innocentium coram iudice in integr. Card.  
in Clem. i. cod. tit. quid in aliis emm si esset  
medietas dicti termini esset terminus in-  
possibilis ad faciendas suas defensiones, & per  
indirectum colleretur sibi beneficium resti-  
tutionis in integrū aduersus probationem  
omiffam, ob quam omissionem amitteret  
possessionem, siue dominium, vel ius suum:  
debet igitur esse congruum tempus ad facien-  
das defensiones beneficio restitutionis, nec  
obitat nostra. l. in verbis supra relatis, quo-  
niam non loquitur nec procedit quando te-  
stes sunt vltra mare, quando quidem ipse se re-  
fert ad dimidietatem termini concessi in cau-  
sa principali ad probandum: ergo præsup-  
ponere videtur quod in causa principali te-  
stes non erāt vltra mare, nam alias nihil con-  
cederet in restitutione, & sic frustra ea esset  
restitutio quando quidem medietas termini  
probatori, ordinarij insufficiens quidem ef-  
set ad examinādos testes vltra mare: & non  
est præsumendum legem frustratorie dispo-  
nere, ne potius verbis, quam rebus impona-  
tur, & ita in proprijs nostris terminis data  
cōmuni obseruatiā quod non soleret cōce-  
di per viam restitutionis, nisi dimidietas ter-  
mini concessi in causa principali, adhuc hoc  
nostro casu sit cōcedendus terminus cōgruus  
& com-

& cōpetens arbitrio iudicis secundum di-  
stantiam loci, & non prout vulgariter dici-  
tur quod sit medietas primi termini, tenet  
egregie Matthæus de Afflic. decl. Neapbl.  
124. dicens. n. 31 sic fuisse cōstitutum in cō-  
silio, & se vidisse postea pluries seruatum, se-  
quitur Auend. respons. 21. nu. 3.

Finis. 69. Quæstionis.

SYMMARIVM.

1. **M**inor de ecclesia, vel republica,  
non restituitur in quibus-  
dam ad accusandum ad producendum do-  
nos testes, qui col. 9. rdol.
2. **M**inor non restituitur ad producendum do-  
nos testes, qui col. 9. rdol.
3. **R**eus regulariter etiam maior in causis cri-  
minalibus ad sui defensionem, & in-  
dignitatem probandam admittitur post publi-  
cationem, & conclusionem in causa.
4. **I**us post sententiam diffinitiuam con-  
tra eum latam, quando per eundem facti  
facti potest constare de innocentia ipsius.
5. **I**udex ex officio suo qualitercunque pro-  
cedat, potest usque ad conclusionem in  
causa inducere, & repetere testes ad of-  
fensionem & punitionem delinquentis.
6. **H**inc fundatur praxis hodie in  
7. **M**ulier & rusticus minime restituntur  
ad producendos testes post diducta te-  
stificata.

Eadem. l. Regia.

QVÆSTIO. LXX.

**Q**uæro vltimo, circa eadem. l. Re-  
gia, an minori, & ecclesia, vel rei-  
publicæ concedatur prædict. in in-  
tegrum restitutio aduersus omiffam proba-  
tionem in tempore prædict. 15. dierum, de

quod in hac. l. in causa criminali sicut in vobis  
le? & videtur in vtrisque locum habere ex  
generalitate ipsius; & quia lex non distin-  
git, igitur, &c. Sed contrarium est tenendū;  
nempe quando minor vel ecclesia, accusat  
alterum: quia tunc ad accusandum non re-  
stituitur ad producendos novos testes, vel  
probationem de nouo faciendam post pu-  
blicationem in causa, vt tenet Alex. in l. 8.  
in nuntiatio. nu. 24. ff. de nou. oper. nuntiat. &  
ibi las. col. penult. post Rom. & tenet glo.  
penult. in Clem. in d. potest de procurat. &  
alio illegams. Anto. Gom. 3. Tom. cap. l. do-  
dict. hinc. vbi expresse obicitur huius  
2. **M**inor de ecclesia, vel republica, non restituitur  
ad producendum testes, qui col. 9. rdol.
- 3. **R**eus regulariter etiam maior in causis cri-  
minalibus ad sui defensionem, & in-  
dignitatem probandam admittitur post publi-  
cationem, & conclusionem in causa.
- 4. **I**us post sententiam diffinitiuam con-  
tra eum latam, quando per eundem facti  
facti potest constare de innocentia ipsius.
- 5. **I**udex ex officio suo qualitercunque pro-  
cedat, potest usque ad conclusionem in  
causa inducere, & repetere testes ad of-  
fensionem & punitionem delinquentis.
- 6. **H**inc fundatur praxis hodie in
- 7. **M**ulier & rusticus minime restituntur  
ad producendos testes post diducta te-  
stificata.

quod in hac. l. in causa criminali sicut in vobis  
le? & videtur in vtrisque locum habere ex  
generalitate ipsius; & quia lex non distin-  
git, igitur, &c. Sed contrarium est tenendū;  
nempe quando minor vel ecclesia, accusat  
alterum: quia tunc ad accusandum non re-  
stituitur ad producendos novos testes, vel  
probationem de nouo faciendam post pu-  
blicationem in causa, vt tenet Alex. in l. 8.  
in nuntiatio. nu. 24. ff. de nou. oper. nuntiat. &  
ibi las. col. penult. post Rom. & tenet glo.  
penult. in Clem. in d. potest de procurat. &  
alio illegams. Anto. Gom. 3. Tom. cap. l. do-  
dict. hinc. vbi expresse obicitur huius  
2. **M**inor de ecclesia, vel republica, non restituitur  
ad producendum testes, qui col. 9. rdol.
- 3. **R**eus regulariter etiam maior in causis cri-  
minalibus ad sui defensionem, & in-  
dignitatem probandam admittitur post publi-  
cationem, & conclusionem in causa.
- 4. **I**us post sententiam diffinitiuam con-  
tra eum latam, quando per eundem facti  
facti potest constare de innocentia ipsius.
- 5. **I**udex ex officio suo qualitercunque pro-  
cedat, potest usque ad conclusionem in  
causa inducere, & repetere testes ad of-  
fensionem & punitionem delinquentis.
- 6. **H**inc fundatur praxis hodie in
- 7. **M**ulier & rusticus minime restituntur  
ad producendos testes post diducta te-  
stificata.

facit, quia contra probationem vel sententiam  
minori accusanti non datur restitutio, se-  
cus si sit accusatus, vt tenet Greg. Lop. in l. 4.  
tit. 19. glo. 2. part. 6. Quinimo reus regulari-  
ter etiam maior in causis criminalibus ad sui  
defensionem & innocentiam probandam  
admittitur post publicationem & conclusio-  
nem in causa, vt latissime plures referes pro-  
bavit Ant. Gom. 3. Tom. c. 15. de tortur. reo-  
rum. nu. 33. & Ange. in Tract. malef. in par-  
te comparuerit dicti inquit. n. 19. fol. 125.  
col. 4. Merant. de ordin. iudic. 6. part. cap. de  
dilatione. num. 3. fol. 433. Quinimo & post  
sententiam diffinitiuam contra eum latam  
quando per eundem facti constare potest  
de innocentia ipsius, vt secundum Anto. Go-  
vbi supra dict. nu. 33. qui est videndus. Iudex  
tamen ex officio suo, modo procedat ad in-  
stantiam partis, modo per viam inquisitionis  
potest in quacunque parte processus & lris  
vsq; ad sententiam diffinitiuam etiam post publi-  
cationem & conclusionem in causa induce-  
re & recipere testes, & omnes alias proba-  
tiones ad offensionem & punitionem ipsius  
atque plurium autoritate probavit, & tenuit  
Anto. Gom. vbi supra, nu. 34. cui adde alia  
quod expedit republicæ, ne delicta rema-  
neant impunita, vt in l. ita vulneratus. ff. ad  
legem Aquil.

Hinc fundari atque orta videtur praxis  
communis, que habet, vt si fiscalis, vel pars  
accusans non ratificauerit testes summarie  
I 5 informa-



informationis in causis criminalibus, ipseque sint conclusæ absque prædicta ratificatione testiū in summario iudicio productorum, iudex ipse ex officio priusquam sententiam diffinitiuam proferat iubet prædictos testes ratificari eosque ratificari facit, ne delicta remaneant impunita: & quauis aliqui aduocati dubitauerint an hoc iure fieri possit, causa sit conclusa, dicendum est, optimo iure id fieri posse ex officio per supra dicta, & ita fieri vidi sapissime.

Postremo aduertendum duxit circa hanc eandem. l. mulierem, & rusticum minime esse restituendos ad producendos testes post didicisse testificata, vt late probat decisi. Pedemont. 87. per totam.

Finis. 70. Quæstionis.

SUMMARIUM

- 1. **A**d si aliquid addatur de nouo articulo vel capit. primo etiam si videatur idem vel contrarium possit fieri probatio in alia instantia super eo. & numeris sequent. quod possit.
- 2. **Q**uando in prima, vel altera instantia testes deposuerunt & dixerunt se nescire capitulum super quo fuerunt interrogati vel non recordari, bene admittuntur testes super eodem articulo in alia instantia.
- 3. **Q**uando in prima instantia non sunt producti testes, vel si producti nil dixerunt super aliquo articulo poterit in secunda idem vel directo contrarius reproduci.
- 4. **I**n intellectu. l. 4. titu. 9. libr. 4. Noue. Collect. Reg.
- 5. **T**estes examinati super valore rei, publicati iterum possunt examinari, vt declarant maiorem summam.
- 6. **P**lures remissiones ad sciendum quando admittantur alij testes super eisdem articulis.

7. **Q**uando testes producendi in. i. instantia non erant in Civitate vel Oppido, vel si pars non habebat notitiam eorum possunt cum iuramento partis reproduci in secunda instantia super eisdem articulis.

L. 4. tit. 9. libr. 4. Nouæ

Collect. Regiæ

QVÆSTIO. LXXM

**Q**uando in prima instantia super aliquo articulo ad hoc vt idem vel directo contrarius non admittatur in secunda. igitur si nulli sunt producti vel examinati testes; etiam si articulus sit productus in prima instantia & datus terminus ad probandum, poterit & in secunda idem produci, vt super eo testes inducantur, cum cesset hoc casu timor subornationis & quauis iure communi in hoc puncto maxima sit controuersia doctorum, nam glo. fi. in l. per hac. C. de tempor. appell. per tex. ibi hac nostram sententiam tenuit quæ sequuti sunt Innocent. Salic. Fel. & alij, vt refert Couar. in pract. quæst. c. 18. nu. 6. ver. qua in re, & ita est receptum secundum Olanum, in sua Concord. iur. litera. T. nu. 23. fol. 241. glo. tamen fin. in. c. inter monasterium. de sententia, & re iudic. tenet contrarium, cuius opinio est magis comunis, vt refert late examinans Octavian. in decisi. Pedemont. 14. per totam. iure tamen regio attento per nostram. l. in verb. supra relatis prior opinio supra dicta approbata est vt prædixi, quam etiam Senatus Pedemont. probauit per dict. l. per hanc, vt refert Octavian. vbi supra dicens id restrictum esse ad primam appellationem propter litium abbreviationem, quandoquidem eodem decreto non liceat nisi ex causa & seruata decretiforma in tertia instantia aliquid deducere, nec producere, nec contra dictam decisionem Socin. in supra dict. secunda Fallentia, obstat hæc eadem consideratio & ponderatio nostræ. l. supra facta; nempe quod sufficiat productio testium super articulo facta

1. **A**n si aliquid addatur de nouo articulo primo, etiam si videatur idem articulus vel contrarius procedat hæc. l. & videtur quod non, quia si aliud diceremus esset vna via admittere quod alia prohibetur: item daretur locus fraudibus & cautelis, facileque eluderetur decisio huius. l. quoniam semper aliquid de nouo eidem articulo, vel directo contrario adderetur, vt admittatur. Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod præd. articulus de additis sit in eadem ratione illius, qui quod super additur per l. i. vt tradit Roder. Suarez. allegari. verfic. Tertio dico. Quod procedit etiam si non varietur articulus in substantia, variatur tamen modus ad idem tendens & concludens, vt in. c. attestationibus de desponsat. in pub. & ibi Ant. de But. ita tenet Socin. in Reg. 403. Fallentia. 20. & ibi in secunda Fallentia dicit quod quando testes deposuerunt & dixerunt se nescire capitulum super quo fuerunt interrogati vel non recordari bene admittuntur testes super eodem articulo per glo. in. c. cum causam el segundo, de testib. Bald. & Jacob. de Bellouif. in. c. 1. §. r. per illum text. quid sit inuestit. in v. lib. feud. cum enim testes nihil dixerint nec affirmauerint super articulis de quibus

quibus

quibus sunt interrogati, idem est ac si non producerentur nec interrogati essent, quocasu quauis in prima instantia esset positus articulus vel capitulum, & datus terminus ad probandum, poterit & in secunda idem vel directo contrarius reproduci, vt constat ex nostra. l. in verbis supra relatis a contrario sensu, ibi. *Sobre que en la instancia, o instancias passadas fueron traydos, o recibidos testigos, & iterum ibi. l. si nullarẽ que son sobre articulos q. en las dichas instancias fueron traydos, y recibidos testigos, & c.* Vbi requiritur quod sint testes producti in prima instantia super aliquo articulo ad hoc vt idem vel directo contrarius non admittatur in secunda. igitur si nulli sunt producti vel examinati testes; etiam si articulus sit productus in prima instantia & datus terminus ad probandum, poterit & in secunda idem produci, vt super eo testes inducantur, cum cesset hoc casu timor subornationis & quauis iure communi in hoc puncto maxima sit controuersia doctorum, nam glo. fi. in l. per hac. C. de tempor. appell. per tex. ibi hac nostram sententiam tenuit quæ sequuti sunt Innocent. Salic. Fel. & alij, vt refert Couar. in pract. quæst. c. 18. nu. 6. ver. qua in re, & ita est receptum secundum Olanum, in sua Concord. iur. litera. T. nu. 23. fol. 241. glo. tamen fin. in. c. inter monasterium. de sententia, & re iudic. tenet contrarium, cuius opinio est magis comunis, vt refert late examinans Octavian. in decisi. Pedemont. 14. per totam. iure tamen regio attento per nostram. l. in verb. supra relatis prior opinio supra dicta approbata est vt prædixi, quam etiam Senatus Pedemont. probauit per dict. l. per hanc, vt refert Octavian. vbi supra dicens id restrictum esse ad primam appellationem propter litium abbreviationem, quandoquidem eodem decreto non liceat nisi ex causa & seruata decretiforma in tertia instantia aliquid deducere, nec producere, nec contra dictam decisionem Socin. in supra dict. secunda Fallentia, obstat hæc eadem consideratio & ponderatio nostræ. l. supra facta; nempe quod sufficiat productio testium super articulo facta

et hoc, vt idem articulus nec directo contrarius reproduci non possit in secunda instantia, ergo licet testes dicant se nescire, vel non recordari de ijs super quibus interrogati non poterit idem articulus nec directo contrarius reproduci in secunda instantia, quandoquidem testes fuerunt iam producti & examinati super eo, si sola productio & examinatio testiū sufficit, vt sufficere videtur per nostram. l. non obstat inquam consideratio hæc, quoniam verba nostræ. l. ibi. *Fueron traydos, o recibidos testigos.* Debeat intelligi cum effectu, nempe quod deposuerint super articulis prima instantia; & sic testimonium suum super eis perhibuerint, quia verba sunt intelligenda cum effectu, vt in. l. 3. §. hæc verba. Cum simil. ff. de negot. gest. cum vero testis productus dicit se nescire articulum, vel non recordari de contentis in eo, nihil deponit, estque idem ac si productus non fuisset, quare igitur pars in secunda instantia prohibebitur eundem articulum reproducere, vt testes, eum scientes & recordantes super eo adducat? Accedit præterea quod hoc casu cessat ratio fundametalis prohibitionis nostræ. l. nempe timor subornationis, quare vera est prædict. limitatio Socin. Sed & idem Socin. vbi supra limitatione. 42. limitat similiter quando testes fuerunt examinati super valore rei; nam publicati iterum possunt examinari vt declarent maiorem summam per dict. Bart. & Ange. in. l. cum furto. ff. de in lit. iur. & Bald. in cap. cum causam. El segundo. de testib. Sed & sunt alie plures limitationes ad nostram. l. receptæ atque vtilis in praxi, quas refert Matth. de Afflic. decisi. Neapol. 216. per totam vltra alias relatas per Socin. vbi supra; & Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. q. 34. per totam. & Octavian. decisi. Pedemont. 87. n. 3. vbi limitat regulam in muliere, ecclesia, & minore per viam restitutionis. & 71. limit. congerit Anton. Gabriel. lib. 1. comun. opin. conclus. 21. de testib. pag. 54. & sequentibus in magnis inter quas Fallentias memoria retinenda est illa quando testes producendi in prima instantia tunc temporis non erant in Civitate vel Oppido, vel si erant pars non habebat

habebat



bebat notitiam eorum, si nunc cum parseos producit in secunda instantia hoc dicat & iuret, quia hoc casu poterit produci super eisdem articulis, vt in l. 39. tit. 16. part. 3. & in l. 27. tit. 23. part. 3.

¶ Finis. 71. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 L. 3. tit. 10. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. qua præfigitur noua forma procedendi contra absentes in causis criminalibus est iusta.
- 2 Poena del desprez, qua sit? practicatur communiter vt sit poena de sesenta maruedis.

L. 3. tit. 10. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. LXXII.

**Q**uæro primo circa l. 3. tit. 10. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ, vbi præfigitur noua forma procedendi contra absentes in causis criminalibus, ibi, si al primer plazo no paresciere, mandamos que sea condenado en la pena del desprez,

- 1 (Omissa vulgari quæstione an hæc. l. potuerit iuste fieri & condi quatenus disponit, vt absens possit diffinitiuè condemnari, præterea, qd habeatur pro sufficiency probatione ad condemnationem poenæ ordinariæ probatio, quæ in præsentia sufficeret ad torturam: quia respondendum est vtrūque fieri potuisse, vt late deduxit Ant. Gom. in l. 76. Taur. nu. 8. 9. & 10. vbi respondet & satisfacit difficultatibus in contrarium adductis) Quæ poena sit hæc, Del desprez, Et videtur quod sit, De cinco maruedis al Rey, y cinco a los alcaldes, Vt in l. 4. tit. 3. lib. 2. for. & in l. 9. titu. 2. lib. 3. Ordin. veter. Nihilominus tamen hodie practicatur comuniter, vt sit poena, De

sesenta maruedis, Ex alia. l. Fori, vt referunt nostri Hispani præcipue Auend. responf. 15. n. 6. & 8. Villalob. in sua Antinom. iur. litera. A. n. 14. Monterros. in sua Practi. 4. Tractat. fol. 58. col. 2. & sequentibus. Olanus in sua Concord. iur. litera. A. nu. 18. & 23. & ita vidi sæpissime praticari.

¶ Finis. 72. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 Poena de homezillo, qua sit? quod iure fori Hispanico sit quingentorum solidorum.
- 2 Iure nouissimo Regio, quo vtimur est, de seyscientos maruedis, vbi est consuetudo.
- 3 Sententia condemnationis. d. homicidij requiritur, sed non intelligitur de diffinitiuâ in causa principali, sed de ea, quæ fit respectu. d. calumnia.
- 4 Hæc poena del homezillo, in curia Regali, ad Alguazelos pertinet, & est, de mil y duzientos maruedis.

Eadem. l. 3.

QVÆSTIO. LXXIII.

**Q**uæro secundo, circa eandem. l. ibi, E si no paresciere siendo le accusada la segunda rebeldia, si el delicto fuere de muerte, o tal por que merezca muerte, sea condenado en la pena del homezillo: Quæ poena sit hæc, Del homezillo, Et iure fori Hispanico consuetudinario introductus est, vt homicida cõdemnetur in quingentis solidis, quod appellatur Calunia del homezillo, Vt in l. 4. tit. 17. lib. 4. for. leg. ibi, Tomen de sus bienes quinientos sueldos por el homezillo, Refert. Auendan. c. 18. prat. in prima parte. n. 5. vbi inquit quod licet valor horum solidorum sit expressus

pressus in l. 11. & in l. 19. tit. 11. libr. 4. Ordin. veter. tamen poena homicidij mutatus est in tassa, de qua in l. 141. del Stylo, ibi, Trezientos y quarenta maruedis que han usado lleuar.

- 2 Sed hoc non obstante poena homicidij de qua agimus iure nouissimo Regio, quo vtimur in praxi est, De seyscientos maruedis de la moneda de ora, Vbi est consuetudo exigendi hanc poenam, vt expresse cauetur, En el aranzel de los derechos de las justicias ordinarias. Cap. 2. quod est in titu. 10. lib. 3. huius Nouæ Collect. Regiæ, & ita se habet, Del homezillo en el caso que aquel que fuere condenado aya muerto a otro, o aya de ser condenado a pena de muerte: donde el juez ha de tener costumbre de le lleuar, lleue seyscientos maruedis y no más, siendo primeramente suzgado, y no antes: y si no mereciere muerte, q no lleue homezillo. Et hoc tenet Auend. d. c. 18. n. 5. & respon. 15. n. 8. qui. d. n. 5. addit probadam esse etiã consuetudinem quod tanta quantitas soleat exigi, & quod talis consuetudo & Stylus curiæ per eiusdem. l. Abelliones & procuratores solet probari, & hoc quando pro crimine homicidij proceditur contra aliquem in absentia & est contumax & fit condemnatio. d. homicidij, vt in dict. cap. Del aranzel, Eadem prope omnia refert & tenet Auilesius. c. 15. prat. in glo. homezillos. n. 1. & sequentibus. quæ condemnatio, & sic sententia super præd. homicidio nõ requiritur nec intelligitur de diffinitiuâ in causa principali, sed de ea, quæ fit respectu. d. calumnia & poenæ del homezillo statim post terminum. secundi præconiij tractatum, & accusata secunda contumacia iuxta terminos nostre. l. vt colligitur, ex eadem & ex dict. ca. 2. Del aranzel, & tenent præterea dict. Hispani, in locis supra citatis, & ita vidi sæpissime praticari, & hæc poena del homezillo in curia Regali, ad alguazelos pertinet Regios, vt in l. 29. tit. 14. de los alguaziles. lib. 2. Ordin. veter. vt refert Auend. dict. c. 18. num. 6. idem probat. l. 16.

tit. 23. hoc lib. 4. idem que cauetur in, Aranzel de los derechos que han de lleuar los alguaziles de las chancillerias, Capit. 3. vbi. Que lleue el alguazil mil y duzientos maruedis de la pena del homezillo, Alibi verò seruatur consuetudo cuiusq; Fori Secundi. ipsum ego vidi iudices ipsos procedentes contra abentes exigere sibi ipsis hanc poenam quod & præsupponit Auiles. vbi supra. n. 35.

¶ Finis. 73. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 An poena del homezillo habeat locum contra presentem qui comisit homicidium, vel aliud delictum eadem poenâ dignum? quod non, sed tantum quando proceditur contra absentes de quibus in hac. l. & seruata eius forma.
- 2 L. 12. c. 13. tit. 23. lib. 8. Nouæ Collect. Reg. intellectus.
- 3 Si plures culpati, vel perpetratores vnius homicidij, & contra eos procedatur legitime in absentia seruata forma huius, & omnes sint contumaces, vt in hac. l. quilibet eorum potest condemnari in vno homicidio, & a quolibet ipsorum poterit exigi. d. calumnia.

Eadem. l. 3.

QVÆSTIO. LXXIII.

**Q**uæro vltorius circa eandem l. an hæc poena del homezillo habeat locum cõtrapresentem, qui commisit homicidium, vel aliud delictum eadem poenâ dignum? & facit quæstionem Montal. in dict. l. 4. titu. de los homezillos, lib. 4. for. in glo. vn homezillo, dum intelligit dict. l. fori probantem quod plures occisores non tenentur soluere nisi vnum homicidium,

cidium, quando omnes citati super homicidio sunt presentes & condemnati iuxta. l. 69. Styli, innuit igitur ipse Montalu. committentes homicidium etiam si sint presentes teneri solvere hanc poenā. Secundo, pro eadē parte facit. l. 12. & 13. tit. 23. lib. 8. Noue Collect. Reg. vbi, pro homicidio casuali imponitur hæc poena siue calūnia del homizillo nulla facta distinctiōe absentia, vel presentia: sed nihilominus contrariū est tenendū, imo q̄ hæc poena del homezillo, de qua loquitur nostra. l. tantū sit exigēda à iudicibus quādo procedunt contra absentes pro delictis de quibus in hac eadē. l. & seruata omnino forma ipsius in modo procedendi: alias enim ipsa non seruata, vel si procedatur ex præd. delictis contra presentes poena hæc, del homezillo, non debetur nec exigēda erit vllō modo, quod si contra fiat erit restituenda, ad idque tenebitur indebite exigens iniustitia & conscientia, vt constat manifestissime ex nostra. l. quæ tantum loquitur quando proceditur contra absentes propter secundam contumaciam ipsorum & contemptum iudicis eos vocantis & sic sua culpa, & in hoc casu est intelligendum procedere præd. c. 2. del aranzel, ad hoc allegat Attend. l. 9. tit. 2. lib. 3. Ordin. quæ id nō probat saltē expresse, melius tamē probatur in. l. 12. tit. 13. lib. 8. Ordin. vet. quæ hodie est. l. 10. tit. 23. lib. 8. Noue Collect. Reg. & ita materiam hanc interpretatur ceteri præd. Hispani, quibus assensio in hoc cōtra Montalu. nec obstant, dict. l. 12. & 13. dict. tit. 23. lib. 8. quia quauis ipsæ de poena homicidij loquantur, procedunt tamen in casu particulari nepe homicidij casualis, quo cū nulla poena imponatur quia deficit animus occidendi, merito quod propter occasionem & operam, quam delinquentes dabant rei illicitæ aliqua poena plectantur etiam si contra ipsos presentes procedatur, & hæc appellatur, el homezillo, quia homicidium fuit sequutum, nō tamen est eadem de qua nos loquimur in presentia, quia agimus de delicto homicidij, vel quod poenam mortis meretur, scienter cōmissi, in quo vltra poenam ordinariā delicti propter secund. contumaciam & inobedientiam at-

que iudicis contemptum imponitur, vt prædixi. l. hæc poena, del homezillo, quæ & origine & causa differt ab illa de qua in dictis. ll. 12. & 13. vt ex fine earum constat.

3 Ex quibus infero quod si plures fuerint culpati, vel perpetratores vnius homicidij & contra eos procedatur legitime in absentia seruata forma huius. l. sintque contumaces, vt in hac. l. quilibet eorum poterit condemnari in vno homicidio & à quolibet ipsorum poterit exigī præd. calūnia & poena homicidij, De seyscientos maranedis, Licet vnum tantum homicidium sit commissum per omnes, quoniam cum hæc poena ratione cōtumaciæ & contemptus iudicis & pro homicidio debeat, & quilibet ipsorum sit contumax iudicemque contēperit, & commiserit præd. homicidium meritoq; præd. poena plectatur, vt tenet Montalu. vbi supra & sequitur Auiles etiam vbi supra. num. 34. per. l. 69. Styli, quæ sic practicitur secundum ipsum, sequitur nouissime Didac. Suarez de Paz, in sua Praxi. c. 4. Quintæ Partis. 1. To. num. 12.

#### ¶ Finis. 74. Quæstionis.

#### SVMMA RIVM.

- 1 **C**ondemnatus in absentia, & captus inuitus, post annum an audiatur volens probare suam innocentiam? quod audiatur tam quo ad penas corporales quam pecuniarias.
- 2 **I**udices criminales Regiæ Curie Pincianæ, solent audire reos presentates se post lapsum anni pronuntiationis sententiæ etiam super pecuniarijs, nō solum corporalibus, si sententia præd. nondum executioni mandata est.
- 3 **R**eus contra quem est processum in absentia pro aliquo crimine, siue se presentet, siue inuitus capiatur volens audiri debet ante omnia purgare expensas.

Eadem

### Eadem. l. 3. in. 2. Parte.

#### QVÆSTIO. LXXV.



Vero preterea circa secundā partem huius. l. Regiæ, quæ est tibi, *¶ Pero mandamos, que si el que assi fuere acusado y llamado, se viniere a presentar, &c.* Quid si absens post sententiā diffinitiuam latam contra ipsum iuxta formā huius. l. intra annum tamen pronuntiationis ipsius sententiæ captus sit inuitus an audiatur volens probare suam innocentiam, vt absoluitur à pcenis pecuniarijs. Nam circa corporales, etiam trāfacto anno audiari debet, siue volens se presentet, siue inuitus capiatur. Idem erit circa pecuniarias, etiam si intra annum latæ sententiæ se presentet: nos verò nūc agimus quādo nō se presentauit, sed inuitus fuit captus intra annū pronuntiationis sententiæ, an tunc audiatur super pcenis pecuniarijs? & non audiri tenuit perdoctus ac practicus Auend. respons. 15. ex originali antiquo huius. l. ibi, *¶ E si despues de la sentēcia diffinitiuā fuere preso, iuncto ibi, que quanto a los dichos bienes, la sentēcia se execute como en ella se contiene.* Idem videtur tenere Mōterro. in sua pract. in. 4. Tra ctatu. fol. 58. col. 2. & sequenti.

Sed profecto hæc sententia nimis rigida videtur, & minime tenēda nec practicanda, sed potius contraria etiam attentata litera supra dicta, cum si tota ipsius. l. recte consideretur contextura atq; mens, sententia cōtra absentem lata respectu bonorum, non transeat in rem iudicatā, nisi post annum à tempore pronuntiationis ipsius sententiæ communerandum, eadem absentia durante per dict. annum, idque in litera noua nostra. l. expressius cauetur circa fin. ibi, *¶ Y mandamos que dentro del dicho año no se puedan executar las dichas penas pecuniarias, o de bienes.* Si ergo ante capiatur delinquēs quāuis inuitus iam incipit esse presentis ante la-

psum præd. anni, sicq; interrūpitur eiusdē. l. tēpus ac per cōsequens audiri debet reus cōdemnatus etiam respectu bonorum, sicut au diēdus esset vltro se presentans intra præd. annū; quia non ita cōsideratur voluntas vel nolūtas ipsius rei quā factum ipsum, hoc est, presentia ipsius: quod hodie apertissime in dict. litera declaratur, ibi, *¶ Y que si despues de dada la sentēcia, dentro de vn año prime ro, siguiente, que se quente desde el día de la data de la sentēcia en rebeldia el acusado se presentare a la carcel, o fuere preso: que assi mesmo sea oydo, assi en quanto a las penas corporales, como en quanto a las pecuniarias.* Nullus igitur iam remanebit dubitandi locus.

2 Solent etiam iudices criminales regiæ Curie Pincianæ audire reos presentates se post lapsum anni pronuntiationis dict. sententiæ etiam super pcenis pecuniarijs non solum corporalibus, si sententia præd. nondum executioni mādada est, & sua sentētia eos condemnare in eo, quod iustum fuerit audiendo eos de nouo, teste Monterros. vbi supra quod an iuste facere possint dubito.

3 Ex supra dictis etiam conuincitur error afferentium quod quādo reus capitur inuitus non debet purgare expensas si velit audiri, cum eadem. l. Regiæ, id tātum exigat in illo, qui se presentat secus in capto inuitus. Hæc nanq; consideratio inanis est, cum hoc casu solū sit attendēda absentia & cōtumacia rei propter quā nunc presentis audiri volens purgare debet expēsas propter suā cōtumaciam factas non vero q̄ ipse se presentauerit, nec quod inuitus captus sit, præmaxime cum si aliud diceremus deterioris conditionis esset in proposito voluntarie se producens iudici quā captus inuitus, quod esset absurdum: hocque etiam hodie in litera nostræ. l. explanatū est in verbis supra proxime relatis ibi, *¶ O fuere preso, iuncto vers. Que pagando como dicho es las costas, y despues, y homezillos, sea oydo de nueuo, &c.*

#### ¶ Finis. 75. Quæstionis.

SVM-

## SUMMARIVM.

- 1 **F**orma posita. l. Regia procedendi contra delinquentes absentes procedit etiam contra minores.
- 2 **E**rrare graviter iudices, qui absentes delinquentes gravius condemnant quam sua delicta exposcant.
- 3 **T**yrannice agere iudices, qui cum delinquentem principalem alicuius gravis flagitij capere non possunt, eos qui minimam delicti occasionem dederunt morte, quam non merebatur punire non verentur.
- 4 **P**erperam faciunt iudices, qui absentis pena ordinaria delicti condemnant ex sola fuga absque alia probatione vel indicij sufficientibus ad torturam.
- 5 **I**udex quid debeat facere deficiente probatione sufficiente ad torturam contra absentem.
- 6 **I**nnocentiæ rei quamvis absentis querenda & inuestiganda est & nu. 8. declaratur.
- 7 **I**udex conclusa causa si inueniat reum absentem nocentem debet eum diffinitive absolvere.

## Eadem. l. 3.

## QVÆSTIO. LXXVI.



Vero etiam circa eandem. l. an ea ipsiusq; forma habeat locum, sitq; seruanda contra minores. 25. ann. delinquentes absentes? & videtur quod non; sicque processus contra eos in absentia factus sit nullus ex defectu personæ, cum non possit minor esse in iudicio agendo, nec defendendo in civilibus, nec in criminalibus sine curatore, vt in. l. Clarum. C. de autor. præst. cum simil. præmaximè cum. l. hæc ex presè non loquatur contra minores, quare videtur casus omissus remanere in disposi-

tione iuris communis, argum. l. commo-  
dissime. ff. de lib. & posthum.

Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imò quòd. l. hæc procedat & probanda sit etiam contra minores dict. ætatis delinquentes absentes & valeat condemnatio curatore minime dato, seruata tamen forma in reliquis huius. l. quia præter contumaciam, quæ de per se etiam est delictum, vt in l. consentaneum. C. quomod. & quand. iud. debet interuenire alia probatio delicti de qua in hac. l. & sic minores quia commiserunt delictum in facièdo. & sunt in dolo non iuuantur, nec restituuntur, vt in. l. i. C. si aduers. delict. & ibi doct. & in. l. auxiliu. versic. in delictis. ff. de minor. & in terminis hanc nostram sententiam probarunt Bald. & Paulus in. l. cum & minores. C. si aduers. rem iudic. idè Bald. in. l. vnic. versic. iuxta hoc quero. C. de confess. Montal. in. l. 7. tit. ii. lib. i. fori in glo. penult. col. fi. versic. fed iuxta hoc queritur Anton. Gom. in. l. 76. Tauri. n. 8. dicens quòd in summa ista est vera resolutio dict. pragmaticæ, quæ quotidie in isto regno praticatur, sequitur etiam Auend. Responf. 15. nu. 9. & idem sensit Ioan. Bapt. Villalob. in sua Antinom. iur. litera. A. nu. 7.

Ultimo aduerto circa eandem. l. graviter errare iudices qui aduersus absentes grauiores poenas in suis sententijs diffinitiuis proferunt quàm delicta propria exposcant, existimantes id ratione absentie atque contumacie propriæ licere, hocq; quæ sit colore poenam mortis vel alias immoderatas infligunt reis absentibus, eo tantum quod sint absentes & contumaces licet sua crimina, vt prædixi eas minime promereantur.

Quinimo ex eadem radice conuincitur, quosdam iudices tyrannicè agere, qui cum scelestum aliquem hominem alicuius grauis flagitij patratorem capere non possunt ad mortem. alios qui minimam delicto occasionem dederunt, morte quam non merebantur punire non verentur, vt vel hac via se alijs terribiles faciant, vt existimauit doctif. Frater Alphonf. à Castro, lib. i. de Lege poenal. c. 6. pagina mihi. 1581. ad med. in magnis.

- 4 Sicut etiam perperam faciunt iudices, qui absentes in poenam ordinariam delicti cõdemnant sola ex fuga absq; alia probatione, vel indicij sufficientibus ad torturam, prout requirit nostra. l. vtroque enim casu peccant mortaliter, quoniam faciunt iniustitiam iudices excedentes tenorem, formam, & metam huius. l. quæ nullam dat eisdem facultatem dum procedunt contra absentes ad augendam poenam nec alteram ipsis reis imponendam quam condignam pro delictis ab eis commissis & seruata forma ipsius: quæ tantum præcipit vt ultra fugam & contumaciam ipsius rei legitime citati iuxta hæc legè. *Aya tal probança, o informacion, que baste para poner a tormento al que assi fuere acusado, o llamado si estuuiera presente, Ad hoc vt iudex possit eum condemnare in poena condigna delicti, vt patet ex verbis statim sequentibus ibi, De sententia en que le pronuncie, y de por hechor del delicto, de que assi ouiere sido acusado, y le condene en la pena que por el merece, con mas las costas.* Non poterit igitur reus absens maiori seu grauiori poena plecti, quàm cõdemnaretur vel iure ipso postulante præsens.
- 5 Sed tantum delicto condigna: neque etiam deficiente probatione requisita ad torturam, si reus præsens foret, debet propter fugam & contumaciam absens in poena ordinaria delicti ac si probatum sufficienter foret condemnari: sed iudex hoc casu ferat sententiam, quam secundum iuris dispositionem & merita causæ posset ferre si reus præsens esset: vnde cum fuga causet vehemens indicium sufficiens ad torturam, iudex posset reum absentem cõdemnare ad torturam, vt aduertit Antonius Gomez, vbi supra, num. 14. versic. Vel aliter, & secundo. vel si merita causæ id non patiuntur absoluat reum, vel extraordinariè eum condemnet prout iustitiam postulauerit, ac sicut præsens absol-

ti vel condemnari iure posset. Relinquitur autem causam indecisam hoc casu (prout consulebat Antonius Gomez vbi supra.) accusator non sinet: quia instabit pro sententia, & sic necessario proferenda erit: quando verò iudex ex officio vel ad instantiam fiscalis à se creati processerit, poterit habere locum consilium supra dict. Anto. Gomez. Superiora probantur quoniam innocentia rei, quamvis absentis, querenda atque inuestiganda est, vt probat nostra lex ibi, *Informado se ansi mismo el juez de su officio, por quantas partes pudiere, de la innocencia del tal acusado.* (Quod pro dolor, quam malè seruatur) idem que iure probauit late Anto. Gomez, in dict. l. 76. Taur. num. 13. in versic. Aduertendum tamen quod quando iudex: qui num. 14. rectè meo iudicio, ausus est affirmare quod hoc casu licet dicta Pragmatica, non dicat nec aperiat, si iudex conclusa causa reperiat reum absentem innocentem debeat eum diffinitive absolvere & quod ista est intentio dict. Pragmatic. vt late ibi probat, & in terminis ultra eum idem tenuit alios allegans Decius in cap. consultationibus. num. 1. de officio delegati. Imò non solum iudex debet se informare de innocentia rei absentis, vt & nouissime doctor Suarez de Paz, in sua praxi. cap. 4. 5. Partis. 1. Tomi, num. 17. alios allegans, per testes, & alijs vijs omnibus quando illa defensio esset talis, quòd ipso iure eneruaret & tolleret delictum, vt quia homo, qui dicit occisus viuit: vel forte occidens, id fecit ad suam defensionem necessariam: vel quia delictum non est punibile ratione loci, temporis, vel infantilis ætatis, vel alterius similis causæ, vel qualitatis, sed etiam si delictum sit ipso iure punibile reus tamen aliqua exceptione opposita poterat se defendere, vt quia delictum erat præscriptum lapsu temporis: vel erat transactio, vel concordiaremissum: vel poena esset minoranda ex aliqua iusta causa probata: & si ex a-



ctis constet reum absentem habere aliquam defensionem ex supra dictis iudex tenebitur ex officio eam admittere reumque absolueret, vel secundum merita causæ & effectum defensionis iudicare & causam diffinire secundum Ant. Gomez, vbi supra. d. nu. 14. & hoc ex mente eiusdem. l. in verbis supra relatis, ibi, *Informandose assi mesmo el juez, &c.*


## ¶ Finis. 76. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- 1 **P**Oena. l. si quis in tantâ. C. unde vi. cum similibus. in praxi an sit seruanda? & nu. sequentibus vbi fundatur pars affirmatiua.
- 2 **L**eges iuris communis & regie semper sunt in viridi obseruantia.
- 3 **R**igor harum legum maxime necessarius est in Republica Christiana propter immanitatem criminis.
- 4 **S**ed nihilominus communi totius Christiani orbis vsu & praxi antiquatus est, & inuasor punitur arbitrio iudicantis.

L. i. tit. 13. lib. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. LXXVII.



Væro circa. l. i. tit. 13. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ, quæ consonat cum. l. si quis in tantam. C. unde vi. (omnis plurimis alijs quæstionibus, quoniam per gloss. & scribeutes communiter exami-

nantur in proprio loco, & nouissime accuratius, per Menoch. in nono remedio possessorij recuperandi, quod constituit ex dict. l. si quis in tantam.) An pœna & rigor huius. l. Regiæ, & similibus in praxi sit obseruandus necne? Et pars affirmatiua videtur esse absque dubio cum sint. ll. iuris communis & regie, quæ semper sunt in viridi obseruantia, vt in. l. Arriani. C. de hæretic. & Manich. ibi, (semper viridi obseruantia valituris) adeo vt etiam per mille annos per non vnum non tollatur lex secundum Roch. de Curt. de cõsuetud. 4. Sectione. num. 76. leges præterearegiæ præcipiuntur custodiri in decisionibus causarum à. l. i. Tauri. Præmaxime cum nostra l. sit posita in Noua Collect. leg. huius regni. quare custodienda est, vt in principio ipsius Collect. Regiæ cauetur, nec enim si contrario vsu abrogata esset, nuper adijceretur in præfata Noua Collectione, legum obseruandarum huius regni, cum ibi tantum ponantur. ll. custodiendæ. Secundo, quia rigor harum legum maxime necessarius est in Republica Christiana propter immanitatem criminis, aliàs enim tota respublica collaberetur, atq; debita tranquillitate careret, quotidie enim, quilibet res ab alijs possessas violenter occuparet: huic seditiones, rixæ, scandala, homicidia, & alia mala similia orirentur, ob quæ vitanda iustissime ita seuerè punitur per nostrâ. l. & similes inuasor propria auctoritate res ab altero detentas violenter occupans quibus & alijs rationibus hanc partem substat doct. Didac. Perez, in. l. 2. tit. 14. lib. 3. Ord. col. 1255. & sequent. dicens se nescire, quo spiritu dici possit quod hæ. ll. sint antiquata, & quod si ipse inuasor præ manibus habuisset, delicti ac violentiæ qualitate attenda non solum pœna huius. l. sed forte acriori, ac arbitrio boni viri illum afficeret.

4 Sed nihilominus rigor è. d. l. si quis in tantâ & similitu esse antiquatum videtur decidere Specul. in tit. de restit. spol. §. i. versic. Item quidam dicunt. n. 9. & nõ seruari in Regno Franciæ affirmat expressius Guilielmus

mus Benedict. in capit. Rainutius. verbo, Si absque liberis moreretur, el segundo, de legat. & fideicommiss. num. 145. de testam. & eum referens doct. Couarru. lib. 3. Variorum resolutionum. cap. 16. num. 7. dicens obseruandum esse, harum legum & similibus rigorem conamuni totius Christiani orbis vsu & praxi antiquatum esse, idem tenet cū Rebuff. quæ refert Ignatius, Salcedo, in adnotat. ad Regulam. 407. Bernard. Diaz, limitatione. 7. idem refert Olanus in suo Epilogo legum Partitarum correctarum. nu. 96. & Ioan. Probus, ad Ioann. Monach. in cap. eum qui. num. 3. de præbend. in. 6. & vix, in praxi obtinebit pœna. d. l. si quis in tantam. vt affirmavi in prima parte de Iuramento Confirmatorio. cap. 16. nu. 35. in fin. Et inquit Ioann. Matien. in l. i. tit. 17. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ. glo. 4. nu. 4. semper vidisse practitari, vt ea pœna priuationis iuris sui non sit in vsu, sed punitur inuasor iudicantium arbitrio in regijs prætorijs quicquid in contrarium attestetur Didac. Perez, vbi supra, & nouissime testatur Ioan. Gracian, Consilij Ordinum causarum expositor in Regula. 49. nu. 11. nunquam vidisse hoc practitari nec vsu receptum fuisse: ipse vero quauis plusquam duodecim ann. in forensibus causis atque negotijs tanquam patronus ipsarum fuerim versatus nunquam tamen vidi practitari rigorem prædict. legum nec si iudex essem practicarem ob prædict. non vsu generalem eiusdem, cum sat sit extraordinariè alias punire huiusmodi delinquentes, partibus læsis iustitiam ministrando super suo interesse. Nec obstat primum fundamentum contrariæ partis, quia potest dici harum legum vsu respectu prædict. rigoris, ita ad vnguem obseruandi prout in eis continetur, minimè vnguem fuisse. admissum nec receptum in praxi, prout iure requiritur ac hoc, vt lex valeat iuxta text. in cap. erit autem lex in versic. in his. 4. distinctione. Sed potius contrarium, hoc sensu, vt arbitrarie puniatur huiusmodi inuasor, quo temperamento

recepta sunt, & vsu interpretata dict. ll. Non etiam obest secundum fundamentum, quoniam illud iam cessat puniendo reos huiusmodi criminis extra ordinem, attenda qualitate delicti & violentiæ, & ceteris de quibus in l. respiciendum. ff. de pœnis.

## ¶ Finis. 77. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- 1 **A**ppellatio spoliati ad Concilium ciuitatis vel villæ an requiratur, ad hoc vt ipsum Concilium possit post triduum eum restituere? quod non.
- 2 **I**dem seruandum est in casu. l. 5. in versi. Y nos proueyendo. tit. 13. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

L. 2. tit. 13. lib. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. LXXVIII.

Væro an in casu. l. 2. tit. 13. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. ibi, Y pasado q los restituayan los oficiales del conçejo: An in casu huius. l. ad hoc, vt Concilium Ciuitatis vel Villæ possit post triduum restituere spoliatum à iudice vel priuato, *Si auer sido primero llamado, oydo y vencido por derecho*, vel alicuius regiæ prouisionis sine audientia lata, requiratur appellatio ipsius spoliati ad Concilium, ita vt alias absque appellatione concilium hoc facere non possit, vel an ea necessaria non sit? & videtur appellationem requiri: nam concilium Ciuitatis, vel Villæ non habet vllam iurisdictionem ordinariam in prima instan-

ria, sed demum in secunda: idque in cau-  
sis valoris decem millium dipondiorum,  
& infra, & nō vltra & intra certum termi-  
nū: vt in l. 7. tit. 18. infra hoc libro quarto,  
quæ multis annis cōdita fuit post nostram  
secundam huius tituli. 13. de qua nunc agi-  
mus: ergo hæc per illam declaranda & sup-  
plenda est. Nihilominus absque dubio ten-  
endum est contrarium, imo quod in ca-  
su huius. l. 2. non sit necessaria vlla appel-  
latio, sed sit casus specialis in odium vio-  
lentia, quoties iudices ordinarij requisi-  
ti non restituerint spoliatis possessionem  
suam intra triduum, vt ipsa vniuersitas  
adiri possit per viam simplicis querelæ pro  
restitutione ipsa faciendâ, Conciliumque  
hoc casu nominabit aliquos officiales eius-  
dem, qui nomine ipsius concilij restituant  
spoliatos, iuxta formam & tenorem huius  
l. in subsidium: quoties iudices ordinarij  
dict. ciuitatis, vel oppidi requisiti hoc fa-  
cere neglexerint intra triduum, vt voluit  
Petrus Auend. lib. 1. de exequend. mand.  
Regul. cap. 1. num. 3. r. quāuis ipse hanc  
nostram quæstionem in his terminis ap-  
pellationis minimè tetigerit. Nec obstat. d.  
l. 7. in contrariū adducta, quoniam loquitur  
& procedit regulariter, ac generaliter:  
nostram vero. l. 2. in casu speciali supra dicto,  
cui non derogatur per genus argumenti  
Regulæ iuris generi per speciem, & c. cum  
simil. Ex quo infertur idem esse seruandū  
in casu. l. 5. infra eodem, in versiculo,  
*Y nos proueyendo, & ibi, Ordenamos  
y mandamos a los concejos, justicias de  
los lugares, donde esto acaeciere, que  
luego restituyan y hagan restituyr a los  
tales despojados. & c.* Nempe quod non  
sit necessaria appellatio in casu illius. l. ad  
hoc, vt Concilia possint restituere spolia-  
tos, præmaximè cum non loquatur, ibi  
in spoliatis à iudice, sed à priuato propria  
autoritate.

¶ Finis .78. Quæstionis.

### SUMMARIVM.

- 1 **F**ilius, vel alius hæres ex testamen-  
to, vel ab intestato, si recta via  
bona ad se pertineant, potest propria au-  
toritate ea occupare dummodo ab alio  
non sint possessa.
- 2 **F**ilius absens tempore mortis patris re-  
uersus inueniens fratrem possidere, po-  
test propria autoritate ingredi posses-  
sionem bonorum patris.

L. 3. tit. 13. libr. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

### QVÆSTIO. LXXIX.



Vero. i. circa. l. 3. tit. 13.  
lib. 4. Nouæ Collect.  
Regiæ (quæ est, Ley  
de Soria, vulgo nun-  
cupata) agentem de re  
medio exequutionis  
competenti heredibus  
in testamento scriptis, vel alias venienti-  
bus ab intestato circa missionem in pos-  
sionem bonorum defuncti: An filius,  
vel alius hæres in testamento scriptus, vel  
legitimus ab intestato successor, q. propria  
autoritate intrat bona iacentia ab alio non  
possessa incidit in pœnam huius l. vel an  
id impune facere possit? & videtur inci-  
dere ex hac. l. in secunda parte, vbi præci-  
pitur, quod iudex mittat in possessionem  
dictorum bonorum summarie, prædict.  
hæredes: Ergo ipsi eam propria autori-  
tate accipere non possunt: sed contra-  
rium est tenendum, imo quod si recta via  
ex testamento, vel ab intestato ea bona re ve-  
ra ad se pertinent, cōpetat sibi facultas occu-  
pandi propria autoritate, dum tamen ab alio  
non sint possessa, vt tenet Bald. in Authen-  
tica licentiam. num. 3. ad fi. C. de Episcopis  
& cle-

### Eadem. l. 3.

### QVÆSTIO. LXXX.



Vero secundo, circa eandem  
l. 3. an sicut hæredibus in te-  
stamento scriptis competis  
remedium exequutionum, vt  
mittantur in possessionem  
rerū hereditariarū. Ita etiam testamentum  
habeat exequutionem paratam in fauorem  
legatarij, vel fideicommissarij particularis?  
& videtur quod sic per text. in Authentico  
de hæred. & Falcid. §. illud. collatione. 1.  
iuncta glof. verbo, Decreto. vbi notat An-  
gel. quod quando petitur legatum, vel fi-  
deicommissum virtute testamenti non est  
necesse petere hæredem condemnari, sed  
tantummodo quod fiat sibi præceptum de  
soluendo dicens hoc esse speciale in lega-  
tis & fideicommissis, quæ ex testamento  
petuntur: præcedente ergo præcepto de sol-  
uendo intra certum terminum & illo trans-  
acto sine solutione poterit peti exequutio  
pro quantitate legata, vel fiet missio in pos-  
sionem speciei legatae, vt in specie per  
dict. §. illud. iuncta glo. dicens ad hoc nota-  
bilem & alibi in specie non inueniri tenet  
post Alexand. num. 3. las. n. 6. in l. fin. C. de  
edict. Diui Adriani tollend. vbi Dec. nu. 16.  
refert alios eandem opinionem tenentes.  
sequitur idem las. in l. quæ delegato. num. 5.  
ff. de legatis. 1. vbi dicit, quod sequuntur Mo-  
dermi in dict. l. fin. sequitur etiam alios alle-  
gans Petrus Duēnas in Regula. 15. limit. 2.  
Celsus in transitu consil. 50. num. 6. Sed &  
sunt huius opinionis alij sequaces congesti  
per Auiles. cap. 10. prætorum. in glo. Exe-  
quucion. num. 8. doct. Anto. Padilla, in Au-  
thentica, hoc amplius. num. 25. C. de fi-  
deicommiss. & in effectu eandem senten-  
tiam videtur probare Boher. decisione. 295.  
num. 12. in sua distinctione, dicens cum Gui-  
lhelmo Benedict. quem refert, quod aut agi-  
tur via ordinaria vna trium actionum, per-  
sonali,

& clericis. & in. l. si quis presbyter. num. 3.  
verfic. detum quæro. C. eodem titulo. In-  
nocent. col. 3. in versic. Vltimo quæro. &  
Anto. de Butrio, in cap. cum in officijs. de  
testament. tradunt docto. in. l. fi. C. de edict.  
Diui Adriani. tollend. Didac. Perez, in. l. 1.  
titulo. 14. lib. 3. Ordinamenti. col. 1251. gl. 1.  
tenui ipse in mea repetitione. §. sui. num. 75.  
Institut. de hæred. qualit. & diff. vbi addidi  
l. 2. ad finem. tit. 7. lib. 3. fori, pro hac opinio-  
ne. Imo si tempore mortis patris vnus fi-  
lius est absens & reuersus inueniat fratrem  
possidere, poterit ipse propria autoritate  
ingredi possessionem, vt in. l. 8. tit. de las he-  
rencias. libro. 3. fori. quam late legit & in-  
terpretatus est Rodericus Suarez, vt retuli  
quoque, vbi supra, bene inferens in praxi,  
num. 76.

¶ Finis. 79. Quæstionis.

### SUMMARIVM.

- 1 **T**estamentum an habeat exequutio-  
nem paratam pro legatis, vel fi-  
deicommissis particularibus? Late exa-  
minatur, & resoluitur negatiue, nisi  
præcepto iudicis de soluendo præceden-  
te & recognitione, hoc est, confessione  
ipsius hæredis.
- 2 **I**dem est si omittatur prædict. confessio  
non tamen dubitatur de viribus testa-  
menti, nec ipsum negatur, nec de falso  
arguitur, et præcessit præceptum de sol-  
uendo: hæresque nullam rationabilem  
causam alleget non soluendi.
- 3 **T**estamentum habet paratam exequutio-  
nem pro legato corporis hereditarij, vel  
speciei, vel quantitatis ad pias causas, &  
num. 4.  
An idem sit hodie in quocunque legato  
ad non pias causas factus? quod non.

sonali, reali, vel hypothecaria pro legato & fideicommissio petentium, vt in l. 1. C. communia delegatis. tunc legata & fideicommissa, paratam non habent executionem, imo est lis contestanda: aut agitur via executiua, scilicet, per viam monitionis fienda hæredi, vel per viam præcepti delegato soluendo, & deimplendo in testamento contenta, quo casu si hæres se opponat audiendus est, si iustas allegauerit causas ad illa non teneri, & si nihil alleget. viso testamento non raso, vitiatò, nec cancellato condèabitur per iudicem: estq; pro hac opinio in l. fin. versic. si. tit. 9. part. 6. dicens: *Ellos pleytos de las mandas, deuen los juzgadores ante quien vinieren, librarlos de derecha mente, e sin alon gamiento, e sin escatima alguna.* Et ita eandem opinionem quòd legatum habeat executionem paratam tenet doct. Didac. Perez, in l. 1. tit. 14. lib. 5. Ordin. fol. 249. col. 2. vbi q; de stylo seruat hęc sententia in omnibus auditorijs: sed primum fundamentum huius opinionis: supra d. §. illud iuncta sua glo. verb. Decreto, minime firmum est: quia ibi non agitur de via executiua competenti pro legato, sed loquitur text. ille, cù glo. quo ad præceptum iudicis, habens vim monitionis facta hæredi ad effectum, quod hæres intra annum non implens voluntatem defuncti à tempore monitionis, siue præcepti facti, sibi à iudice de soluendis legatis, incurrat poenam priuationis, de qua in dict. Authen. hoc amplius, vt litera text. decantat, quæ est huiusmodi: initium autem annodamus, sicut prius iam diximus ab admonitione extraiudiciali decreto facta: inquit glo. decreto, per quãdam interlocutoriam, quòd præcipiat ei, vt soluat, vel per iudicem, vel per nuntium: quo igitur pacto potuerunt doct. præfati elicere ex illo text. testamentum habere paratam executionem pro legatis & fideicommissis particularibus præcedente præcepto de soluendo, cum imò ibi potius detur annus ad soluenda legata à tempore decreti siue præcepti de soluendo facti à iudice? Si datur an-

nus ergo non est, via executiua idque clarius liquet ex §. si quis autem. non implens, ibi ex decreto iudicis admonitus annum totum protraxerit non agens hoc, quod præceptum est, & ibi glo. decreto, ad quem text. se refert. dict. §. illud, in eod. corpore.

Nec etiam obest, dict. l. regia. in verbis supra relatis: quia non ideo impartitur legatorum exactioni paratam executionem, sed iubet, vt sine dilatione illa persoluantur: curabit itaque iudex quantum fieri poterit dilationes abbreviare.

Quare pro contraria parte, imò quòd testamentum pro legatis, nec fideicommissis, habeat paratam executionem: sed quod via ordinaria agendum sit pro ipsis, & sic requiratur conclusio & sententia diffinitiuam condemnatoria, solet allegari. text. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. vbi agebatur super testamento, & tamen requirit, ibi, text. sententiam condemnatoriam contra hæredem, vt restituat fideicommissum alteri relictum: quauis possit responderi duplicem viam competere legatario ad consequendum legatum ordinariam. s. de qua loquitur dicto. §. si iudex. item & executiuam, de qua in dict. §. illud; sed & adhuc pro hac secunda opinione facit, quoniam in l. fin. C. de edict. Diui Adria. tollend. & l. regia. 2. tit. 14. p. 6. cum ea cõcordans, item & nostra lex de Soria solis hæredibus institutis hoc remedium executiuum cõcessit, vt ipsi summarie in possessionem bonorum hæreditatis mitterentur, & hoc fauore testatoris, vt esset qui citius voluntatem ipsius adimpleret, legatarijs igitur nec fideicommissarijs illud concessum minime reperitur, nec est lex, quæ hoc dicat: vnde idem Angel. in l. cum antea. C. de arbitr. dicit nullam aliam scripturam habere viam executiuam etiam si sit testamentaria: Tertio, pro eadem sententia adduco bonum text. in l. si domus. §. in pecunia. ff. de legatis. i. vbi inquit text. pecunia legata contenti hæredi modicum tempus ad solutionem dandum est, nec vrgendus ad suscipiendum iudicium quod quidem tempus ex bono & æquo prætorem obseruare

seruare oportebit: confessio igitur hæredis requiritur & præceptum iudicis de soluendo, ad hoc vt executio locum habeat pro legatis, vel fideicommissis, & in terminis ita tenet Bald. in dicta Authentica, hoc amplius, secunda oppositio. num. 3. vbi vult quod si hæres confitetur de plano testamentum, fiet ei iustus siue præceptum, vt soluat legatum, vel fideicommissum, & tunc habebit executionem paratam, & fiet præceptum, secundum dispositionem. l. si debitori. ff. de iudic. alias si hæres non confitetur de plano, & est discutatio iudicialis erit necessaria sententia pro executione legati, & sequitur hanc sententiam Paul. de Castr. in Authent. ex causa. nu. 13. C. de lib. prat. vel ex hæred. Alex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. num. 6. ff. solut. matrimonio. Dec. in l. fin. n. 16. C. de edict. diui Adria. tollend. Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam. in 3. Notabil. versic. Sextus casus. ff. de re iudic. ad quem se refert Gregor. Lopez. in dict. l. si. glo. fin. eandem sententiam probauit Anto. Gom. in l. 45. Tauri. num. 137. eam quoque sequi videtur Auiles, vbi supra, eam testatur communem plures referens doct. Peralta, in l. 1. num. 85. ff. de legat. 2. qui eam probat, hanc etiam sequitur nonnullos referens, ex supra dictis doct. Anto. de Padilla, in dict. Authen. hoc amplius. num. 25. dicens secundum eam, non semel pronuntiasse, sequitur Quemada, quæst. 9. fiscali, & nouissime hanc opinionem esse in praxi receptam præcedente confessione hæredis & præcepto de soluendo, vt virtute illius præcepti & confessionis in iudicio facta executio fiat, testatur doct. Paz, in sua praxi. 4. Part. i. Tomo. cap. 1. nu. 19. & 20. & ante eum supra dictam distinctionem & concordiam tenet doct. Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin. fol. 91.

Quod si roges ad quid quæso requiritur confessio siue recognitio hæredis cum testamentum sit factum & receptum à tabellione publico, respondebo esse adhuc hoc casu necessariam prædictam hæredis confessionem vt legatum mandetur executioni, non in-

quam vt legatum, sed tanquam confessio iudicialis, iuxta l. vnicam iuncta glo. magna. post princip. C. de confess. quæ confessione siue recognitione præcedente, decisio hæc communis est expedita & absque dubio, vt in dict. l. vnicam & in l. fin. de Madrid. ann. 1534. Sed si omitteretur prædict. confessio non tamen dubitetur de viribus testamenti, nec ipsum testamentum, vel codicillus in quo legata, vel fideicommissa continentur negatur, nec de falso arguitur, & præcedat præceptum de soluendo, hæresque nullam rationabilem causam non soluendi alleget: non video cur & in hoc casu, via summaria procedendum non sit, nec admittenda appellatio erit ab huiusmodi præcepto de soluendo quando hæres nullam rationabilem in contrarium allegauerit causam, vt prædixi: quia in notorijs non admittitur appellatio: alias, si illam, hoc est, rationabilem proposuerit audiendus erit, vt recte meo iudicio existimarunt Guillelmus Benedict. & Boer. vbi supra, quo casu admittenda erit appellatio à prædict. præcepto.

Supradicta communis sententia aduersus Angel. in priori loco, vt legatum particulare quantumcunque parum & liquidum, nisi prædict. forma seruata non habeat paratam executionem, limitatur, vt procedat, vbi esset legata quantitas, genus, vel species aliena, vel propria ad non pias causas, secus vbi esset legatum corpus hæreditarium, vel species ad pias causas, secundum Bald. in l. fin. col. 4. versic. Item nota hic meliorem text. num. 12. C. de codic. quia cum hoc casu legatum non requirat aditionem hæreditatis, & sic non sit opus actione ordinaria ex testamento, sed officio iudicis exequatur, vel petatur, vt in l. hæreditas. ad fin. ff. de petit. hæred. merito tale legatum mandabitur executioni quem refert & sequitur doct. Peralta, vbi supra, vbi pari ratione dicit posse attentari per l. 1. titu. de los testamentos. libro quinto Ordinamenti. regulariter in omni legato corporis hæreditarij etiam relictæ ad non pias causas, vt in dysfunctione possit legatarius hodie petere se



mitti in possessionem cuiuscunq; talis legati sibi relictum in specie, vel corpore hereditario. Imo fortius secundum ipsum videtur hodie tenendum idem in quacunq; re per testatorem legata, quæ esset propria ipsius, licet non esset corpus, sed quantitas: vel esset de rebus quæ seruando seruari non possunt dum tamè reperitur in patrimonio ipsius, prout videtur velle Bald. consi. 209. ad fin. volum. 4. ex ratione generali Baldi in di. l. fi. & secundum hæc decisio prædictæ. Angeli pot hodie præcedere & practitari: sed si dubitetur contra quæ faciendæ sit exequutio hoc casu, respondeo assignandum esse terminum hæredi ad audiendam, vel omittendam hereditatem iuxta. l. quandiu. la. vltima. cum materia. ff. de acquirend. hered. quo nõ adente intra terminum sibi præfixum, dabitur curator hereditati iacenti, contra quem agatur ad exequutionem, & citabitur ad vltimam pignori, venditione quæ vulgo dicitur (Pararemata) vt procedatur vsq; ad actualem missionem in possessionem rerum, legatarum, vel hereditatis, vt tenet Peralta vbi supra, ius limitatio nempe in legatis pijs vera & tenenda videtur etiam quantitatis, saltem quando non dubitatur de viribus & valore testamenti atque codicillorum. & secundum eam in praxi, iam duabus sententijs conformibus, & literis exequutorijs super eisdem. laris obtinui in legato facto. huic ecclesiæ Ciuitatensi, quam etiam post hæc scripta nouissime sequitur doctor Paz, in sua praxi, 3. Tomo. c. 4. §. 1. num. 49. vbi nu. 50. ad hoc exigit, vt præcedat interpellatio extraiudicialis hæredi faciendæ. Sufficiet ergo à fortiori si in iudicio prius interpellatur, vt cõtingit in casu supra dicto, in quo obtinui, in cæteris vero legatis, non pijs dubia mihi est: nisi præcedente dicto præcepto & confessione hæredis. iuxta communem sententiam ab eodẽ Peralta relatam, & à nobis prædictam, vel saltem præcepto iudicis in casu à nobis proposito, supra num. 2.

¶ Finis. 80. Quæstionis.

SUMMARIVM.

- 1 **I**ngrediens possessionem alterius auctoritate iudicis incompetentis, an excusetur à pœnis? de quibus hac. l. & similibus, & numeris sequentibus resolutur negative.
- 2 **Q**ualibet causa licet iniusta excusat à multa.
- 3 **Q**ualibet causa, scilicet iniusta, excusat à pœna proclamatis siue decreti publici.
- 4 **Q**ualibet ignorantia etiam iuris excusat à dolo.
- 5 **Q**ualibet credulitas excusat à dolo, & bona fides potest causari etiam ex iniustis & temerarijs causis.
- 6 **C**ausa etiam bestialis, excusat à dolo.
- 7 **Q**ualibet causa etiam minima, iniusta, & minus legitima, excusat à dolo.
- 8 **S**poliatus à iudice competenti iuris tamen ordine non seruato, est restituendus ante omnia cum fructibus.
- 9 **S**tatuto si caueatur quod turbans aliquem in sua possessione tali pœna puniatur, erit puniendus id faciens auctoritate licentia inualidæ.
- 10 **S**oluens alteri quàm cui debeat mandato iudicis iniusto, non liberatur.
- 11 **C**ompulsus hoc casu debet adhibere omnẽ diligentiam suam quam possit, ne soluet illi, vt liberetur.
- 12 **D**ebitor qui compellitur iussu Magistratus alteri soluere, nõ tenetur prius subire carceres, vel cruciatũ, sed agat quicquid honeste licet, vt non soluat salute sua salua.
- 13 **N**on dicitur coactus facere ille cui iudex iubet, nisi ipse resistat iubenti, & dicat se non teneri hoc facere.
- 14 **I**udex iniuste præcipiens, non liberat depositarium sponte reddentem, & non appellantem.

posita-

- 14 **D**ebitor qui inrauit soluere intra certum diem creditori, si iudex præcipit eidem sub pœna ne soluat, excusatur si appellet.
- 16 **C**onsilium erit in prædicto casu, vt debitor requirat suum creditorem cum præcepto sibi facto de restituendo tertio, vt dicat de iure suo quia cogitur soluere alteri, & non potest aliud facere & sic protestetur, vt soluendo sit securus.
- 17 **Q**ualibet causa etiam iniusta licet excuset à dolo, vel multa, non tamen à lata culpa, nec pœna legis, vel statutaria.

L. 5. titu. 3. lib. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. LXXXI.

- Q**uæro circa. l. 5. eodem tit. 3. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ, ibi, *Y les tomar en sus bienes sin mandado de juez legitimo*. Primo an ingrediens possessionem alterius, iudicis incompetentis auctoritate & leccia, excusetur à pœnis? de quibus in hac lege & similibus. Et videtur quod sic, quia quælibet causa licet iniusta excusat, à multa, vt tenet gl. 1. in leg. plerique. ff. de ius vocand. similis in. l. 1. versic. Hoc iudicium, in fine. ff. si quis ius dicenti. nõ obtemperauerit, vbi doctores eam sequuntur & est communiter approbata secundum Alex. & Iasonem. ibi & Curtium Iuniorum. n. 18. & illa glo. solet semper ad hoc allegari, secundum Paulum de Cast. in. §. 1. eiusdem legis n. 4. sequitur Ioan. Horoscus in dicta. l. 1. §. fin. nu. 7. sic etiã quælibet causa licet iniusta excusat à pœna proclamatis siue decreti publici, vt cum alijs tradit Octavianus decisio ne Pedemonta. 71. nu. 17. Sic etiam quælibet ignorantia etiam iuris excusat à dolo, vt te-

net glo. in. l. plagij la segunda verb. iusta ducti. C. ad legem Flau. de plagiarijs. l. igitur. ff. de lib. causa. l. 1. in fine. ff. de abigeis. vbi hoc notat glo. verbo, Iustificationibus. & hæc est communis, regula. secundum Curtium Iuniorum in. l. 1. nu. 6. ff. quod quisque iuri sequitur Iason, alios referens in. l. qui iurasse in principio. nu. 5. ff. de iure iur. vbi addit quod quælibet credulitas excusat à dolo, & quod bona fides potest causari etiã ex iniustis & temerarijs causis, qd̄ ibi dicit metitenendũ ex testimonio Baldi, & hæc sententiã glossarũ. quod quælibet causa etiam iniusta excuset à dolo testatur communem plures referens doct. Antonius de Padilla in. l. si quis maior. nu. 42. C. de transactionibus. Imo causa etiam bestialis excusat à dolo secundum Aimon Crauet. consilio. 46. nu. 14. quæ refert & sequitur Rolandus à Valle, consilio. 57. nu. 10. lib. 1. doct. Antonius de Padilla, vbi supra. Et quælibet causa etiam minima iniusta & minus legitima, excusat à dolo secund. Matth. de Afflict. decisione Neapolitana. 360. n. 6. Ergo quauis iste nõ habeat legitimã exceptionẽ, quo minus restitutio spoliato faciendã sit, quoniam spolium factum à iudice incompetenti fuit nullum: imo etiam spoliatus à iudice competente iuris tamen ordine non seruato est restituendus cum fructibus ante omnia, vt in. c. conquerente. vers. Mandamus. quatenus de restitutione. spoliatorum. glo. in cap. præsentium. 7. quæst. 1. & in summa. 3. quæst. 1. text. in cap. causam matrimonij. & ibi Cardinalis in tertio Notabili. de officio delegat. Decius per tex. ibi, in. c. referente. n. 2. de præbend. saltem excusabitur à pœna harum legum, sed nihilominus tenendum est contrarium, imo quod in hoc casu, iste nec à pœnis harum legum excusatur. Primo quia paria sunt capere possessione alterius absque iudicis auctoritate, vel cum ipsa, si tamen iudex eam præstans incompetens sit. argumento. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. cum materia. & cap. 2. de constit. lib. 6. & in. c. at si clerici. ibi. sicut enim sententia à non suo iudice lata non tenet extra de iudicij: defectus eum iurisdictionis hominem priuatum facit in illa causa, sicq; gesta à iudi-

ce incompetenti sunt nulla, vt per totum titulu. C. si a non compet. iudic. fuer. iudic. ita vnico verbo censuit Aimon Crauet. consil. 302. nu. 4. versic. possit etiam. que sequitur Menoch. in octauo remed. recuper. posses. nu. 17. Hinc est quod si statuto caueatur qd r. rbas aliquem in sua possessione tali poena puniatur, erit puniendus turbas aliquem autoritate licetia inualida iuxta doctrina. Bart. in. l. iuste possidet. n. 4. ff. de acqui. posses. sic etiam non liberatur solutionem faciens alteri, quam cui debeat mandato iudicis iniusto secund. Alex. consil. 15. nu. 4. lib. 2. sequitur Additio. Bart. in. d. l. iuste. verb. Simpliciter. Didac. Perez. in. l. i. titu. 14. lib. 3. Ordin. column. 1253. paulo post princip. debet enim hoc casu debitor compulsus per viam facti ad soluendum alteri quam creditori, adhibere omnem diligentiam suam quam possit, ne solueret, vt liberetur, quia contra superioris imperium resistere no potuit, etiam si debitor sit generi secund. Bald. in. l. falsus. col. 1. n. 30. & 31. C. de furt. vbi quod si debitor si ne compulsione soluit alteri quam creditori non est liberatus, debet enim habere bonam fidem, vt legalitatem obseruet, & sic si dolum velatum adhibet in hoc non liberatur, non tamen tenetur debitor, qui compellitur a iudice magistratus alteri soluere, prius subire carceres vel cruciatum, sed agat quicquid honeste licet, vt non soluat, salute sua salua, vt in. l. nepos. proculo. ff. de verb. sign. l. ea demum. ff. de oper. lib. & inquit Paul. de Cast. in. l. 2. §. consensisse. ff. de iudic. quod non dicitur coactus facere, ille, cui iudex iubet, nisi ipse resistat iubenti, & dicat se non teneri hoc facere, & dicit hoc facere ad quaestionem debitoris exacti per officialem Tyranni, vt debeat resistere Tyranno iustum facienti, & tunc ei soluendo liberatur, alia si no resistit & sponte soluit no liberatur supradict. etia ex Bald. & Paul. de Cast. sequitur Matth. de Afflict. decis. Neapol. 150. n. 21. & sequentibus. & quod debitor hoc casu antequam soluat debeat contradicere probatur in. l. ait praetor. §. permittitur. ff. de minor. quod in terminis tenet idem Paulus de Cast. in. l. 2. n. 3. C. si aduers. solut. Imo & hoc casu quando ex-

preste appareat iudicem iniuste precipere, non liberatur depositarium sponte reddente & no appellatem ex supra dict. doctrina Bald. in dict. l. falsus. col. fin. C. de furt. existimet Greg. Lop. in. l. 3. glo. 1. tit. 3. p. 5. quod, in eo, qui iuravit soluere intra certam diem creditori si iudex precepit debitori sub poena ne soluat, quod sit excusatus si appellet, cum Hostien. & alijs probauit idem Matth. de Afflict. decis. Neapol. 328. n. 3. Quinimo & hoc casu consalut Did. Perez. in. l. i. titu. 10. lib. 3. Ordina. col. 1144. in princ. qd debitor requirat suum creditorem cum precepto sibi facto de restituendo tertio, vt dicat de iure suo, quia cogitur soluere alteri & non potest aliud facere, & sic protestetur, vt soluendo sit securus: ex supra dictis, igitur primo suadetur hac secunda pars principalis nostre quaestionis.

Secundo, hac sententia probatur ex nostra. l. in verbis supra relatis, ibi, *Sim mandado de juez legitimo*: Ergo si mandato iudicis illegitimi, hoc est, incompetens illam ceperit erit puniendus. Tertio, in terminis clarius probatur per. l. statim sequentem, scilicet. l. 6. in versic. *Pero si*. ibi, *Que por mandado de juez competente tomò la posesion, &c.* Et statim, *Que en tal caso se impida la execucion de la dicha ley: En otra manera mandamos q la dicha ley se guarada segun que en ella se contiene, sin ninguna dilacion, y sin embargo de la tal oposicion.* Facit etiam. l. 3. supra hoc tit. ibi, *Similitudencia e autoridad de juez competente*, Et ibi notat glossator nouus in casu. d. l.

No obstat glo. d. l. pleriq; cu coi supra allegata, quia primo respondeo, qd in nostro casu no procedit: quia contrarium per nostram l. reperitur expressum. Secundo, respondeo qd licet qualibet causa etiam iniusta excuset a dolo, vel multa, non tamen a lata culpa, nec poena legis, vel statutaria, secundum Ias. alios allegantem in. l. iuste possidet. n. 31. & 32. ff. de acquir. poss. qui est videndus a. n. 24.

¶ Finis. 81. Quaestionis.

SVM

SUMMARIUM.

1. **A**N debitor fugitiuus vel suspectus de fuga possit impune capi a suo creditore, attenda hac. l. 5. titu. 13. lib. 4. Noua Collect. Reg. affirmatiue deciditur.
2. Clericus suspectus de fuga potest capi a creditore sine metu excommunicationis.
3. Supra dicta procedunt dummodo intra terminum. 24. horarum debitor captus suo iudici competenti producat.

Dict. l. 5.

QVÆSTIO. LXXXII.

1. **Q**Uæro secundo circa eandem. l. an debitor fugitiuus vel suspectus de fuga, possit impune capi a suo creditore, attenda hac. l. & videtur qd non quia lex hac generaliter atque sine exceptione prohibet creditorem capere debitorem suum, ipsiusque bona sub poenis in ea contentis, ergo generaliter debet intelligi, vt nullo casu, id liceat arguendo: l. de pretio. ff. de public. in rem act. cum simil. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, quia. l. nostra in sua generalitate, cum nostrae quaestionis casum minime excludat, intelligenda est iuxta ius commune, quo cauetur vt creditor possit propria autoritate capere debitorem fugitiuum vel suspectum de fuga, vt in. l. generali. C. de decurion. lib. 10. Roder. Suarez late in. l. 2. tit. de los emplazamientos. per illam l. lib. 2. fori. n. 20. & pluribus sequentibus. vbi late ampliat & limitat congerens aliqua requisita ad hoc vt locum habeat supra dict. conclusio, Didac. Perez in. l. 17. titu. 14. lib. 2. Ordin. col. 563. & in. l. 5. titu. 14. lib. 3. Ordin. col. 1265. vbi alios allegat, quod adeo verum est vt clericus suspectus de fuga capi possit a creditore sine metu excommunicationis, hac est communis opinio, vt pluribus relatis testatur Didac. Perez dict. col. 563. Supra dicta
- 2.
- 3.

procedunt dum modo intra terminum. 20. horarum praed. debitor captus a suo creditore in fuga vel cum suspitione eiusdem producat in carcere publico coram iudice competenti, vt in. l. cap. 5. ff. de adult. glo. 1. in. c. cum non ab homine. de iudic. hodie in tra. 24. horas, vt expresse cauetur in. c. 2. legu de la hermandad. quæ est. l. 2. tit. 13. lib. 8. huius Noua Collect. Reg. ibi, *Y entienda se fer carcel prinada, salvo si el acreedor pretendiere a su deudor que se va ya huyendo, o tuuiere poder, o facultad que su deudor le ayadado por escriptura para que lo pueda prender no le pagando su deuda, entregando de lo, toda via en estos dos casos a la persona que assi prendiere dentro de veynte y quatro horas a los alcaldes ordinarios del lugar mas cercano que no sean subjectos al dicho acreedor.* Lex igitur nostra, cum generalis sit intelligi debet procedere generaliter, praeterquam in casibus specialibus a iure communi expressis, praecipue in nostro casu qui no solum iure communi, veru etiam Regio. nouiori exceptus est, vt in. d. l. 2. De la hermandad. Hoc quoque meo iudicio est absque illo dubio veru concurrentibus necessarijs, de quibus per Roder. Suar. vbi supra.

¶ Finis. 82. Quaestionis.

SUMMARIUM.

1. **C**Arcer priuatus an sit quando creditor mandato iudicis cepit debitorem, et postea rogatu ipsius debitoris eum custodiuit in domo sua, ne eum alij creditores interdicerent? deciditur negative.

Eadem. l. 5.

QVÆSTIO. LXXXIII.

1. **Q**Uæro tertio, quid si creditor autoritate iudicis ceperat debitorem & eum ducebat ad carcerem, debitor

bitor rogauit eum vt ipsum custodiret in domo sua donec sibi solueret, quonia si duceret eum ad carcerem habebat alios multos creditores, qui eum ibi interdicerent (hoc est, le recomendassen) vnde creditor, eum tenuit & custodiuit in domo propria an hoc sit carcer priuatus, & incuratur in poenam, de qua in hac. l. & videtur primo, quod sic ex text. in. l. 1. C. de priuat. carce. in hib. cui consonat. l. 15. tit. 29. part. 7. vbi prohibetur fieri carcer priuatus sub poena mortis, quæ. II. indistincte loquuntur & in fauore publicum, cui renuntari non potest per debitorem, argumento. l. ius publicum. ff. de pact. c. si diligenti. de for. compet. cum similibus. Nihilominus tamen cum ista quæstio in factu contingentia verteretur Beringomi, contrarium in praxi fuit obtentum, vt testatur Alber. in dict. l. 1. C. de priuat. carcer. nam volenti non fit iniuria, fraus, nec dolus. l. 3. §. si quis volentem. ff. de lib. homin. exhibe. l. cum donatio. ff. de transact. glo. in. l. interdum. fur. §. qui furem. in glo. damnato. ff. de furt. quam opinione. in terminis refert & sequitur Grego. Lopez, in dict. l. 15. in gl. mag. ad fin. vers. sed quid si creditor. Didac. Perez, in dict. l. 5. tit. 14. lib. 3. Ordin. & ita est tenendum. Non obstat. dict. l. 1. C. de priuat. carcer. & dict. l. 15. cum ea concordans, quibusiam loquuntur in eo, qui habet locum deputatum carceris ad detinendum ibi, quoscunque homines, cum enim iste talis vsurpet merum imperium dicitur reus lesæ Maiestatis, quo casu cum versetur fauor publicus in contrarium, merito quod debitor ei renuntiare minime possit pro quo intellectu faciunt verb. dict. l. patti. ta. ibi, *E si otro de aqui adelante fiziere carcel por su autoridad, o ceptos, o cadena, sin mandado del Rey, è meti esse homes en prisiones en ella, mandamos que muera por ello*, Ponderanda sunt verba illa legis, duo enim copulatiue requirit, vt patet, nempe quod faciat carcerem priuatum, & quod in eo homines in vinculis iniiciat: aliud præterea est considerandum, nempe requiri frequentiam actuum, vt constat ex illis verbis, *E meti esse homes en prision en ella*: Quæ

omnia cessant in nostra quæstione: quia nec in casu ipsius sit carcer, nec detinentur homines in eodem initium fuit licitum, hoc est, captura cum mandato & licetia iudicis competentis, & finis, hoc est, detentio voluntariam in domo creditoris non fuit illicitus, imo familiaris, quandoquidem voluntate debitoris & ad ipsius instantiam, postulationem atque vtilitatem fuit facta detentio, ne vexaretur ab alijs creditoribus, & sicut ab initio potuit debitor creditori concedere facultatem ipsum capiendi propria autoritate, vt in. l. 2. tit. 13. lib. 8. Nouæ Collect. Reg. ita etiam & potiori iure postquam fuit captus autoritate iudicis potuit, eidem licentiam concedere vt eum in domo detineat: quo fit vt ex verbis. d. l. partite supra relatis approbetur. Iam opinio Iacobi Butric. de qua per Bald. in. d. l. 1. C. de priuat. Carcer ipsam intelligentis in supra dicto casu, vt modo dicebamus prout refert Greg. Lopez, in dict. l. partite in supra dict. glo. mag. in princip. Non obstat etiam nostra lex, quia loquitur in capiente & detinente debitorem inuitum & nolentem propria autoritate absque iudicis mandato, vt constat ex ipsa ibi, *Prenden aquel que algo les deue, si menos puede que el*, Et præterea ex rota contextura huius. l. & l. 6. statim sequentis.

### ¶ Finis. 83. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **I**urisdicção civilis & criminalis quo tempore iure regio præscribatur aduersus regem? & numeris sequentibus, vbi resoluitur requiri tempus immemorabile.
- 2 **I**n tellectus l. final. titu. 13. libr. 3. Ordin. vet.
- 3 **I**n tellectus huius. l. 1. tit. 15. lib. 4. Nouæ Collect. Reg.

L. 1.

## L. 1. tit. 15. De las prescripciones lib. 4. Nouæ Collect. Reg.

### QVÆSTIO. LXXXIII.

- 1 **Q**uæro circa. l. 1. tit. 15. de las prescripciones. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. agentē de præscriptione iurisdictionis civilis & criminalis, quo tempore de iure regio præscribatur iurisdictioni civilis & criminalis aduersus regem? Et videtur quod iurisdictioni criminalis præscribatur centum annis, civilis vero. 40. vt in. l. 6. quæ est finalis, in vers. Y establecemos: Et in versic. pero. tit. 13. lib. 3. Ord. vet. Nec obstat prima pars illius. l. quæ tempus immemorabile videtur requirere ad præscribendam iurisdictionem criminalem aduersus regem: quoniam agit de iurisdictione ante illius. l. constitutionem per nobiles, aliosque priuatos obtenta in aliquot Ciuitatibus & Villis à se possessis: vltima vero pras præd. eiusdem. l. quæ de ceteraria & quadragenaria præscriptionibus tractat, tantum loquitur de iurisdictione post eam. l. acquirèda, & hæc est differentia & verus sensus inter primam & secundam illius. l. partes, vt constat ex verbis eiusdem, clariufq; ex. l. 2. ab Alphonso Rege Còpluti condita Era Cæsaris. 1386. tit. 27. apud veteres eiusdem Alphòsi leges ex qua depròpta fuit dict. l. 6. atq; in specie ita tenent & interpretantur Petrus Auendañ. lib. 1. c. 1. prætorum num. 21. insignis Couar. in Reg. possessor. 2. part. §. 3. n. 4. Didac. Perez. in. d. l. 6. col. 1244. vers. quæro vtrū. & nouissime Ignatius Salcedo, in adnotation. ad Regul. Bernar. Diaz de Luc. Reg. 397. in vers. explicandum tamè est, & hic est congruentior literæ illius. l. sensus, meo iudicio, quam alius positus à Couar. vbi supra quem refert & sequitur Didac. Perez, vbi supra nempe quod in. l. 1. parte illius. l. sufficiat immemoralis præscriptio, in posteriori vero loco huius immemoralis sit necessaria, ceterum vel. 40. annorū præscriptio. titulo saltem allegato: qui alioqui probandus est in quadragenaria præscriptione quæ

iure còmuni immemoralis defectum supplet iuxta text. in cap. 1. de præscript. in. 6. Nam intellectus hic quauis in se verus sit, diuinat tamen ad literam dict. l. in qua de tituli allegatione nec verbum vllum. ideo verior & tenendus est primus supra assignatus.

Sed hodie iure nouissimo huius regni nempe per hanc nostram. l. 1. tit. 15. de las prescripciones. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ. supradicta videntur correctæ quadoquidem nouiter additur per regem nostrum inuictissimum Philippum. II. ann. 1566. vt possessio immemoralis legitime probata sufficiat ad acquirendum còtra regem, Ciuitates, Villas, & Oppida siue Castra iurisdictiones civiles & criminales, & c. sic quæ videtur per hanc. l. tenendum, vt hodie non sufficiat minus tempus quam immemorabile ad præscribendum Ciuitates & villas, & iurisdictiones civiles & criminales earundem. Posset tamen subtiliter intari his verbis, minime induci correctionem dict. l. 6. Ordinamenti veteris, cum ipsa expresse nõ inducatur: quia non requirit præfatam immemorabilem possessionem hæc noua lex ad præscriptionem iurisdictionum civilis & criminalis: sed tantum decidit ipsam sufficere ad acquisitionem Ciuitatum, Oppidorum & iurisdictionum earundem simul, vnde non tollit tempus centum nec quadraginta annorū ad acquisitionem iurisdictionis criminalis & civilis, respectiue sufficiens per dict. l. 6. quæ videtur remanere in suo robore, cum expresse nec tacite videatur correctæ.

3 Sed nihilominus teneo contrarium attentam nostram. l. 1. nouiori, vt requiratur hodie tempus immemorabile ad præscribendum còtra Regem iurisdictionem civilem & criminalem: nec obstat subtilis consideratio supra in contrarium facta, quoniam ipsa diluitur animaduertèdo quod in hac. l. 1. inferitur pars tenoris. l. antiquæ Regis Alphonsi supra allegatæ, quæ in hac partem immemoralis possessionis conducit: & verba quæ præteritam possessionem significabant amouentur & noua decisio stabilitur, quæ ad futura pertinet his verbis: *Or denamos, y mandamos, que la possession immemorial, & c.* Et à rege nostro

stro



stro Philippo cætera de centum, & de. 40. ann. præscriptione, quæ in dict. l. veteri erât, resecantur atque reijciuntur, & sic aperte sublata videntur præd. centenaria & quadragenaria præscriptiones, earumque loco immemorialis possessio in posterum collocatur, vt constat ibi, *Baste para adquirir contranos, &c.* Loquitur enim de immemoriali possessione, ergo ad tempus futurum refertur prout est ordinarium in decisionibus legum, nam respiciunt futura, non vero præterita nisi exprimat in ipsis: nec obstat sensus verbi, *Baste*. quod non videtur excludere tempus centum, & quadraginta annorum sufficiens ad præscribendum, attenda dict. l. 6. nam id procederet si verba dict. l. veteris. admittentia dictas præscriptiones centum, & quadraginta annorum sublata non fuissent in nostra. l. noua, sed cû ipsa iam deleta sint apertissime constat de mente legislatoris volentis, vt præd. præscriptiones temporales minime sufficiant, sed requiratur immemorialis possessio: idq; iuuatur ex præfatione eiusdem. l. ibi, *Y sea dudado si lo susodicho se puede adquirir contra nos y nuestra cororapor algun tiempo. Ordenamos y mandamos, &c.* Ergo verbum, *Baste*. postea sequens quod venit ad declarationem dubij præcedentis, tempus necessarium ad acquisitionem dictarum rerum significat, nam si aliud tempus sufficeret haud satis rectè dubium expediret, nec concludenter decideret, quod non est dicendum nec præsumendum in legislatore: præterea hæc decisio legis minime de dubio feriret, si solû intelligeremus, quod sufficeret immemorialis possessio, non excludendo præscriptiones, centum & quadraginta annorum: quia si sufficeret tempus quadraginta annorum, à fortiori tempus immemoriale, quare his omnibus simul iunctis perspicuum satis efficitur per hanc. l. nouam corrigi veteres respectu præscriptionum centum & quadraginta annorum, & requiri hodie tempus immemoriale ad præscriptionem iurisdictionum ciuilibus & criminalibus: & ita teno, saluo meliori iudicio: quod licet nõ ex-

professo, aliud agens voluit nouissime doct. Molina de Hispan. Primog. lib. 2. c. 6. nu. 32. dum dicit in præscriptione iurisdictionis requirere immemorialem. l. fin. tit. 13. lib. 3. Ordin. quæ hodie est. l. i. tit. 15. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ, & iterum expressius dict. c. 6. nu. 46. vbi referens dict. l. si. requirerem centum annorum præscriptionem in iurisdictione acquirenda, inquit, quanuis in dict. Noua Collectione legum Regni hodie aliter dispositum sit: sed post hæc scripta inueni hanc meam sententiam expresse tenentem licet nõ ita fundet nouissimum Modernum Matienzo, in. l. i. tit. 10. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. glo. 19. nu. 5. vbi dicit quod per hæc nostrâ. l. i. merû imperium & quælibet iurisdictione immemorabili tempore præscribitur, non vero alio minori tempore, iurisdictionem etiam ciuilem præscribi, vt hic statuitur, quicquid. l. veteri Ordinamenti statutum fuerit, & sic. l. nostra. i. iam non egeat declaratione, quam ei accommodatit Couar. Auendan. & Didac. Perez, vbi supra.

¶ Finis. 84. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

1. **S**cientia Principis an requiratur in præscriptione immemoriali contra ipsum? resoluitur negative.
2. **S**cientia Principis requiritur in præscriptione. 40. ann. contra ipsum.
3. **S**cientia Principis in casibus in quibus requiritur ad introducendam præscriptionem sufficit, quod officiales & procuratores regis, vel principis sciant, vt ei præiudicetur.

Eadem. l. i.

### QVÆSTIO. LXXXV.



Vero secundo, circa eandem. l. i. an in hac præscriptione immemoriali contra principem requiratur ipsius scientia? Et fanè res est in-

est inter doct. satis controuersa; adeo vt sint duæ opinioniones in hoc contrariæ; vt constat ex infra allegandis authoribus; mihi autem ea semper vltima verior & tenenda fuit, vt præd. scientia in præscriptione immemoriali minime requiratur propter tantum temporis vsum & vim, quam habet immemorialis præscriptio, præmaximè cum etiam si ipsa scientia necessaria esset, eadem præsumenda erit saltem regum prædecessorum in vfu tam longæuo: non enim verisimile est reges, vel saltem supremum consiliû regale illum ignorasse vsum, præsertim cõcurrentibus aliis coniecturis, quæ hinc præscriptioni suffragentur, vt cum communi plures allegas post longâ disputationem tenuit Couar. in Reg. possessor. 2. parte in initio. n. 8. cõcludens eadem vtilè semper esse scientiæ allegatione in proposito, quia si ea probari potuerit, cõtrouersia cessabit, si autem non probetur obseruetur opinio, quæ ex his iustiore causam habeat, refert & sequitur Didac. Perez in. l. fin. titulo. 13. lib. 3. Ordinam. col. 1243. vers. dubitatur præterea. eadem probat doct. Anton. de Padilla in. l. i. nu. 51. C. de feruit. & aqua. Item Ioan. Baptista, Villalob. in sua Antinom. iur. litera. P. nu. 269. dicens communem. Et Ignatius Salcedo, in Adnotat. ad Regul. Bernard. Diaz. 397. in vers. 2. adnotandum est, & ante eos hanc partem intrepidè tuetur Auend. i. part. c. i. prætor. nu. 22. cuius quoddam fundamentum, nempe quod hæc præscriptio causatur ex volûtate regis, vt in hac. l. & sic apparet de regia volûtate & scientia, vt solo temporis lapsu procedat præscriptio iurisdictionis, mihi nõ placet, quoniam etiam si cõstet de volûtate regis in communi & generali, vt præscriptione immemoriali acquiratur contra ipsum iurisdictione atque merum imperiû, non tamen cõstat de scientia ipsius in particulari, nempe quod hic vel ille nobilis vel alter præscribat iurisdictione vel merum imperium talis ciuitatis vel oppidi: quare & si hæc pars negatiua verior sit non tamen vrget pro ea fundamentum proximè relatam ex Auendan. sed, quod supra dictum est, nempe propter longissimû vsum, ac vim immemorialis: cum ipsa habeat vim

privilegij, vt in. c. præterea. §. super quibusdâ. de verb. signif. cum similib. Aimon Crauet. de Antiquit. tempor. 4. part. princip. c. absolutis differentijs. n. 9. & hanc sententiam negatiuam receptiorem videri plurimos allegans aduersus alios testatur decif. Pedemon. 101. num. 20. & eam veriore & magis communem esse, videri testatur Alex. consil. 6. n. 4. lib. 1. & alij plures relati à Tiraq. de Nobilit. quæst. 14. nu. 4. sequitur Balb. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 2. nu. 22. Anton. Gabriel. in suis communi. opin. in tit. de præscrip. concl. i. n. 59. suffragatur præterea huic opinioni quod nostra hæc præfens. l. i. Regia; hanc scientiam nõ requirit nec eius meminit, cum tamen circa immemorialem possessione nouam decisionem contineat, vt in quæstione præcedenti resoluius: illud tantum requirit quod immemorialis possessio probetur iuxta formam traditâ in. l. 41. Tauri. quæ est hodie. l. i. tit. 7. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. vbi quoque nulla fit mentio scientiæ eius cõtra quem præscribitur, vel consuetudo immemorialis inducitur: rectè igitur ex nostra. l. ita ponderata, ac vrgeret constat hodie non requiri scientiam in casu nostro; probata immemoriali possessione iuxta formam dict. l. Tauri. Quare Palat. Rub. qui solus è nostris Hispanis (quos ipse viderim) in Repet. c. per vestras. 2. notab. num. 43. de donat. inter vir. & vxor. in terminis nostræ. l. tenuit cõtrarium, non est audiendus, vt cæteri supra relati auctores existimant, & præcipue doct. Anto. de Padilla. vbi supra, nu. 52. Cuius Palatij Rub. opinio in præscriptione. 40. ann. de qua in. d. l. si. Ordinam. vet. procedere posset iuxta præfatos auctores, quanuis Petrus Auend. adhuc in hac quadragenaria præscriptione. non requirit principis scientiam teneat attenda. d. l. regia, quod ipse non probo, & illum carpit Salcedo, vbi supra, & late Ioann. Baptista. Villalob. vbi supra, dicens adherendum esse communi opinioni, quæ in hoc est in contrariû, vt ipse Auend. eam esse communem profiteretur, refert tamen ipse Villalob. verbum notandum Aimon Crauetæ de Antiquit. temp. dict. 4. parte, in verbo, Absolutis differentijs:

tij. n. 23. & sequētib. quod in casibus in quibus requiritur ad introducendam præscriptionem scientia principis sufficit quod officiales ac procuratores regis vel principis sciant, vt ei præiudicetur ex Bald. cōsil. 340. volum. 5. & Paul. de Castr. consil. 203. incip. viso quodam saluo cōducto. col. 2. post medium. vers. Ad secundum respōdetur. lib. 1. quod verissimum videtur ex traditis per Aimon, & Couar. vbi supra, & Tiraquel. etiā vbi supra, num. 3.

¶ **Finis. 85. Quæstionis.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 **Q**uadragesima anni cum titulo eius, qui cōcedere possit an sufficiant ad præscribendum iurisdictionem civilem & criminalem contra regem? resoluitur affirmatiue.
- 2 **R**equiritur tamen hoc casu principis scientia vel suorum officiariorum.

**Eadem. l. i.**

**Q V Æ S T I O. L X X X V I.**

**Q**uæro tertio, circa eandem. l. i. an in casu eiusdem, loco immemorialis possessionis sufficiat quadragesima annorum vsus cum titulo eius, qui concedere eum poterat? Et videtur non sufficere ex eadem. l. vbi solum admittitur immemorialis possessio, & vt dicebamus quæstione ab hinc. 3. ipsa immemorialis requiritur, nec minoris temporis sufficit, ergo quadragesima etiam cum titulo nihil præstabit: Nihilominus tamen teneo contrarium in casu præfenti, nempe vbi constat ex privilegio à Rege dato, sed dubitatur an ex ipso colligatur Regem voluisse merum imperium concedere, ei, cui privilegium cōtulit, sed ipse privilegij virtute donatarius possedit merum imperium spatio tantum. 40. annorum, ista

possessio. 40. iuncta cum privilegio, cuius verba sunt obscura & prægnantia sufficit, vt acquiratur merum imperium, vt in terminis censuit Auend. dict. lib. 1. c. 1. prat. n. 21. versic. Imo vltra dico allegans pro hoc bonam. l. Regiam, nempe. l. 2. tit. 9. lib. 5. Ordinarum. veter. quæ hodie est. l. 1. tit. 10. de las donaciones. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ. ibi, *Y si por el dicho privilegio y merced, no se dixeren las dichas palabras, o alguna de ellas, pero dixere otras: conuiene à saber, que le da y dona, y enagena la villa, o lugar enteramente, no reteniendo para si ninguna cosa: O que lo da con todo poderio de Señorío, o con todo el Señorío Real como al Señorío Real pertenece: Queremos y mandamos que aya por el justicia. Si despues del tal privilegio, o merced, vso de ella continuamente por tiempo de quarenta años, no siendo en el dicho tiempo hecha interrupcion civil, o natural, por nos, o por otro, en nuestro nombre, &c.* Eandem sententiam in effectu probauit Couar. vbi supra, in Reper. Regul. possessor. 2. p. 5. nu. 4. vbi loquens de præscriptione immemoriali meri & mixti imperij, inquit, eadē tamen ratione in specie constitutionis regie sufficeret loco immemorialis præscriptionis, quadragesima annorum vsus cum titulo eius qui concedere eum vsus poterat ex text. in cap. 1. de præscript. in. 6. qui text. non leue, sed satis vt gens præbet huic opinioni fundamentum: nam ibi ad præscribendum æquiparatur immemorialis possessio & quadragesima, cum titulo: eandem sententiam tenet Modernus Matienzo in dict. l. 1. tit. 10. de las donaciones. glo. 19. nu. 4. & 5. in fin. Et sanè mentem Didaci, non caluit nec penetrauit Perez, in dict. l. 6. veteris Ordinamenti. col. 1241. dum existimauit hanc sententiam eiusdem Couar. procedere posse in possessione civili, nõ in criminali, cum in ipsa tantum centenaria præscriptio locum habeat, nõ vero quadragesima, vt in dict. l. 6. Ordinamen. veter. lex etenim illa loquitur in præscriptione immemoriali,

moriali, item & cetenaria, & quadragesima sine titulo: & nostra. l. noua de qua non fecimus legimus, de sola immemoriali itidē sine titulo, vt constat ex eadem. l. 6. in illis verbis. *Porque algunos tienen ciudades, villas y lugares, en estos reynos y señoríos, y no tienen títulos derechos de los Reyes donde venimos, de la justicia y jurisdiccion civil y criminal, en los tales lugares.* Et ex. d. l. 1. Nouæ Collect. Reg. ibi, *sin tener para ello título nuestro ni de otros Reyes nuestros antecessores, &c.* At vero nostra quæstio procedit quādo adest titulus regius, hoc est, privilegium, cuius verba sunt prægnantia & obscura, apta tamen ad cōprehendendum merum imperium, non tamen præcipue & in specie conceditur, item & virtute ipsius privilegij adest cōtinuus vsus longeuus. 40. annorum, ipsum privilegium ita interpretans, sicq; nostre quæstionis casus est diuersus valde à casu harū legū regiarum: & potest procedere etiam hodie attentā nostrā hac. l. regia præfata sententia in præscriptione meri imperij & iurisdictionis criminalis, tūm ex dict. c. 1. de præscript. in sexto. tūm etiam attentā. d. l. regia quam allegauit Auend. vbi supra, nempe. l. 2. tit. 9. lib. 5. Ordin. veter. hodie. l. 1. tit. 10. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. vt sit præfata dictū, quicquid alias dicat Glossator in. d. l. 9. Requiritur tamē meo iudicio, hoc casu principis scientia, vel suorum officiariorum, vt cum alijs aduersus Auend. supra. q. præcedenti tenui. Non obstat modo nostra. l. 1. regia: quoniam loquitur in præscriptione immemoriali sine titulo: nos vero agimus in quadragesima cū titulo prægnante, quæ idē operatur, q̄ immemorialis absq; titulo, vt in. d. c. 1. de præscript. lib. 6. ex quo etiā nõ obest q̄ præfata nostra. l. fit nouior q̄. d. l. 1. tit. de las donaciones, qm̄. l. illa, de las præscriptiōnes, vt modo dicebamus loquitur in præscriptione sine titulo: hæc vero de las donaciones in præscriptione cū titulo prægnati sufficienti ad cōprehendendum merum imperium, non etiam obstant. l. 2. & 3. eiusdē tit. de las donaciones, quoniam nos agimus in casu, quo

titulus sine privilegij possit cōcedi, sitq; validum, dubitatur tamen an cōprehendat merum imperium nec ne, habet enim verba generalia atque prægnantia, ad illud comprehendendum apta.

¶ **Finis. 86. Quæstionis.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 **I**urisdictionis civilis et criminalis præscribitur cōtra dños particulares tempore ordni. 10. & 20. annorū cū scientia & patientia illius contra quem præscribitur.
- 2 **B**ona fides & titulus hoc casu requiritur.
- 3 **I**urisdictionis quando transit ad priuatā personā amittit quātum ad præscriptionē qualitatem regie iurisdictionis.
- 4 **I**mmunitas à collectis regi debitis nõ præscribitur minori tempore. 40. ann. priuato vero tempore. 10. & 20. ann.

**Eadem. l. i.**

**Q V Æ S T I O. L X X X V I I.**

**Q**uæro quarto, circa eandem. l. i. an huius. l. dispositio circa tempus præscriptionis meri imperij & iurisdictionis requisitum procedat, non solum quādo agitur de præscribenda iurisdictione Regis Castellæ, sed etiam contra inferiores dominos, puta Duces, Comites & Marchiones aut alios habentes iurisdictionem: & videtur q̄ sic cum isti habeant iurisdictionē à rege privilegio vel præscriptione immemoriali, ergo cū eadem causa & prerogatiua. Nihilominus est tenendum contrarium in hoc casu, nempe vt præscribatur iurisdictionis contra præfatos dominos particulares tempore ordinario decem annorum inter præfatos, & viginti inter absentes cum scientia & patientia illius cōtra quem præscribitur, quæ habet vim tituli, vt in. l. 2. C. de seruit. & aqu. facit. l. fi. C. de lōg. temp. præscrip. tradit Bernard. Diaz de Luc.

Regul. 397. & in terminis nostris ita tenentur. Auendan. cap. 1. præ. lib. 1. num. 21. versic. sexto deducitur. D. Couar. in Regul. possessor. 2. part. relect. §. 3. nu. 5. vbi pluribus eam sequentibus relatis testatur esse communem in quo frequentiores conueniunt secund. doct. Anto. de Padilla, in l. 1. num. 53. C. de seruit. & aqu. eandem sequitur Ignatius Sallced. in Regul. 397. & probatur in præfata. l. regia. quæ semper agit de præscriptione contra regem: ergo contra alios seruari debet ius commune minus tempus requirens, & isto casu quia communis præscriptio sufficit, bona fides & titulus requiritur, vt in. cap. fi. de præscript. quod aduertit & bene Auendan. vbi supra. sic quando iurisdic. transit a priuata in personam amittit quantum ad præscriptionem qualitatem regie iurisdictionis, vt cum iudicio notauit Iaf. in l. fin. n. 21. C. de sacrosanct. Eccl. relatus ab Auenda. vbi supra.

4 Conducit decis. Nicolai Boerij. 246. vbi concludit quod immunitas à collectis si debentur regi non præscribitur minori tempore. 40. ann. si vero debetur priuato ex priuilegio præscribitur communi decem & viginti annorum.

¶ Finis. 87. Quæstionis.

SUMMARY.

1 Iurisdic. suprema regis faciendi iustitiam in defectum aliorum dominorum (hoc est, La mayoría) an præscribi possit? quod non.

Eadem. l. 1.

QVÆSTIO. LXXXVIII.

1 Vero quinto & ultimo, circa eadem. l. an præscribi possit maioria, & sic contra supremam potestatem principis secularis faciendi iustitiam in defectum aliorum dominorum, hoc est, quando alij domini inferiores, eam non faciunt? Quam quæstionem latissime agit ad vtrâq; partem, Felin. in. c. cum non liceat. nu. 10. &

sequentibus, de præscript. vbi plurimis autoribus & considerationibus pro vtraque relatis atq; expensis neutram firmat; volens potius notari de obscuritate quam de audacia, vultur posse præscribi, vt quis non subdit Imperatori: quam expressè refert esse magis communem: nempe quod præscribi possit aduersus supremam potestatem principis secularis Aymon Crauet. de antiquit. tempor. in. c. incip. materia ista singularitatis testium. n. 73. fol. 212. & sequenti. vbi eam probat. Nihilominus tamen contraria sententia & sic negatiua in proposito est verior & magis recepta atq; per docto. sequata, vt constat ex eod. Aymon. vbi supra. n. 72. & late per D. Didac. Perez, in l. 6. tit. 13. lib. 3. Ord. & per Matien. in l. 1. tit. 10. glo. 10. n. 2. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ, quæ opinio expressè in hoc regno approbata est per hanc nostram. l. 1. tit. 15. de las prescripciones. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. in illis verbis. *Perola iurisdiction civil, o criminal suprema, que los Reyes han por mayoria y poderio Real, que es de la fazer y cumplir dode los otros señores y juezes la menguaren: Declaramos que esta no se pueda ganar ni prescribir por el dicho tiempo, ni por otro alguno.* Et cum habeamus. l. regiam hoc expressè decidentem non oportet amplius de hoc dubitari, sicq; hæc. l. approbat prædict. opin. negatiuam de iure communi veritatem atque receptiorem.

¶ Finis. 88. Quæstionis.

SUMMARY.

1 Præscriptio anni & diei cum titulo et bona fide, de qua in quibusdam. ll. Regis sit admissa in praxi ac proinde obseruanda? quod non, nisi in partibus, vbi consuetudo hunc forum admiserit.

2 Lex civilis vel regia referens aliquam consuetudinem alicuius loci cæq; confirmans, an debeat valere vt lex, vel vt consuetudo.

3 Quod colligitur ex præfationibus dicitur expressè

expressè actum & si deficiat in dispositione.

- 4 Præfationes præstant lumen dispositioni & per eas tollitur incertitudo.
- 5 Præfatio legis dat intellectum toti legi.
- 6 Ex præfatione statuti dispositio restringitur extenditur & declaratur.
- 7 Præscriptio anni & diei, vbi forum vsu admissus probatus fuerit cū titulo & bona fide prodest tantum quo ad possessionem, secus, quo ad proprietatem.

L. 3. tit. 15. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. LXXXIX.



1 Vero an. l. 1. tit. 13. lib. 3. Ord. veteris, loquens de præscriptione rei immobilis per annum & diem, cum titulo & bona fide sit admissa in praxi atq; proinde obseruanda? & videtur qd sic cū declaratione. l. 192. & 242. styli, quia est lex regia ius nouum inducens, vt patet ex verb. *Establecemos, iuxta gl. c. literas. de rescript. tum etiam quia. ll. in illo libro posita habet vim legis dispositiuæ quauis ante essent. ll. fori, vt in proemio. d. Ordinamenti cauetur, quod præmaxime hodie habere locum videtur cum præd. l. Ordinamenti sit posita in noua Compilatione legum huius Regni, nempe in. l. 3. tit. 15. lib. 4. & in terminis ita tenere videtur. doct. Anto. Gom. in. l. 45. Taur. nu. 102. vers. Hodie tamen in nostro regno.*

Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imo qd prædict. ll. Regiæ in praxi, nõ sint admissæ nec in iudicio admittendæ, nisi in ciuitatibus & oppidis vbi prædict. forum vsu obtentus fuerit aliàs secus, non enim est præsumendum Reges Catholicos voluisse tot. ll. iuris communis partitarum & alias de præscriptione agentes tollere, nisi in partibus vbi illud forum vsus admiserit, vt testatur

in signis Couar. in Regula possessor. 2. p. §. 11. nu. 7. de Regul. iur. in. 6. cum quo transire videtur quauis fluctuans Didac. Perez, in. d. l. Ordin. vet. & ita est tenendum prout videtur iam in praxi non admissam fuisse dictarum legum dispositionem, quauis super eolis principaliter vertebatur, & quia non fuit probatus vsus ipsarum explorat. filidum.

Non obstat. d. l. Ordinam. quia dicitur attentis verbis ipsius videatur nouum ius decideret atq; statuere, si tamen ad eius originem attendamus, cui est standum, quod est legum veterum Regis Alphonfi Era. 1386. manifestum fiet non vim dispositiuam legis nouæ habere, sed interpretationem. l. 2. tit. 11. lib. 2. for. legum, quæ quidem. l. fori iur. in moribus & vsu fori aliquot ciuitatum; habentibus, vt possessor rei immobilis inter præfates per annum & diem pacificus non possit postea in iudicio conueniri, sed se defendere posse præscriptione: quam. l. forensis non aliter Rex Alphonfus statuit procedere quàm si possessor titulum & bonam fidem haberet, non tamen ex hoc. l. nouam. voluit sancire, sed veterem forensis interpretari: eodem iure forensi procedunt. d. ll. styli. Hæc eadem responsio plenius adaptatur ad nostram. l. 3. Nouæ Collect. Reg. nam ipsa hoc exprimit incipiens, *En los fueros de algunas ciudades se contiene, que el que tuuiere, o possyere casa, o vna, & c.* Et postea subdit. *y es dubda, si en la dicha prescripcion de año y dia es menester titulo y buena fe: Nos tratando esta dubda, mandamos que el que tuuiere la cosa año y dia, no se escuse de responder por ella en la posesión, salvo si tuuiere la cosa año y dia con titulo y buena fe.* Vides namque apertissime prædict. l. Regis Alphonfi referri in Noua collectione, non tanquam. l. nouam, sed vt interpretationem fororum aliquot ciuitatum: quod fit ita demum esse seruandam, si prædict. fori vsus probetur sicut in legibus fori & styli perspicuum est: 2 lex etenim civilis vel regia referens aliquam consuetudinem alicuius loci, eamq; confirmans debet valere vt consuetudo, nõ tamen,



vt lex, itaque debet probari vsus, sicut vide-  
 mus in l. r. Taur. referente & confirmate. ll.  
 fori, & nihilominus earum vsus debet pro-  
 bari vt in ea cauetur, ita Anto. Gomez, in l. i.  
 Taur. cap. 9. nu. 21. ad fin. cuius in hoc sen-  
 tentia, & si alias regulariter vera non sit, vt  
 patet ex late adductis. per doct. Burgos de  
 Paz, in d. l. Tauri. nu. 106. & sequentibus;  
 qui post Gregor. Lopez, & Auend. quos re-  
 ferretur contrarium, in memoriam tamen An-  
 tonij Gomez, vbi supra, attamen in casu no-  
 stræ præfationis recte procedere potest: quo  
 animo nostra Regia, 3. minime prædict. fo-  
 rum siue consuetudinem, quam refert con-  
 firmat, non approbat, sed tantum interpre-  
 tatur in sensu, vt supposito prædict. foro;  
 & vbi is sit requiratur, titulus & bona fides  
 ad præscriptionem possessionis per an-  
 num & diem, lex enim hæc localis est vbi  
 adhibetur, vt constat ex ipsius princi-  
 pio & præfatione, ibi, *En los fueros de  
 algunas ciudades se contiene, &c.* Nam  
 illud, quod colligitur ex præfationibus dicitur  
 expressè actum & si id deficiat in disposi-  
 tione. l. si. ff. de hæred. instit. rex, vbi Bart. &  
 cæteri in l. si. ff. de testam. tutel. quia præfa-  
 tiones præstant lumen dispositioni & per  
 eas tollitur incertitudo, vt inquit, Zahus in  
 l. cum quid. ff. si cert. pet. & inquit Bald. in  
 l. regula. ff. de iuris & fact. ignor. quod præ-  
 fatio legis dat intellectum iuris, refert &  
 sequitur alia addens elegantia in proposito,  
 Doct. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. c.  
 5. nu. 2. sequentibus. plura cogit Ludouic.  
 Mexia. in l. regia Toleti. de los terminos. in  
 2. parte. 2. fundamento. nu. 1. & sequentibus.  
 vbi nu. 5. ex plurium autoritate probat ex  
 statuti præfatione dispositionem, colligi  
 extendi & declarari, dispositio igitur. d. l. 3.  
 regie in casu præfationis ipsius intelligenda  
 erat, nempe, in illis ciuitatibus in quarum fo-  
 ris continetur quod in hac l. refertur, vt con-  
 stat ex eadem ibi, *Y es dubda en la dicha  
 prescripcion, &c.* Pondera verb. *Dicha,*  
 nam refertur ad præcedentia, & ibi, *Nosti-  
 rando esta dubda, &c.* ibi, *Esta,* lex enim  
 hæc vt ex supra dictis patet minime hoc ge-

neraliter disponit in omnibus partibus ho-  
 rum Regnorum, sed tantum interpretatur  
 forum supra dict. in ciuitatibus vbi is adest,  
 sicque iam non oberit nostra sententia prin-  
 cipali in quaestione proposita, siquidè ipsa  
 est declaratio regis Alphonsi prædict. forum,  
 non verò nouæ legis dispositio stans de per  
 se, vt supra est visum.

Vltimo aduerto ex dict. l. Regis Alphonsi  
 iuxta relationem literæ ipsius factam, in. d. l.  
 3. Nouæ Collect. Regie approbati intelle-  
 ctum, atque sententiam, Montalu. in. d. l. i.  
 tit. 11. lib. 2. for. in glo. Todo. in princip. &  
 Couar. vbi supra, & Anto. Gomez, in. l. 45.  
 Taur. num. 102. tenentium præscriptionem  
 anni & diei, de qua in. d. l. prodesse tantum  
 quoad possessionem, secus verò quo ad pro-  
 prietatem licet de hoc intellectu dubitet Li-  
 centiatus Pelacz de maiorat. 3. p. quæst. 6. n.  
 6. propter verba generalia. d. l. Ordinamenti  
 veter. & quia requirit titulum & bonam fi-  
 dem, & est situata in tit. de præscriptionibus,  
 id quod de proprietate & dominio, & no de  
 possessione agitur: & quauis quo ad posses-  
 sionem & proprietatem eadem. l. velit intel-  
 ligere Didac. Perez, vbi supra col. 1221. &  
 1222. præcipue attenda. d. l. 242. Styl. quæ il-  
 lud decernit, quando præscriptio est cum ti-  
 tulo & bona fide, secus sine titulo, sed vt præ-  
 dixi hæc procedit respectu possessionis tan-  
 tum, vt hodie deceditur per hanc nostram. l. 3.  
 nouissimam, & vbi foris vsu admissus pro-  
 batus fuerit alias secus: & ita est intelligen-  
 dus atq; supplendus aduocatus Granatensis.  
 Salazar, de vsu & consuetud. & stylo Curie.  
 c. 9. n. 1. fol. 119. allegans nostram. l. & per eam  
 intelliges ipsius dispositione quo ad posses-  
 sionem, debet namq; suppleri quod est pro-  
 bandus vsus fori huiusmodi, alias non erit  
 seruanda decisiõ nostram.

Finis. 89. Quæstionis.

SUMMARIVM.

**L. 63. Taur. hodie. l. 6. tit. 15. lib. 4.**  
**L. 4. Noua Collect. Reg. an procedat**  
**contra tertium rei hypothecate possesso-**  
**rem cū titulo & bona fide, & sic an titu-**  
**lus**

- 1 *lus. C. si aduers. credit. cum simil. sit bo-*  
*die correctus: respondetur quod non.*
- 2 *Tertius possessor cum titulo & bona fide*  
*prescribit inter presentes hypothecam*  
*tempore. 10. annorum.*
- 3 *Tertius singularis possessor prescribit cū*  
*titulo & bona fide. 10. annorum inter*  
*presentes, & 20. inter absentes, ius*  
*non soluendi censum impositum super*  
*re a se possessa tanquam libera, non sol-*  
*uendo præd. tempore censum, vel si minus*  
*soluti reliqui prescribit. ex quo etiam*  
*redditus decursos sunt prescripti.*
- 4 *Principalis debitor census vel annuarum*  
*præstationum & si prescribat decennio*  
*pensiones decursas ante ipsum decen-*  
*nium, postea curas nec in posterum de-*  
*currendas minime prescribit quia non*  
*prescripsit dict. tempore censum ipsum,*  
*hoc est, contractum census.*
- 5 *Debitum transacto decennio potest peti*  
*via ordinaria actione personali vsque*  
*ad alios. 10. ann. quia durat. 20. ann.*
- 6 *Prescriptis annuis redditibus præteritis*  
*quoties præscriptio opponitur à princi-*  
*pali debitore vel ipsius vniuersali suc-*  
*cessore, seruandum est ius saluum cre-*  
*ditori ad hoc, vt via ordinaria pro eis*  
*agere possit annullata executione, se-*  
*cus quando opponitur et probatur à ter-*  
*tio rerum singulari possessore, quia tūc*  
*omnino prescribuntur.*
- 7 *Per venditionem census super aliquo fun-*  
*do non venditur ipse fundus, sed tantum*  
*quodam ius percipiendi, sicque contra-*  
*bitur quadam hypotheca irregularis.*
- 8 *L. 63. Taur. nō loquitur in præscriptione*  
*hypothecæ sed debiti.*
- 9 *Loquitur etiam & procedit eandem. l. re*

- 10 *Clasula de non alienando cum hypothe-*  
*ca speciali licet impediatur alienationem,*  
*non tamen tollit præscriptionem.*
- 11 *L. 1. C. si aduersus credit. ibi, vel, qui in*  
*eorum iura successerunt intelligitur de*  
*successoribus vniuersalibus, non vero*  
*de singularibus.*
- 12 *Virtus clausule constituti cessat & ex-*  
*tinguitur per mortem constitutary ma-*  
*ximè data ipsius negligentia.*
- 13 *Virtus clausule constituti prescribitur*  
*longo tempore. 10. annorum, si possessio*  
*illo tempore penes tertium sit cum pa-*  
*tientia & negligentia creditoris.*

**L. 63. Tauri. hodie. l. 6.**  
**tit. 15 lib. 4. Nouæ Collect.**  
**Regiæ.**

QVÆSTIO. XC.



Verò, an. l. 63. Taur. hodie. l. 6.  
 tit. 15. lib. 4. Nouæ Collect.  
 Reg. vbi deciditur, *Que el de*  
*recho de executar por obli-*  
*gacion personal, se prescri-*  
*ba por diez años: y la acción personal, y la*  
*executoria dada sobre ella, se prescriba*  
*por veynte años y no menos. Pero donde*  
*en la obligación ay hypotheca, o donde la*  
*obligacion es mista, personal y real: la deu-*  
*da se prescriba por treynta años y no me-*  
*nos: lo qual se guarde sin embargo de la*  
*ley del Rey don Alonso, que puso que la*  
*acción personal se prescribiesse por diez*  
*años. Quæ. l. Regis Alphonsi, erat. l. 3. tit. 13.*  
*libro. 3. Ordinamenti veteris. quarum le-*  
*gum intellectum atque materiam late præ-*  
*alij interpretantur insignis Couarru. in Re-*  
 L 3 gula

gula possessor. 2. part. Relect. §. 11. n. 2. Auéd. 2. par. cap. 30. prat. num. 11. & sequentib. Petrus Duenas regula. 6. Didac. Perez, in. d. l. 3. & 4. Ordin. Mencha. de success. creat. §. 10. num. 28. & sequentib. nos in Repet. Anemo potest. nu. 488. & sequentib. ff. de legat. i. item in Tract. de Iuramento confirm. 3. par. c. 1. num. 15. & sequent. Sed nouissime omnium, literam ac sensum. d. l. 63. Taur. hodie. d. l. 6. bene meo iudicio explanauit Ioan. Iañez Parlador. in suo lib. rerum quoti. c. 1. §. 11. nu. 12. & sequentib. vsq; ad finem.

1. Quæro inquam an prædict. procedant contra tertium rei hypothecatae possessorem, cum titulo & bona fide, ita quod hodie sit correctus titulus: C. si aduers. credit. cum similibus legibus, ubi habetur quod tertius rei hypothecatae possessor præscribit illam cum titulo & bona fide aduersus creditorem tempore ordinario. 10. annorum inter præfentes, & 20. inter absentes. & requirantur in his legibus 30. anni, ut in hac. Lan vero hæc l. solum intelligatur inter personas principales, nempe, in debitore principali contra creditorem? verbi gratia, quidam habuit titulo legati ab alio quandam domum, quam ipse testator prius certo cæsi quotannis soluendo supposuerat in fauore alterius legatarius possedit prædict. domum, tãquã liberam prædict. census titulo legati plusquam quatuordecim annis continuis inter præfentes ignoras & non soluens prædict. censum, & sic bona fide, creditor post dictum tempus petijt executionem aduersus dict. tertium possessorem vigore instrumenti census pro redditibus decem annorum decursis, at vero possessor se defendebat præscriptione dicti temporis, cum prædict. tit. & bona fide: dubitatum atque controuersum fuit in praxi, quis eorum obtinere deberet? Pro parte actoris qui executionem petijt fuit primo allegatum quod iuxta prædict. ll. Regias, *Adonde en la obligaciõ ay hypotheca* (prout in præfentia casu contingit) *la deuda se prescribe por treynta años y no menos.* Secundo, pro eadem parte fuit deductum, quod instrumẽto dict. census aderat clausula de non alienando

cum hypotheca speciali, quæ impedit dominij translationem, ut in l. si creditor. §. fin. ff. de distract. pign. cum similibus. & sic fingitur res esse in dominio alienatis, sicq; potest agi etiam contra tertium, ac si alienata nõ fuisset. ut in l. 1. C. si aduers. credit. ibi præterquã si debitoris, vel qui in eorum iura successerunt obligata rei possessioni incubant. Tertio, quod dictus legatarius successit in ius debitoris, & sicut ipse debitor poterat conueniri pro prædict. redditibus decursis, quia nõ erant transacti dict. triginta anni: ita etiam & legatarius cum successerit in ius debitoris legatis, ut in d. l. 1. ibi, vel qui in eorum iura successerunt. Quarto, quia in instrumẽto dict. census fuit apposta alia clausula constituti, quæ operatur ut res possit auocari à tertio possessore, ut in l. si. C. de acquir. possess. cum materia.

His tñ omnibus nõ obstantibus respondi cõtractu, nempe, delegatariũ legitime præscripsisse prædict. censum, et usq; hypothecam atq; redditus decursos ac proinde executione præd. fuit facta in dict. domo annullandam fore, reumq; ipsum absoluendum à petitis.

2. Primo, quia legatarius prædict. tempore decem annorum inter præfentes cum prædicto titulo & bona fide nempe ignorans dict. censum præscripsit ius atque hypothecam dicti census, per dict. l. 1. & 2. C. si aduersus credit. & c. quibus consonat. l. 39. uti. 13. part. 5. & l. 27. tit. 29. part. 3. tradit optime Franciscus Balb. in tract. præscrip. 4. par. 4. partis. quæst. 3. per totam. fol. 37. & 38. volum. 8. Tract. diuers. doct. & nouissime Licentiatu Salazar, de usu consuetud. & stylo Curia. c. 11. nu. 50. fol. 151. ubi plures referens dicit cõmunẽ. & quod in his terminis executio cõtra tertium possessorem, qui cum titulo & bona fide prædict. tempore præscripsit debeat annullari, reseruatõ creditõri iure suo, ut via ordinaria experiri possit, tenet atque probat Parlador. lib. Quotidian. quæst. cap. 1. §. 16. num. 41. fol. 51. idque constat ex dict. l. 63. Taur. hodie. d. l. 6. titu. 15. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. & expressius in. l. 35. tit. 4. lib. 3. eiusdem Collect. dum dicit: *Por nõ examinar ni ver los dichos Alcaldes mayores*

las

*Las tales obligaciones y cõtractos, muchas vezes las mandan executar, no lo pudiendo bazer conforme a derecho: o por ser el cõtracto condicional, &c. o por ser passados los diez años.* Sed quia hæc ll. Regia. loquantur tantum respectu iuris executiuũ, quod tollitur decem annis quando agitur contra debitorem principalem, reseruatõ tamẽ iure creditõri, ut via ordinaria agere possit: nos vero intendimus tertium hunc possessorem, non solum à iure executiuũ etiam à via ordinaria, & sic à prædict. hypotheca & censu omnino liberum esse, ideo & secundo, in proprijs nostris terminis quod tertius singularis possessor præscribat tempore decem annorum inter præfentes, & 20. inter absentes titulo & bona fide ius nõ soluendi censum impositum super re. à se possessa tãquam libera nõ soluendo dicto tempore prædict. censum, vel si minus soluisset, reliquum præscribat, probat & tenet Balb. in. d. Tract. præscrip. 4. p. 4. partis princip. §. q. per totã, & q. 7. num. 4. & 5. volum. 8. tract. fol. 38. & 39. & Mench. lib. 2. Controuers. Illust. c. 60. nu. 2. & 16. ex quibus constat etiam præscriptos esse ac peti non posse à prædict. tertio possessore tempore prædict. decem annorum redditus decursos, quod expresse firmat Parlador. ubi supra. c. 1. §. 12. nu. 41. & §. 13. n. 44. ad si. quam sententiã in redditibus decursis testatur magis communem eam sequutus doct. Anto. Gom. 2. Tom. cap. 11. num. 45. & quauis ipse ibi, & Boer. decis. 336. per totam, referant plurimos tenentes contrarium affirmantes esse communem opinionem, quod & probat ipse Boer. ibi, Et nos quoq; alibi late differuimus articulum hunc: ea tamen omnia procedunt, quando præscriptio opponitur aduersus principalem debitorem census qui & si decennio præscribat, census atq; pensiones decursas ante prædict. decennium (hoc est, ius executiuũ ad eas petendas competens, ut in dict. ll. regijs) cum tamen non præscriperit ius principale ipsius cõtractus censualis minime quoque præscribet pensiones decursas post dictum decennium. Nec

post in futurum decurrendas quicquid secus existimari Parlador. ubi supra, dict. nu. 41. quæ reprobat & merito doct. Suarez de Paz, in sua praxi, cap. 3. 4. partis. 1. Tom. num. 15. Quinimo & transactõ dict. decennio de bitum potest peti à principali debitore alio decennio actione personali, quæ durat. 20. ann. hodie per nostram hanc. l. 6. via ordinaria, ut bene resoluit doct. Paz. ubi supra. nu. 12. & sequentib. post me. in Repet. l. nemo potest, num. 205. ff. de legat. 1. & num. 480. At vñ nos agimus in tertio singulari possessore, qui cum titulo & bona fide prædict. tempore præscribit aduersus creditorem, tum & rem ipsam principalem atque ipsius hypothecam, tum & ius ipsum soluendi censum super ipsa constitutum atq; fundatum: meritoque sublato præscriptione principali, & omnes redditus decursi & decurrendi censeantur quoq; præscripti: quia per præscriptionem prædict. extincta fuit radix atq; origo census, ut in terminis nostris pro indubitato tradunt atque optime deducit Balb. Mench. & Parlador. ubi supra, hic enim noster præfens casus diuersus atque distinctus est ratione prædict. ab illo in quo est præfata controuersia doctorum.

6. Quo fit ut minus recte existimauerit idẽ Parlador. ubi supra. d. c. 1. §. 16. n. 41. in hoc casu ius esse reseruadũ creditõri, annullata executione, ut via ordinaria expediri possit, id enim procedere iure possit quoties præscriptio suprad. opponitur atq; probatur à principali debitore vel ipsius vniuersali successore: secus tñ quãdo à tertio singulari possessore deducitur atq; probatur cum titulo & bona fide, ut in nostro casu: tñ etenim totum ius via executiuã atq; ordinaria præscriptum est, ut supra est probatum, ac proinde nihil est reseruandum (sed cogita an idem sit, *Si el censo se viuiesse pagado siẽpre por otro.* Ut si iste tertius fuisset fideiussor, & principalis semper soluisset.)

Non obstat assertio actoris dicentis hanc non esse hypothecam, sed realem venditionem census de qua non loquuntur. d. l. 1. & 2. cum similibus. C. si aduersus cred. quia re-



- 7 spond. quod per impositionem cæsus super aliquo fundo non venditur ipse fundus, sed tantum ius quoddam percipiendi, sicque contrahitur quædam hypotheca irregularis infirmior in quibusdam regulari, vt resolut doct. Couar. lib. 3. Var. resolu. cap. 7. num. 5. & 7. superest igitur vt fundamentis contrariæ partis satisfaciamus: & quidem non obstant nostræ. II. Regiæ, nempe. d. l. 63. Taur. & l. 6. Nouæ Collect. supra allegatæ dū decidunt. *Que adonde en la obligacion ay hypotheca, la deuda se prescribe por treynta años y no menos.* Quia primo respondeo has II. non loqui in præscriptione hypothecæ, sed debiti vt ex eisdem constat, quod est diuersum, ita Parlador. in. d. lib. Quotid. quæstio. c. 1. §. 16. num. 51. Secundo respondeo, qd præfata. II. loquuntur & procedunt respectu principalis debitoris, non vero tertij rei singularis possessoris, sicque remanet incorrectus titulus. C. si aduers. credit. de quo supra, vt sentit Anto. Gom. in dict. l. 63. Taur. in finalibus verbis. & tenent expresse Cyfient. Castell. & Palatius Rub. ibidem. n. 51. col. fi. item Parlador. vbi supra. d. num. 51. ad finem. & Olanus in sua Concordia iuris, litera. H. num. 27. pag. 138. Gomez. de Leon, in sua Centuria, respon. 50. nu. 3. quem refert Licentiatus Salazar. vbi supra. n. 52. quauis postea ipse. nu. 55. distinguat.
- 10 Non obstat etiam clausula de non alienando cum hypotheca speciali appositâ in instrumento cæsus, quia licet hæc impediât alienationem, dominijq; translationem ad eum effectum, vt creditor recta via absque præuia excusatione possit agere aduersus tertium possessorem: non tamen tollit præscriptionem, quâdoquidem dictus tertius possessor habuit titulum & bonam fidem, & non errauit in iure, sed ignorauit factum (hoc est) dictam hypothecam & prohibitionem: & afferentes rem prohibitam alienari præscribi non posse tempore ordinario. 10. & 20. annorum loquuntur in rebus maioratus atq; restitutioni, vel fideicomisso subiectis, quarum alienatio est magis prohibita atq; perpetua quam aliorum bonorum, præmaximè

quando aliquo casu, vel intercedente aliqua solennitate alienari possunt.

Nec etiam obest, quod per prædict. clausulam de non alienando res præsumitur siue fingitur esse in dominio alienatis etiam si de facto alienetur, sicque possit peti per. d. l. 1. C. si aduers. credit. ibi, obligatæ rei possessioni incumbat. quoniam in nostro casu debitor non incumbit possessioni rei obligatæ, sed legatarius, dictaq; l. 1. in verbis supra relatis loquitur de possessione actuali & naturali, oppositio autem procedit per fictionem, quando veritas non est in contrarium, procedere quoq; possit quando tertius non præscripsisset, alias fecus.

11 Minus etiã obsunt alia verba eiusdem. l. 1. ibi, vel, qui in eorum iura successerunt: quia intelliguntur de successoribus vniuersalibus, non vero de singularibus, vt tenet glo. ibi, & Balbus vbi supra, dicens communem & in. 2. par. 3. part. princip. q. 14. n. 5. fol. 29.

12 Vltimo non obstat clausula constituti appositâ in instrumento census: virtus enim atque effectus eidem attributus. d. l. fi. C. de acquir. possess. nempe, vt res possit auocari à tertio possessore, cessat & extinguitur per mortem illius, qui creditoris vel alterius nomine se possidere constituit, maximè data negligentia constitutarij patiendo alterum possidere, vt plures allegans resolut Iacob. Menoch. de recuperan. possess. remed. 14. n. 64. & sequentibus Pelæz, de Maiorat. 3. par. quæst. 6. nu. 17. vbi refert Carol. Ruyñ. consil. 127. ad fin. lib. 5. loquentem in tempore decem annorum.

13 Secundo respondeo, quod virtus dict. constituti præscribitur longo tempore (hoc est) decem annorum, si possessio illo tempore penes tertium sit, cum patientia & negligentia creditoris, vt resolut Tiraquel. in Tract. de iur. constit. possess. limit. 21. per totam, & plures allegans Pelæz, vbi supra, num. 19. & per prædict. obtinui, & fuit iudicatum iuxta hanc secundam partem.

¶ Finis. 90. Quæstionis.

S V M-

S V M M A R I V M.

- 1 **L** Ege. 7. tit. 15. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. sensus.
- 2 **A**gens possessorio aduersus præscribentem victus in eo iudicio, si postmodum in iudicio proprietatem deducat, an reus possit præscriptionis iure se defendere. Vtendo tempore quo possedit post motam litem super possessorio? probatur pars affirmatiua.

L. 7. tit. 15. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

Q V Æ S T I O. X C I.

**Q** Væro, *La interrupcion en la possession interrumpen la prescripcion en la propiedad: Y por el contrario, la interrupcion en la propiedad interrumpen la prescripcion en la possession.* Vt inquit. l. 7. titu. 15. lib. 4. Nouæ Col. Reg. cuius. l. verus sensus (omissis alijs à glossatoribus eiusdè traditis) meo iudicio, is est, qd mota lite quoad possessionem fiat interruptio præscriptionis non tantum quoad possessionem de qua controuertitur, sed etiam quoad proprietatem in iudicio non deductam; idem e contra, vt si de proprietate actum sit in iudicio non tantum interrumpatur præscriptio quoad eandem proprietatem in iudicio deductam, sed etiam quoad possessionem de qua non fuit actum: quia licet nihil commune habeat proprietas cum possessione, vt in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. in hac tamen potissimum materia præscriptionis coniuncta est possessionis causa proprietati, quandoquidem absq; possessione proprietas præscriptione acquiri non potest, vt in regul. iuris vulgari. Quo fit vt si reus præscribens victus super possessione rei, ea demum tradita actori agat, postea super proprietate allegas ad eam euincendam præ-

scriptionem; ad cuius perfectionem vtatur illo tempore, quo pendente lite possedit, excludetur optimo iure si obijciatur eidem de ciso præd. l. Regiæ, cum per litis contestationem super possessione fuerit interrupta præscriptio non tantum quo ad possessionem, sed etiam quo ad proprietatem; quinimo præscriptionem continuare non poterit quo ad proprietatem cum sibi ablata sit possessio, quia præscriptio sine possessione non procedit.

2 Quid si agens possessorio aduersus præscribentem victus in eo iudicio, postmodum proprietatem in iudicio deduxerat, an reus possit præscriptionis iure se defendere, vtendo tempore, quo possedit post motam litem super possessorio? & videtur qd non ex nostra. l. Regiæ quia per interruptionem in possessione interrumpitur præscriptio in proprietate. Rursus videtur contrarium imo qd in hoc casu nostra. l. locum non habeat, quia tunc demum interrumpitur præscriptio litis contestatione quando agens vincit, secus si ipse succubuerit, vt in nostro casu per tex. in. l. euidenter. ff. de except. rei iudic. tenent Felin. Balb. & Socin. quos refert Couar. in regul. possessor. de regul. iur. in. 6. 2. part. §. 12. n. 4. nihilominus tamen prior opinio in praxi frequenter recepta est nempe, vt nisi immemorialis præscriptio probetur non admitatur ad continuationem præscriptionis tempus, quo reus possederit post motam litem latamque in eo sententiam, vt se vidisse affirmat Couar. vbi supra. nu. 8. quauis hoc apud se debium esse (scilicet de iure) referat, mihi tamen ea opinio præter corroborationem, quæ à praxi accepit, attenda nostra. l. Regiæ vera videtur, cum indistincte, & generaliter decidat interruptionem in possessione interrumpere præscriptionem in proprietate & e contra, nec requirat, quod agens vincat, nec contrarium disponat si succubuerit.

¶ Finis. 91. Quæstionis.

S V M M A R I V M.

1 **I**mmemorialis possessio exigendi à subditis aliquas impossessiones an requi-

L 5 rat



rat probationem voluntaria solutionis nec ne? & nu sequent late examinatur & resoluitur quod non.

2. *Domini oppidorum presumuntur in dubio per extortionem vim & coactionem a subditis exigere has prestationes atq; impositiones potiusquã per liberalitatem ac voluntatem eorum.*

Cap. 20. de Madrid an no. 28. l. 8. tit. 1. lib. 4. Nouæ Collect. Reg.

QVÆSTIO. XCII.

**Q**Varo. l. Regia cauetur quod domini vassalorum non priuentur possessione. 20. annorum, quam habet exigendi a vassallis aliquas impositiones, quo ad proprietatem vero requirit consuetudinem immemoriam, *La qual prouada por la manera y con las qualidades y circunstancias que por derecho y leyes de estos Reynos se deuen prouar, sea auida en lugar de titulo bastante;* An improbada hac immemoriali consuetudine debeat in iudicio deduci, articulari & probari, & ista voluntarie, id est, sine coactione aliqua prestita fuerunt a subditis per tempus immemoriam: an vero probata immemoriali alias sufficenter id presumatur? Et videtur necessario requiri probationem. d. voluntatis liberæ, cū hac. l. requirat q̄ probetur immemorialis consuetudo. *Por la manera y con las qualidades y circunstancias que por derecho y leyes de estos Reynos se deuen prouar,* Nam de iure communi, ita demum ad has impositiones prescribendas a dominis contra vassallos sufficit immemorialis consuetudo & prescriptio, modo probatum sit ab ipsis dominis quod subditi sponte & non per vim, ea onera exhibuerint atq; persoluerint, cum alioqui eis suffragetur prescriptio iuris di-

stantis potius in his prestationibus vim & coactionem presumi, quam subditorum liberalitatem; titulumve spontaneum ac iustum, vt in. l. 1. C. ne liceat potent. l. 1. & 3. ff. de alienat. iudic. mutand. caul. fact. l. principalibus, cum. l. sequent. ff. si cert. pet. & in terminis tenet Innocent. Ioan. Andr. Hostiens. Henric. Panor. & ceteri doct. in reg. quod latenter. de regul. iur. estq; cōis opinio vt resolum plures allegans Couar. in Regul. professio. 2. part. §. 4. nu. 1. & 5. de regul. iur. in. 6. vbi quod hoc casu de quod agimus vehemens est prescriptio aduersus dñs q̄ eas prestationes per extortionem violentiam & tyrannidem a subditis dñs extorserit, vt in. l. vltim. §. si iusto. ff. quod met. caul. id quod expressim notauit Innocent. in. c. bona. el. seguido, de postulat. prelat. & alij plures, quos ibi refert. late etiam Auendañ. lib. 2. c. 4. pratoru. n. 9. & sequent. estq; receptius secund. Ioan. Orosian. l. solent. n. 18. ff. de officio procon sul. & legat. communem testatur Menchac. lib. 2. quæstion. Illust. c. 83. nu. 27. qui est videndus: quicquid alias in contrarium, imo quod hoc casu non sufficiat immemorialis consuetudo tentare velit. doct. Anton. de Padilla. in. l. 2. nu. 34. & sequent. C. de ferunt. & aqu. & in terminis nostræ quæst. hanc primam partem tenet ac tenaciter defendit Greg. Lop. in. l. 6. tit. 25. part. 4. in glo. magna. per totam, præcipue in vers. vnde bene aduertendum est dicēs q̄ alias domini vassallos, hoc non probato, non obtinebunt, & esse hoc notandum in practica; & ad sciendum qualiter deducatur, & probetur immemorialis prescriptio, idque deducit ex verbis dict. l. Regiæ. supra relatis in super addit in conscientia foro quod semper suaderet istis dominis quod in ijs seruitijs, quæ sunt a iure indebita & in quibus nullum alium titulum haberint quam consuetudinem licet immemorialem, non eurent de tali consuetudine, cum hæc, pars sit securior conscientia; & in dubio tenere debemus, quod certius est & sine periculo animæ explicari potest, ad cuius rei probationem plura ibi adducit & præcipue quod non valet immemorialis prescriptio cum mala fide, vt in. c. ff. de prescript. secund. Franc.

Franc. & Balb. quos refert eandem sententiam probat & defendit Frater Anto. de Cordub. in suo Tract. de casis de conscientia. q. 112. per totam, in terminis. d. Pragm. Regiæ dicens, quod necum in foro conscientia, sed nec etiam in iudiciali, præd. immemorialis sufficeret ad presumendum bonum principium, iusta causam, vel iustum titulum, quod ties a iure presumitur contrariam; vt in præfenti casu & similibus; & q̄ di. pragmatica regiæ. nec. cap. seruitium. 18. q. 2. hoc casu, id præstat, sed tantum vbi presumitur bonum principium, vel causa iusta, vel saltem vbi non presumitur malum vel iniustum; vt in exemplis ibi per eum positus tandem resoluit non sufficere in casu nostræ quæstionis prædict. immemorialem, nec sententiam latam super ea in fauorem dominorū, multoq; minus litis pendetiam, nisi voluntarie gratuito & liberaliter absque vlla coactione hæc præstarentur dominis a vassallis ratione gratitudinis, vel in recompensationem muneris in eos collati a dominis; & hæc sententia valde æqua, & probabilior est, licet contrarium defendi possit. Saltem in foro iudiciali, imo quod stante nostræ. l. probata immemoriali prescriptio aduersus subditos & vassallos non sit presumenda vis, nec extorsio: quia tati temporis vsus presumptionem violentiæ & oppressionis excludit, vt probatur in hac eadem. l. dum in ea dicitur: *Sea auida en lugar de titulo bastante.* Sed si adesset titulus cum prescriptio. 40. annorum, sufficeret loco immemorialis de qua in hac. l. per text. in. c. 1. de prescript. in sexto: ergo a fortiori sufficet ipsa immemorialis consuetudo: & in terminis tenet Couar. vbi supra, nu. 5. & Burgos de Paz. consil. 15. nu. 31. & consil. 33. nu. 26. Ioann. Garfia, de expens. & melior. c. 9. num. 23. fol. 72. nec tunc requiritur talis probatio, scilicet, voluntaria solutionis, id est, sine coactione: cum constet de vero titulo: tum præterea quia immemorialis consuetudo pro veritate habetur, & in terminis nostræ quæstionis, ita tenet Petrus Auend. vbi supra, nu. 10. & Couar. etiam vbi supra, d. num. 5. idem sentit & tenet Villalob. & eum referēs Olanus in sua

Antonomiuris, litera D. num. 47. & 48. sequitur cum Ioan. Andr. & Luc. de Poena, late probans Burg. de Paz. d. consil. 15. nu. 32. & sequentib. præcipue. n. 34. vbi. n. 35. plures referēs tenet opin. In hoc. & ceterorum; in dict. cap. quod latenter tantum in dominis non recognoscentibus superiorem subsistere, & dict. consil. 33. num. 27. tenet, quod sicut nostra. l. immemorialis non excluditur, ita nec ceterum annorum prescriptio. & a fortiori. 200. annorum.

Nec obstant verba nostra. l. quibus nititur Greg. Lopez ad tenendum contrarium, quia illa potius tendunt ad modum communem atque generalem probandi immemorialem consuetudinem, de quo in. l. 41. Taur. quam ad speciem de qua Greg. Lop. vbi supra, alia circa materiam dict. l. Regiæ possunt videri per supra allegatos Hispanos, qui fuisse loquuntur in ea.

¶ Finis 92. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1. **S** iudex ordinarius recusatus et socius discordent in iudicando in civilibus: nempe quia vnus profert vnam sententiam alter aliam contrariam vel diuersam a prima, quæna teneatur late discutitur, & tandem distinguitur.
- 2. **I**udex recusatus & socius stante prolatione sententiæ sint discordes possunt assumere tertium, vel petant a superiore, vt det iudicem.

L. I. tit. De las recusaciones. lib. 4. Nouæ Collect. Reg.

QVÆSTIO. XCIII.

**Q**Varo circa. l. i. tit. De las recusaciones. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. probat quod in civilibus iudex recusatus debet assumere in socium honestum bonum,

bonum; Para que libren el pleyto ambos a dos de consuno, con juramento que hagan, que bien y derechamente librasen el pleyto, y guardaran el derecho a ambas partes.

1 Quid iuris sit si hoc casu iudex recusatus & socius discordet in iudicando, nepe quia vnus profert vnam sententiam, alter aliam cotrariam, vel diuersam a prima? & videtur nihil esse inter eos iudicatum, vt in l. duo ex tribus. ff. de re iudic. & in l. Pedius. §. si ff. de arbit. & ideo quod in tali discordia ad eundem sit iudex superior, nec socius possit subdelegare causam, nec alij loco sui committere, vt probat in specie Auend. lib. 2. c. 23. prat. nu. 14. in vers. Et si discordant. idem sentit expresse Didac. Perez. in l. i. titu. 5. lib. 3. Ordinarum. col. 966. ibi in ciuilibus autem, &c.

Sed meo iudicio in hac quaestione tenendum est quod si a neutra sententia fuerit appellatum, & sic ambe transferunt in rem iudicatam valebit absolutoria vel magis fauorabilis pro reo, vel causa pia vel alias fauorabili, vt probatur optime in l. inter pares. ff. de re iudic. & in c. fin. eodem tit. de re iudic. & in l. 13. tit. 23. p. 3. vbi probatur quod latis sententijs diuersis a iudicibus ordinarijs tenet sententia pro reo nisi in causis fauorabilibus, nempe, matrimonij, libertatis, dotis, seu testamenti & simil. quia tunc valet lata pro actore, & ita in terminis nostre. l. & quaest. tenet Curia Pisana lib. 2. c. 18. fol. 29. in vers. Sed aliud est dicendum quando ordinarius recusat in causa ciuili, & in noua impressione est in dicto. c. 18. nu. 20.

Si vero fuerit appellatum a sententia absolutoria, vel magis fauorabili pro reo, vel pro causa pia, vel alias fauorabili lata, tunc procedere poterit prima opinio supradicta. vt ad eam superior in gradu appellationis: vt confirmet iustiore & remittat executionem illius iudicis a quo, quo casu consultitur reo, vel pia causa, vt a sententia contra se lata etiam appellet ne transeat contra se in re iudicatam, & etiam in dubio oportet ab ea appellari, quia si pars aduersa non appellauerit a sententia lata pro reo, vel causa pia intra terminum iuris, & sic transferit in rem iudicatam, dubita-

ri forsan posset an reus, vel pia causa discedere, seu delistere posset a sua appellatio: & an possit executioni mandari sententia pro se lata, de quo Bal. & doctores in l. ampliore. C. de appellat. vt in primo membro huius secundae sententiae fuit dictum, & ita vidi saepissime conclusum inter graues & antiquos iuris peritos, & in praxi deductum a me & alijs. Non obstat modo adducta per Auend. vbi supra, scilicet, dict. l. duo ex tribus, quia ibi praecipitur dari duorum sententiae altero ex tribus iudicibus, contrarium proferente, qui est diuersus casus, nostro vbi duo tantum iudices sunt & inter se diuersi in sententiando. Sed si praed. iudex recusatus & socius sint discordes ante probationem sententiae, possunt assumere tertium, vt tenet Bart. in d. an offerendis. C. de appellat. refert & sequitur Curia Pisana vbi supra, & ita practicam vidi vel secundi ipsum petant a superiore, vt det iudicem.

Finis. 93. Quaestiois.

SUMMARIUM.

- 1 Iudex ordinarius recusatus, & duos decuriones ei adiuncti in causis criminalibus si diuersas vel contrarias proferant sententias, quae teneat & sit seruanda, late discutitur & distinguitur num. sequent.
- 2 Votum duorum decurionum iudici ordinario associatorum non praevalet voto iudicis ordinarij, quia praed. duo reputantur in voto pro vno contrarium num. 3. & 4.
- 3 Decuriones adiuncti ordinario recusato sunt etiam ordinarij ordinariamque habent potestatem in illa causa.
- 4 Valet argumentum a recusatone ad appellationem & e contra.

Eadem

Eadem. l. i

QUESTIO. XCIII.

1 **Q**uæro secundo, circa eandem. l. in 2. part. quid erit dicendum in causis criminalibus quando iudex ordinarius recusatus & duo decuriones ei adiuncti, iuxta formam ipsiusmet. l. sunt discordes sicq; proferunt diuersas vel contrarias sententias, nepe iudex ordinarius vnam, duoque adiuncti alteram requirendo ordinariam, vt secum eorum sententia conformet in quo dubio si in precedenti proxima quaestione tenenda esset prior sententia, scilicet, vt nihil videatur esse iudicatum, sed quod sit ad eundem superior, in hac quoque idem tenendum foret: quia licet duo decuriones associati ordinario in causa criminali sint duo socij, & iudex ordinarius, vna persona votum tamen duorum non praevalet voto iudicis ordinarij, imo dicti duo, associati reputantur in voto pro vno, & iudex pro alio, nec duo in hac casu videtur habere maiorem potestatem quam vnus, argumento eorundem, quae late differunt in l. si pater. ff. de vulg. & pupill. idem in l. si. n. 40. & sequent. C. de impub. & alijs. conducit in argumentum pro hac opinione text. Sacri Concilij Trident. sessione. 25. ca. 6. de reformat. ibi, vnum autem tantum sit vtriusque votum, vbi quoties extra visitationem Episcopus processerit contra aliquem ex capitulo associantur ei, vel ipsius vicario duo nominati ab eodem capitulo qui simul procedant in causa cum ipso, vnus tamen est vtriusque votum, potestque alter Episcopo accedere. Praeterea quod neutra sententia teneat probatur in l. 4. titu. 16. pag. 3. vbi dicitur, *Que es nulla la sentencia, adonde no se acertaron todos los juzgadores, a quien fue encommendado.* Idem probat. l. cum magistratus. C. quando prouoc. non est necess. & in terminis nostris ante publicationem Concilij, ita tenuit Petrus Nuñez de Auendan. vbi supra, eum citatum in quaestione praeced. resoluens hoc casu ad eundem esse superiorem, nec praevalet votum duorum

in illa lege exprimat, vt in casu. l. 6. tit. 16. lib. 3. Ordinarum. veter. de qua statim agitur, vel nisi cum voto iudicis recusati concordasset vnus ex duobus associatis, nam hoc casu negari non potest, inquit ipse, nisi quia ista sit maior pars, & per consequens sequenda eandem sententiam tenuit Didac. Perez, etiam vbi supra, licet non meminerit praed. limitationis, nec praed. decreti Concilij Trident. Ego vero cum in precedenti quaestione, huic penè simili, imò magis dubia: quia in illa vnus tantum iudex protulerat quamlibet sententiam, in nostra vero ordinarius vnam & duo decuriones eidem adiuncti alteram, opin. praefatam Auendan. & Didac. Perez, reiecerim, aliamq; admitterim: nepe, vt sententia lata pro reo, vel pia causa, sit valida & exequenda, in idem cogor vel fortiori iure descendere in praesenti quaestione: nempe vt sententia lata a duobus decurionibus pro reo vel causa pia, vel alias fauorabili iuxta. c. fin. de sententia & re iudic. si ab ipsa non sit appellatum, & sic transferit in rem iudicatam sit valida & exequenda, atque contraria a iudice ordinario prolata praeferenda, tum per dict. l. inter pares. ff. de re iudic. & dict. cap. si. eodem titulo. & l. regia partita. tum etiam quia cum hi decuriones adiuncti ordinario sint etiam ordinarij, ordinariamque habeant potestatem, vt pote quia ordinario associantur, & sic eius iurisdictio eidem communicatur, tenet Paulus de Castro, in Authentic. si vero contigerit. de iudic. Curia Pisana, & Auendan. vbi supra. Valet sententia maioris partis iudicis, vt in dict. l. duo ex tribus cum similibus, sicut expressum est hodie in simili casu, nempe in causis appellationum decem millium a pondiorum, & infra, quae deferuntur ad concilia Ciuitatum & Oppidorum vbi nominantur duo decuriones, qui simul cum iudice ordinario, qui prior sententiam protulit cognoscant & aliam proferant: nam si sunt discordes hi tres iudices praevalet sententia maioris partis, vt in l. 7. titu. 18. lib. 4. huius Nouae Collect. Reg. ibi, *Los dichos tres alcaldes diputados, o los dos de ellos, si los tres no se conformaren, den y pronun-*



pronūciē sentēcia en el dicho pleyto, & c. & ibi, *Y lo que estos ansí determinaren sea firme y executado por la iusticia ordinaria.* Qui casus per quā vicinus est nostro eademq; ratione consistens, ac proinde sumi iure potest argumentum ab illa. l. ad nostram hanc sententiam comprobendam, vt per illam hanc. l. i. de las recusaciones, interpretemur in casu ab ea non expresso, nempe data discordia inter iudicem ordinarium recusatum, & eius adiunctos in causa criminali in suis sententijs, quia de similibus ad similia valet argumentum, vt in. l. non possunt. ff. de legib. maxime vbi est eadem ratio sicut in his duobus casibus adest. Et præmaxime quia valet argumentum à recusatōne ad appellationem & e contra quia æquiparatur in iure recusatio & appellatio, vt in cap. super eo, vbi Abb. de offic. delegat. Decius in cap. postremò in princip. i. column. de appellat. Boerius decif. 259. n. 3. & ita merito idem esse dicendum in vtroq; casu in nostris terminis tenet Curia Pisana, vbi supra. Nec obstant adducta per Auend. in cōtrarium, quia ipsa cessant in nostro casu, vt dixi supra in quæst. præcedenti & præcipue per dict. l. regiam. 7. eodem modo Resp. ad Decret. Sancti Concil. vbi supra, præterquam quòd est ibi casus specialis, diuersusque à nostro. Non obstat. d. l. 4. tit. 26. p. 3. nec. d. l. cū magistratus. C. quand. prouoc. nō est necess. quia respōd. præd. iura pcedere in iudicibus delegatis, vt cōstat ex ipsis, ibi, *A quiē fue encomendado.* Et ibi cum magistratus datos, nos vero agimus in iudicibus ordinarijs. Vel secundo, potest respōderi leges illas nō agere cū præd. iudices sunt discordes in suis sententijs, sed quando nō fuerūt præsentēs omnes iudices, quibus fuit causa cōmissa (hoc est) quādo aliqui ex iudicibus in absentia alterius pronuntiat, vt in casu. l. duo ex tribus. ff. de rei iud. vt cōstat ex. d. l. Regia ibi, *Adōde no se acerta rō todos,* Quod est diuersum à nostra quæst. & in. d. l. cum magistratus ibi, & vnum ex his pronuntialle proponas.

¶ Finis. 94. Quæstionis.

### SUMMARY.

1 **R**equisito partis est necessaria ad hoc vt iudex incidat in pœnas legis regie non pronuntians sententiam intra terminum ab eadem prefixum.

L. i. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

### QVÆSTIO. XCV.



Vero, iure regio cauetur, vt iudex, post conclusum in causam teneatur sententiā interlocutoria proferre intra sex dies, diffinitiuā vero intra 20. dies sub certis pœnis, vt in l. i. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. An hoc teneatur iudex facere eo ipso q̄ causa sit conclusa absque partis petitione, an vero desideretur requisitio partis ad hoc, vt iudex incidat in prædict. pœnas causam non decidendo in dictis terminis: & prima facie videtur dicendum, iudicem ad hoc teneri etiam si non fuerit requisitus à parte, quia. l. antiqua Ordinamenti, scilicet. l. i. tit. 15. lib. 3. Ordin. indistincte & generaliter arctat iudicem intra dictos terminos proferre sententias interlocutoriam & diffinitiuam respectiuē, vt patet ex. libi, *Desque fueren las razones cerradas en el pleyto para dar sentencia in terlocutoria, el juez de y pronuncie sentencia, & c.* Referuntur ergo verba, hoc est, præceptū ad iudicē, nec de parte vlla fit mētio.

Hoc tamen non obstante in dubium est exigi petitionem siue requisitionem partis ad hoc, vt iudex in casu dict. l. Regiæ non obseruans ipsius præscriptum incidat in dictas pœnas, quia ad hoc, vt iudex teneatur ex negligentia, debet requiri prius à parte: alius nō tenetur iuxta doctrinam Bart. in. l. damni. §. Sabini. in fine. ff. de dam. infect. iudex enim semp̄ præsumitur paratus reddere ius, quod probatur eo ipso quòd non constat contrarium, iuxta gl. in. l. i. C. de testam. milit. quia pro iudice semper præsumitur, vt in. l. 2. C. de officio

de officio iudic. iudic. unde si non requiratur vt proferat sententiam non stat per ipsum, sed per partem, quæ potius negligens quam iudex dici potest: sed & potest comprobare hæc opinio alijs fundamentis à me adductis in alio licet proposito in repet. l. nemo potest. n. 43. & sequentib. ff. de legat. i. & tandem in terminis nostræ. l. hanc sententiam late probat Auend. c. i. præd. glo. siel. n. 43. & sequentib. & cap. 2. glo. c. i. iustitia n. 15. & 16. & Anton. Gomez. in. l. 3. Tom. 2. n. 9. Didac. Perez, in dict. l. i. tit. 17. lib. 3. Ordin. col. 112. & sequentib. vbi se alio loco refero Ioan. Mauier. in. l. 10. glo. 2. n. 2. tit. 16. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. doct. Suarez de Paz, in sua præxin. in tempore. i. part. i. Tomi. tandem in theop. opinio hodie approbatur in dict. l. i. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. vbi legi veteris Ordinamenti, additur nouū verbum, *A pedimento de parte,* Quod nostram quæstionem decidit, nam apponitur post illa verba, *El juez de y pronuncie,* (additur) *A pedimento de parte, la sentencia in terlocutoria hasta seys dias, y la diffinitiuā hasta veynte dias: & sic, El pedimento de parte ha de ser para q̄ el juez de y pronuncie la sentencia,* Non ergo sufficit petitio sententiæ quæ fit in primo libello actionis, & ita cū misterio nostræ. l. addidit post illa verba, *El juez, de y pronuncie, a pedimento de parte,* Vt intelligamus requiri petitionem partis specialem ad sententiam post conclusum in causa, ad hoc vt iudex illam non proferens in prædict. terminis incidat in pœnas illius. l.

¶ Finis. 95. Quæstionis.

### SUMMARY.

1 **E**xceptio nullitatis contra sententiam non opponi possit post terminum 60. dierum à lege regia constitutum ad agendum de nullitate contra ipsam & num. sequent. probatur pars negatiua.

- 2 Nullitas iure communi proponi potest intra 30. annos. & non ultra, vbi non esset periculū anime alias in perpetuum.
- 3 Nullitas de iure regio partitarum proponi potest intra 20. annos.
- 4 L. pure. §. final. ff. de dol. except. intellectus.
- 5 Exceptio nullitatis notorie manifeste atq; euidētis ex actis processus vel ex defectu citationis opponi potest post dictos 60. dies, & num. sequentib.
- 6 Eadem nullitas sufficiens est ad impediendam executionem trium sententiarum conformium.
- 7 Exceptio nullitatis proueniētis ex defectu iurisdictionis potest opponi post dict. 60. dies, & etiam contra tres sententias conformes, vt in num. 8. & num. 9. quomodo hoc intelligendum sit.
- 10 Exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis non admittitur hodie aduersus sententias supremi consilij regiarum, cancellariarū à quibus non habet locum supplicatio.
- 11 Nullitatis exceptio post dict. 60. dies admista parte non opponente non censetur à l. regia exclusā.

L. 2. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

### QVÆSTIO. XCVI.



Vero hodie attentō iure nouissimo regio agi potest de nullitate aduersus sententiam intra 60. dies, postea vero non auditur quis super ea, vt in. l. 2. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. an cum hæc. l. loqui videatur per modum actionis, cui præscribitur sexaginta diebus; per modum exceptionis ultra dict. 60. dies



dies agi possit de nullitate, verbi gratia, si petatur executio sententiæ transactis præd. 60. diebus, an condemnatus in ea possit allegare nullitatem ipsius ita ut sit audiendus super ea per viam exceptionis? Et pars affirmativa quibusdam placuit, tum ex eadem. l. ratione, quam prædixi, quia agere videtur quando principaliter in modum actionis proponitur nullitas in iudicio aduersus sententiã, quasi secus sit quando incidenter & sic in viam exceptionis, quo casu ius commune antiquum videtur remanere in correctum; habens ut nullitas proponi possit intra. 30. annos & non ultra, vbi non esset periculum animæ; alias etiam posset agi ultra in perpetuum secundum Cardinalem in Clement. 1. q. 14. de re iudic. Salycet. in. l. si præses. C. quomodo. & quando iud. Marant. de ordin. iudic. 6. part. princip. pag. mihi. 537. nu. 154. & alij plures doct. quos referunt Didac. Perez, & Ludouic. Mexia statim citandi: de iure vero partitarum intra. 20. ann. vt in. l. 13. tit. 22. & l. 2. titu. 26. part. 3. tum etiam quia temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, vt in. l. pure. §. ff. de dol. except. & ita hanc opinionem refert plures doct. tenere Ludouic. Mexia, in. l. regia Toleti. de los terminos in responsione ad. 1. fundamentum. 2. part. nu. 31. & sequent. fol. 166. & Ignatius Salcedo, vbi infra allegabitur, & in terminis nostræ. l. hac partem tenet Petrus Auend. in respon. 26. n. 10. circa finem.

Sed nihilominus contraria sententia, & sic negatiua, vt nullitas etiã per viam exceptionis non possit allegari nec proponi post sexaginta dies, de quibus in nostrâ. l. regia, & sic quæ ipsa indistincte procedat, siue agendo, siue excipiendo est verior & tenenda, idque primum patet ex eadem. l. quæ indistincte & generaliter loquitur, dicēs: *Si alguno allegare contra la sentencia que es ninguna, puedalo dezir hasta sesenta dias desde el dia que fue dada la sentencia,* (Intellige si mul & parti intimata: ) *Y si en los sesenta dias no lo dixere no sea oydo despues sobre esta razon.* Nam non dicit lex, *Si alguno hi*

*ziere de nullidad,* Quæ verba, ad actionem referenda essent, sed. *Si alguno allegare contra la sentencia que es ninguna.* Nota verbum, *Allegare,* quod est generale & commune agenti & excipienti, & sic vtrumque ius comprehendit, quo diluitur primum fundamentum contrarie partis. Secundo quia ratio fundamentalis huius. l. ea potuit esse, vt sit finis litium, & autoritas rei iudicæ sui debitum fortiatum effectum, vt ex fine huius. l. colligi potest, hæc autem ratio militat vtroque casu siue agatur siue excipiat de nullitate, aduersus sententiã: ergo vterque comprehenditur in termino sexaginta dierum à nostrâ. l. assignato & ita in terminis hæc sententiã pro nostrâ. l. interpretatione verius probarunt doct. Couar. in pract. quæst. c. 25. n. 4. & Didac. Perez, in hac eadem. l. Ordinam. veter. col. 1276. in vers. intellige, & limita. & Ignatius Salced. in adnotat. ad reg. 251. Bernard. Diaz, non obstat secundum fundamentum, contrarie partis, nempe. dict. l. pure. §. si. quia loquitur in propria exceptione, quæ non potest opponi nisi per viam exceptionis tunc enim merito quod sit perpetua illiq; nõ præscribatur, quia nõ est in manu rei quãdo exerceat, nisi quando sit per actore actio intentata, vt constat ex ipso textu: at vero quando exceptio principalẽ vim habet ab actione nec consistit in puris exceptionis viribus, quia ita etque potest intentari principaliter per viam actionis, sicut per viam exceptionis, tunc hinc exceptioni præscribitur & perit cù ipsa met actione, quia est in potestate rei quãdo exerceat, (sicut contingit in exceptione nullitatis contra sententiã quia potest reus eam proponere principaliter agendo contra sententiã, vel excipiendo quãdo contra se agitur virtute sententiæ, vel quando ipsa contra se adducitur) atque ita hanc resolutionem & distinctionem posuit Bart. in. l. 2. num. 3. ff. de except. quam sequuntur plurimi & communem esse testantur, vt retuli (non adducens Couar. vbi supra, qui eam quoque probat) in meo Tract. de iuramento confirmatorio, in 3. p. c. 1. nu. 22. Non obstat doct. tenentes contrarium in simili statuto, quia ipsum forsan non

non disponebat quando nullitas excipiendo proponeretur, sed solum agendo, vt constat ex Alexand. consilio. 82. num. 12. volumine. 3. & melius ex Ruyno, consil. 37. nu. 15. volum. 5.

5 Hæc autem sententia tenenda limitari potest in exceptione nullitatis notoriæ manifestæ atque euidentis ex actis processibus, quia cum huiusmodi nullitas sufficiens sit ad impediendam executionem trium sententiarum conformium iuxta comunem resolutionem, quæ pro limitatione Clem. 1. de re iudic. adduci solet, vt refert bene explicans Couar. vbi supra. & Ioan. Orosc. in. l. si feriat. nu. 2. & sequentib. ff. de feriis. Didac. Perez, in. l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1022. in fine. Ludouic. Mexia, vbi supra, num. 26. merito, vt prædict. nullitas notoria & ex actis processibus euidentis non comprehendatur in termino nostræ. l. sed quod possit postea opponi, vt in terminis nostræ. l. ac si eam vidisset. tenet & probat Petrus Ancar. consil. 212. incip. De iure communi, in fine. & Corneus consil. 4. incip. Diu post consilium redditum col. 3. n. 8. lib. 2. Et Sebastianus Vantiu salios allegans de nullit. sententiæ, in Rubric. quis possit dicere de nullit. nu. 54. pag. mihi. 68. & alij, quos refert, hæc interpretationem & limitationem ad nostram. l. expressim tradens Didac. Perez, in ea. col. 1276. in dict. vers. intellige & limita. Quam sententiã latè etiam probat Ludouic. Mexia, vbi supra, num. 28. & sequentib. ultra quos eandem prius tenuit Auendan. dict. Respon. 26. præcipue. n. 10. circa fin. dicens quod in notoria nullitate lex hæc regia locum non habet, eandem sententiã in terminis simili statuti repellentis nullitatem tenet Roland. à Valle, consil. 29. num. 43. lib. 1. vbi num. 39. idem in nullitate, quæ descendit ex defectu citationis non factæ, vel nulliter factæ, & ita est tenendũ propter notoriam iniustitiam sententiæ quauis negligentior videatur condemnatus in ea hoc casu in non proponendo nullitatem notoriam ex actis in termino huius. l. quam aliam, quæ ex actis non constat. Secundo, limitanda est prædicta sententia & nostrâ. l. in nullitate, quæ prou-

nit ex defectu iurisdictionis iudicis proferentis sententiã ipsam, hæc namque nullitatis exceptio non excluditur per hanc. l. post 60. dies, nec sublata intelligitur eadem ratione, qua nullitas notoria & ex actis euidentis admitti debet post prædictum terminum, cù illa sicut ista admittatur etiã post tres sententias conformes, vt tenet glo. memorabilis communiter vbi que approbata in Clementina vnic. de sequestr. possess. & fruct. vt testantur præfati doct. alios plures allegantes, præcipue Vantiu, vbi supra, nu. 37. Couarru. Didac. Perez, & doct. Ant. de Padilla. in. l. 1. num. 31. C. de iur. & signa ignoran. & Mexia, vbi supra, in responsione ad primum fundamentum. 2. part. num. 11. & 13. & latius omnes referens Ignatius Salcedo, vbi supra.

9 Quæ communis sententia intelligenda est quoties iudex nullam vnquam habuit iurisdictionem ad eius causæ cognitionem, vel definitionem: quia ab initio iurisdictione omnino caruerit, secus si ab initio eam habuit, quæ postmodum aliqua ex causa deficit, aut elisa est, non tamen erat omnino extincta, nec elisa, sed suspensa, & elidibilis ex futura iudicis superioris pronuntiatione, vt constat ex exemplo. glo. in dict. Clem. 1. de sequestr. possess. & fruct. & ideo si iurisdictione semel ab initio verè data, & competens iudici tempore sententiæ fuerit iam extincta, & elisa: quia pronuntiatum est bene appellatum ab eo fuisse erit nulla sententia ex defectu iurisdictionis, poteritque nullitas hæc opponi ad impediendam executionem trium sententiarum conformium, vt ex alijs optimè deducit & probat doct. Couar. vbi supra dict. num. 4. versic. attamen vtraque opinio, &c. Quò fit vt hæc nullitas prouenies ex defectu iurisdictionis, quæ iuxta præfatam resolutionem impedit executionem trium sententiarum conformium, admitti debeat etiam contra sententiã post. 60. dies, de quibus in nostrâ. l. regia, vt ac si ipsam vidisset tenuit Corneus consilio. 203. incip. in hac consultatione. num. 8. lib. 2. & Alex. consil. 77. num. 8. lib. 2. & alij relati à Didac. Perez, vbi supra, eadem col. versic. Limitatio

tatio. 2. vbi se alijs in locis referens expressè tenet hanc limitationem ad nostram. l. regiam. eandem probauit quanuis dubius vtens hac dictione. fortassis doct. Couar. vbi supra. dict. num. 4. verfic. Qua ratione regia. l. sed eandem tenuit expressè doctor. Anto. de Padilla. vbi supra. dict. num. 31. & Ludouic. Mexia. in dict. respons. ad primum fundamentum secundæ partis. n. 11. & Ignatius Salzedo. etiam vbi supra.

10 Nouissime autè ann. 1565. per nostrum inuisissimū Regē Philip. legere regia cautum fuit. vt aduersus sententias supremi cōsiliij atq; regiarum cācellariarum à quibus nō habet locum supplicatio. non possit agi nec opponi de nullitate. etiam ex defectu vel in cōpetentia iurisdictionis. vel. quæ exactis processibus notoriè constet. vel alio quocūq; modo. nec ad impediendam exequutionem ipsarum. nec vt exequutione facta earūdem possit iterum ad litem rediri vt in. l. 4. infra hoc eodem tit. 17. quod est speciale in. d. sententijs Regij senatus & cācellariarū. in cæteris verò sententijs inferiorū iudicum seruanda erunt paulò ante dicta. & idem in causis ecclesiasticis. quia cum nō reperiamus ius canonicum expressum. assignās certum aliquem terminum ad proponendam nullitatē aduersus sententias iudicū ecclesiasticorū. & sic deficiet ipso iure canonico. merito qđ recurrēdum sit ad ius cōmunē regni. hoc est. ad decisionē nostrā. l. 2. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. iuxta late tradita per Didac. Perez. in. q. 3. proemial. posita in princ. primæ partis. Ordinem. regalis.

11 Tertiò & singulariter eadē nostra. l. regia limitada est quādo post. 60. dies pars grauata allegauit nullitatē cōtra sententiā & fuit de facto admissus. putā quia altera pars non opposuit decisionē huius. l. vel non cōtradixit. vel nihil allegauit. ipsaq; nullitas fuit probata. hoc etenim casu allegās nullitatē obtinere debet. cum nō sit. oppositum ex lapsu termini. 60. dierū. de quo. in nostra. l. cui altera pars renūtiare visa est. vt in terminis in casu statuti disponentis. q. post duos menses non possit dici. de nullitate sententiæ. vt in nostra. l. regia cauetur. tenet. las. in. l. hoc ad

cto. num. 3. ff. de nou. oper. nunt. vbi allegat Abb. consi. 55. incip. in causa. lib. 2. quam sententiā sequitur & pluribus doctrinis expressè ad nostram. l. regiam cōprobat Auiles. in c. 1. prat. in glo. A las partes. n. 17. nec obstat generalitas nostrā. l. 1. ibi. *No se an oydos despues sobre esta razon.* Nam debet intelligi si à parte allegetur & opponatur cum sit beneficiū. l. in fauorem eiusdem partis inductū argum. l. si adulteriū cum incestu. §. idē Pollioni. ff. ad. l. Iul. de adult. ibi. vtiq; si error allegatur. Ideo si nō opposita. d. exceptio ne lapsu termini. 60. dierū pars allegās nullitatē aduersus sententiā admittatur eaq; probauerit obtinere debet. quia multa prohibetur à principio quæ facta tenent. vt in. l. patre furioso. cum similibus. ff. de his. qui sunt sui. vel alieni. iur.

### ¶ Finis. 96. Quæstionis.

### SUMMARIVM.

- 1 **E**xequutio sententiæ expressè cōfirmata à iudice appellationis. ad ipsum expectat.
- 2 Actio oritur ex sententia cōfirmante non verò ex prima confirmata.
- 3 Iudex confirmans sententiam primam. debet remittere partes ad iudicem qui bene iudicauit.
- 4 Ad iudicem qui bene interloquutus est remitti debet causa per iudicem appellationis. alias si male reuocari debet eius sententia interloquutoria. & causa retineri apud ipsum iudicem appellationis.
- 5 Iudex appellationis. qui non ex eisdem actis prioribus. sed ex alijs nouis primam sententiam confirmauit. nō tenetur eam remittere ad priorem iudicem.
- 6 Exequutio sententiæ confirmatæ pertinet ad iudicem à quo. qui illam protulit.
- 7 Ad vtrumq; iudicem expectat exequutio sententiæ confirmatæ.

8 *Actione*

8 *Actione in factum potest agi coram primo iudice qui tulit sententiā postea confirmatam pro exequutione ipsius. officio vero iudicis coram secundo. qui eam confirmauit. nisi ipse id remittat iudici à quo. prout tenetur.*

9 *In causis executiuis cōfirmata sententiā executio ipsius est remittēda ad inferiore.*

10 *Primus iudex exequitur sententiā suam à qua fuit appellatum quādo appellatio fuit deserta. & sic sententiā prima transierit in rem iudicatā & alijs similibus casibus hic expressis.*

### L. 6. tit. 17. lib. 4. Nouæ

Collect. Regiæ.

### QVÆSTIO. XCVII.

**Q**uero quis iudex exequatur sententiam cōfirmatam à superiore. an qui primam tulit & sic iudex à quo an confirmans & sic iudex ad quem? in quo Barto. & magis cōmuniter doct. in. l. à Diuo Pio. in princ. nu. 15. ff. de re iudic. secundum Alex. ibi. n. 20. tenet qđ si prima sententiā fuit expressè confirmata per iudicem appellationis. exequutio expectat ad ipsum iudicem appellationis. tex. est expressus in Authen. si quis litigatorum. C. de Episcop. audiēt. ibi. & si inuenerit iudiciū recte factum etiam per sententiā suam propriam hoc confirmet. & exequutioni propriæ tradat. quæ iudicata sunt. & in. l. additos in fin. & in. l. præcipimus. §. ex officijs. C. de appel. tenet glo. verb. Discussa. in cap. Pastoralis. §. præterea. de officio delegat. vbi doct. late agit. & alibi sapissime Marant. de ord. iud. 6. part. in. 3. actu princip. nu. 6. pag. 651. testatur cōmunem Bernar. Diaz. in reg. 676. vbi additio noua idem tenet. item & Octavian. Vestr. lib. 8. in Roman. aulæ actionem. C. de vltim. n. 9. fol. 265. & seq. vbi idem si expressè prima sententiā non confirmetur. sed per infirmationem secundæ sententiæ quæ eam reuocabat. si nullo addito vel mutato præd.

reuocatio fiat si verò aliquo addito vel mutato infirmetur. vterq; iudex. qui primam protulit. & qui secundam eius reuocatoriā exequi poterit secundum Geminian. in. c. Romana. §. final. col. fi. de appel. in. 6. & ibi tandem refert morem Romanæ curiæ.

2 Et ratio supradictæ. cōsistentiæ est. quoniam in causa ipsius actio oritur ex sententia confirmante. non verò ex prima confirmata. vt notant gl. verb. vel iniustam circa fi. & doct. in. l. eos. C. de appel. vbi Bald. n. 2. Salycet. 6. testantur cōmunem. tenet Bart. in. l. 1. n. 3. ff. de re iudic. vbi Alex. n. 5. testatur hanc esse magis cōm opinionem affirmat idem Alexand. in. d. l. à Diuo Pio. in princ. n. 23.

3 Pro qua sententiā est. l. 9. tit. 16. lib. 3. Ordin. vet. vbi inquit lex. *Si el juez de la Alçada fallare que el juez inferior juz go biē. confirme su juyzio. y remitā a las partes al alcalde que bien juz go.* Idē probat. l. 7. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. ibi *Confirme el juyzio. y embie amās las partes al alcalde que lo juz go. & c.* Ergo ad ipsum confirmantem pertinet exequutio sententiæ confirmatæ. alias enim non esset necessaria. d. remissio. & quanuis posset dici remissionem illam de qua in. d. ll. regijs. non esse ad exequutionem faciendam per iudicem inferiorem. sed vt cognoscat vltimus de causa principali & illam decidat. quia appellatio præcedens non fuit à sententia diffinitiuā. sed ab interloquutoria. quo casu cum iudex à quo recte iudicauerit. iudiciumq; ipsius confirmatum fuerit. remitti ei debet causa. vt in ea iustitiam administret. alias si male interloquutus fuerit reuocari debeat ipsius sententiā interloquutoria & causa retineri apud ipsum iudicem appellationis. vt eam decidat. vt expressè colligitur ex dict. ll. regijs. & probat idem tex. de iure cōmuni in cap. vt debitus. cū similib. de appella. & ibi doct. attamen negari non potest. quin iudex inferior recte interloquutus fuerit in casu dictarum legum. ipsiusque sententiā interloquutoriam idē confirmatam ad eumque causam principalem remissam. vt de ea

M 2 cognō

cognoscat, quare necessario per illam remissionem expressam tacite sibi demandata videatur exequutio interlocutoria, alias enim ad causam principalis non posset transire decisionem, quod fit ut hæc. ll. regia: quâuis loquantur in executione sententiæ interlocutoria expressè confirmata à iudice appellationis, ut ad ipsum pertineat ipsius exequutio, & sic quæ eam mandare & committere visus sit iudici à quo remittendo ei causam prout tenetur, maximè conuincat idem esse in sententia diffinitiuâ confirmatâ à iudice appellationis, ut exequutio ipsius expectet ad iudicem ad quem, & ideo eam remittere debeat iudici à quo. Quod intelligit verum Didac. Perez, in d. l. 9. col. 1301. eo casu, quo ex eisdem actis & non nouis causis & actis iudex appellationis eam confirmat, secus si ex alijs actis & nouis causis, quoniam hoc casu remittere non tenetur dicens ita tenetur Barto. eleganter in l. si is ad quem, num. 7. versic. Sed aduerte. ff. de acquir. hered. Sed ibi Bart. hoc nõ agit, sed tantum tenet quod hoc ultimo casu agetur ex sententiâ confirmante, non vero ex confirmatâ, bene tamen ex hoc elicitur mens & intentio Didac. Perez vbi supra.

6 Sed contra hanc cõmunem traditionem & ll. regias adsunt aliæ expressiores probantes ad iudicem à quo, qui tulit sententiâ postea confirmatam pertinere exequutionem ipsius, nẽpẽ l. 6. eodem tit. 17. hoc lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ, quæ ita se habet. *Ordenamos que despues que el juyzio se diere, por el alcalde fuere confirmado, o pasado en cosa juzgada, que el alcalde que diere el juyzio le haga cumplir y executar hasta tercer dia, si fuere sobre rayz o mueble que no sea de dineros. Y si el juyzio fuere dado sobre dineros, hagalo el alcalde executar hasta diez dias.* Sed in Ordnam. Regali vet. erat alia etiã lex ita expressa, nẽpẽ l. fi. tit. fi. lib. 5. Ordnam. vet. quæ ita se habet. *Si la sentencia que el alcalde diere fuere confirmada por el juez superior, faga la execucion de ella el alcalde que la*

*pronũcio, segun se contiene en este libro, en el titulo de las appellaciones, Scilicet, in l. 13. tit. 16. lib. 3. eisdẽ Ordin. vet. quæ est. d. l. 6. d. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. supra relata.*

7 Quid dicendum in hac difficultate? & qui de meo iudicio hæc. ll. posteriores expressissimè videtur in fauore iudicis à quo, ut ad ipsum expectet exequutio sue sententiæ confirmatæ, quâuis ipsa. ll. eam minime auferat à iudice ad quem confirmante, nec id præsumendum est cum sit contra iura expressa iuris communis & rationem supra adductam, & ideo non est sumendum argumētum à cõtrario sensu nec tacitus intellectus cõtrarius: Posset ergo dici ad vtrũ iudicẽ pertinere ipsius sententiæ confirmatæ exequutionem, ita ut quilibet eorum possit eam solus exequi: negari tamen non potest, quin hic intellectus violentiam quodam modo faciat dictis legibus posteriori loco allegatis, quasi manifestè inuentibus, ipsum tantum iudicem à quo, qui tulit sententiâ, quæ postea confirmatur à iudice appellationis, debere & posse eam exequi, non verò alterum, & sic quod hæc. ll. corrigat ius commune supradictum, non verò ceteras. ll. regias primo loco allegatas, quoniam ipsa alio casu & in aliud propositum loquuntur, ut supra aduertit, & sic qualibet. ll. regia ex supra dictis subsistere poterunt in casu in quo agunt: præmaximè cum dict. l. 9. & d. l. 7. in fine. dum agunt de sententiâ diffinitiuâ confirmatâ nihil dicat de remissione facta iudici inferiori, sed de condemnatione expensarum; nisi ut eitemus supradict. correctionem verius intelligamus has. ll. regias postremo allegatas, dum disponunt quod iudex à quo, qui tulit sententiâ diffinitiuâ quæ postea confirmatur, eam exequatur, scilicet, facta sibi remissione per iudicem ad quem iuxta priores. ll. & magis cõmunè resolutione de iure cõi, & prout censuit senatus Neapolit. id ita referente Matth. de Afflict. decil. 42. in fi. & ita cõmuniter fit & practicatur: quia quoties confirmatur sententiâ prima remittitur exequutio ipsius ad iudicem à quo, qui illã protulit, ad id enim tenetur confirmans, ut prædixi.

Velfe-

8 Vel secundo, ut euitetur etiam prædict. correctio potest responderi, ut dict. ll. regias probantes ad iudicem, qui priorem sententiâ tulit, quæ postea confirmatur, pertinere exequutionem ipsius loquantur in iudice ordinario, ut patet ex ipsis, ibi, *El alcalde*, qui iudex ordinarius est (quicquid fluctuet glo. in d. §. præterea) poterit etiã attẽto iure cõi exequi sententiâ suã postquã fuerit à superiore confirmata, licet non sit sibi remissa exequutio ipsius, si coram ipso tãquam coram iudice ordinario in genere intentetur actio iudicati: quia vbiq; intẽtari potest argumẽto. l. fin. C. de præscript. longõ tempore. secus si intentetur officium iudicis pro exequutione sententiæ, iuxta notata in l. miles. §. iudicati. ff. de re iudic. quia illud officium non potest intentari, nisi coram illo, qui tulit sententiã exequendam, vel coram alio ad requisitionem ipsius. iuxta glo. in l. eos. in princ. C. de appellat. & in l. præcipimus. §. in his. eodem tit. ita in specie declarat Bald. in dict. l. eos. num. 6. & ibi Salycet. nu. 9. idem Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. num. 10. ff. de pact. quem refert & sequitur Felin. in dict. c. pastoralis. §. præterea. num. 14. de officio delegat. sequitur etiam Alexand. in dict. l. à Diuo Pio. in princ. nu. 21. tenendum igitur est exequutionem primæ sententiæ confirmatæ officio iudicis petitam pertinere tãtum ad iudicem ad quem confirmantem, nisi ipse prout tenet eam remittat iudici à quo actione vero in factum ex secunda sententiâ posse agi, coram primo iudice, non tãquam primo, sed tanquam ordinario rei: quia actio in factum ex sententiâ coram quocũque ordinario potest intentari secundum supradict. doctores.

9 In causis autẽ exequutiuis cauetur in l. 33. tit. 4. de los adelantamientos. lib. 3. Nouæ Collect. Reg. *Que quando algun pleyto de execucion viniere en grado de appellaciõ, y cõfirmare el alcalde mayor la sentenciã, remita la execuciõ al inferior, y no la haga el.* Ultimo est aduerteridum, quod si appellatio fuerit deserta, & sic sententiâ prima transierit in rem iudicatam, vel iudex appellatio-

nis pronuntiaisset frustratoriam fuisse appellationẽ, primus iudex exequitur, ut in cap. cum Ecclesia. cum glo. de appel. & ibi notat doct. maximè Abb. Maranta, vbi supra. n. 7. idem si prima sententiâ confirmetur per desertionẽ appellationis lapsu fatali: quia tũc ex. i. sententiâ oritur actio, ut in l. fi. §. illud. ibi tanquam licet ab initio. C. de tempor. appellat. cum simil. & dict. l. regia. 6. ibi. *O pasado en cosa juzgada.* Et ita tenent doct. supra dicti sine contradictione, estq; cõmunis Theorica, secund. Octavian. Vestr. vbi supra, num. 9. & ibi ipsius additio in annotatione ad ipsum. n. 31. vbi ampliat etiam si prima sententiâ confirmetur ex desertione per lapsum fatalium: quia esset hoc casu confirmatoria iudicis appellationis potius abundans quàm necessaria, & ex superflua pronuntiatione iudicis ad quem non deuoluitur ad eum exequutio, secund. Bald. in l. penult. in fine. C. quorum appellat. non recip. Fracus in cap. ex ratione. col. antepen. versic. Sed dubitatur pone. de appellat. apud quosidem deceditur, quando consensu expresso partium fuit transactio ab appellatione recessum, vel quod vterq; iudex exequi poterit.

#### ¶ Finis. 97. Quæstionis.

#### SVMMARIVM.

- 1 **L** Ege. 10. titu. 17. lib. 4. disponens quod hodie in hoc regno iudicetur sola facti veritate inspecta, insta atque litium extinctiuã est aduersus Menchaca.
- 2 **A**u eadem. l. locum habeat in criminalibus? decidatur affirmatiue. num. sequentibus.
- 3 **O**missio solemnitatis. l. libellorum. ff. de accusat. inducit nullitatem ipso iure, etiam si pars non opponat.
- 4 **S**olemnitas dict. l. non requiritur quando proceditur sola facti veritate inspecta.
- 5 **R**eo postulante exprimi locum & tempus



commisſi delicti ad ſui deſenſionem faciendam, exprimi debet neceſſario, vt veritas probetur ſecundum quam eſt iudicandum, iuxta d. l. regiam, qua non tollit probationem neceſſariam, nec deſenſionem rei, qua eſt iuris naturalis. & n. 7.

6 Si accuſator in libello expreſſerit menſem & annum, locumque commisſi delicti, idque non probauerit, ſed alio tempore vel loco commisſum fuiſſe delictum, condemnatio ſequi non debet, ſed abſolutio.

L. ii. tit. i. lib. 3. Ordin. veter. hodie.

L. io. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. XCVIII.

**Q**uod de intellectu. l. ii. tit. i. lib. 3. Ordin. vet. quæ hodie eſt. l. io. titulo. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ, vbi in ſumma habetur quod in his regnis Caſtellæ & Legionis omiſſio eorum, quæ ſunt ordinis ſubſtantialis iudiciorum non viciat proceſſum: ſi tamen ex actis proceſſus veritas apparet ſecundum eam eſt iudicandum quanuis deficiat ſolennitas à iure requiſita, dum tamè in petitione actoris vel accuſatoris cõtineatur res, quam ipſe petere intendit, vt latius declaratur in dictis legibus. Et in primis ex dict. l. ii. nonnulli iudicatum in caſibus non paucis ab illa. l. non cogitatis diſpenſare didicerunt vnde lites iniuria proferuntur, ſicque. l. illa non leuem proferendarum litium præbuit occaſionem dum eas citius finire curauit, vt nouiſſime exiſtimauit Menchã. Regius Senator de ſucceſſ. creat. §. i. num. 4. verſic. Hinc etiam dicebam. Sed parcat vir ille perdoctus nam. l. illa (meo iudicio) ſi vera ipſius litera

habeatur, clariffima nedum, ſed etiam iuſta atque litium extinctiua eſt, menſq; ipſius parum aut nihil latens, quod aliud, quibusdam viſum fuit vitio literæ & impreſſorum potius tribuendum eſt, quam legiſtatori culpæ imputandum: Quocirca cum in copilandis dudum legibus huius regni magna cura & diligentia adhibita fit, hinc eſt, vt emendatior litera conſtituatur atque reſtituatur in dict. l. io. vt in pluribus eius partibus euidenter apparet: quo fit vt lex in ſuam priſtinam literam ac verum ſenſum redacta ac demum reſtaurata fit, vt ex inſpectione vtriuſque conſtat, quanuis à diuerſis conditoribus ſint ſubſcriptæ.

2 Prima igitur quæſtio circa eãdem. l. erit, an locum habet etiam in criminalibus, ita vt in eis ſola facti veritate inſpecta in proceſſu probata iudicandum ſit, etiam ſi deficiant ſolennitates iuris? & videtur quod non, tum quia litera antiqua loquitur tantum in ciuilibus, tum etiam quia ſolennitas. l. libellorum. ff. de accuſat. & l. 14. tit. i. part. 7. (cuius omiſſio inducit nullitatẽ ipſo iure, etiam ſi pars non opponat ſecundum communem, quam refert Iulius Clarus in pract. criminali. §. fin. quæſt. 12. in verſi. dixi exprimentum) non ſolum concernat, quæ ſunt iuris poſitiui, ſed etiam deſenſionem, quæ eſt de iure naturali, & ideo non videtur tolli per ſtatutum: quibus rationibus hanc opinionem tenet Greg. Lopez, in dict. l. 14. in glo. La accuſacion. ad medium, in verſi. Sed quid ſi ex forma eãdem probauit, & Menchã. de ſucceſſ. creat. §. 2. num. 4. verſic. Hæc fallunt earatione, quod non oporteat. l. hanc cum ſit exorbitans extendere contra omnia iura, item & doct. Anton. de Padilla, in. l. ſi qua beneficia. num. 22. C. de diuerſ. reſcript. eo quod eãdem ſolennitas ſit admiſſa apud nos pragmatica ſanctione Complutenſi. anno. 1503. capit. 3. ex qua etiam hodie vigere apud nos ſolennitatem. d. l. libellorum reſpondet Auend. reſpon. i. num. 23.

Sed his non obſtantibus contraria ſententia veriſſima eſt, & tenenda per literam noſtræ. l. io. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. regiæ, vbi expreſſe ſancitur in criminalibus, idem quod

quod in ciuilibus, vt patet ibi: *Porende eſtableſcemos anſi en los pleytos ciuiles como criminales, & ibi, que ſi la demanda o accuſacion pareſciere aſſentada en el proceſſo, & c. & ibi, Contemendose toda via en la demanda la coſa que el demandador entendio demandar, o el accuſador pedir, ſeyendo ballada y prouada la verdad del becho por el proceſſo, & c.* Quam literã fortè non viderunt prædict. autores tenentes cõtariũ, quanuis in originali manuſcripto litera antiqua. d. l. aſſerebat, demanda, o accuſacion, & fuit minute tranſcripta, vt teſtis eſt ocularis Auendã. vbi ſupra, dicens hoc eſſe conſonum diſpoſitioni iuris communis ſecundum Puteum, quæ refert, & ita ipſe Auendã. expreſſim tenet hanc ſecundam partem cũ reſtrictione de qua infra, Secũdo, etiã ſi litera huius. l. id non expreſſiſſet prout exprimit pro hac eãdem parte facit, quia diſpoſitio. d. l. libellorum non proceditur, nec ſolennitas illa requiritur quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, vt conſulit Alex. conſil. 6. col. i. volum. 3. Socin. conſil. 109. clarum eſt, volum. 1. Bellonus conſil. 63. nu. 3. Sed hodie procedi debet hoc modo, vt in noſtra. l. regia. igitur, & c. Quo fundamẽto hanc opin. in terminis noſtræ. l. regiæ, quanuis prædict. ipſius veram literam ignorauerit probauit Anto. Gomez. 3. Tomo. & c. ii. qualiter formetur accuſat. num. i. dicens, quod hodie in noſtro regno nõ requiritur talis ſolennitas accuſationis in criminalibus pro forma, imo ſi omittatur proceſſus valet & tenet & poteſt ſequi condemnatio, licet de conſuetudine ſemper ponatur. Eãdem partem ſequitur etiam Didac. Perez expreſſe in. d. l. ii. in gl. Que ſon de la ſolennidad. & in glo. Demanda y accuſacion. & Ludouic. Mexia, in. l. Toleti, de los terminos. in. 9. fundamento. i. p. nu. 17. & ita eſt tenendum indubiè per literam noſtræ. l. iam ſupra relatam iunctis illis verbis, *O deſalleſciere el pedimiento, o alguna de las otras coſas que en ella deuiã ſer pueſtas, o otras que ſon de la ſolenni-*

*dad y ſubſtãtia del orden de los juyzios. & ibi, O faltare en la demãda el pedimiento, o alguna de las coſas que en la demãda deũ ſer pueſtas, ſegun ſubtileza de derecho.*

Non obſtat. 1. & 3. fundamentum contrariè partis, quia ipſarum ſunt ſublata per noſtram. l. Non obſtat & ſecundum, nempe quod prædict. ſolennitas concernat etiam deſenſionem, quæ eſt iuris naturalis, quare ſpond. id procedere poſſe, quoties reus poſtularet exprimi locum & tempus ad ſui deſenſionem probandam, puta quia intendat coarctare negatiuam, tunc enim exprimi & probari debet, vt veritas probetur ſecundum quam eſt iudicandum, vt in noſtra. l. etiam erit proceſſus nullus, tum etiam quia concernit deſenſionem rei, quæ eſt iuris naturalis, quæ nõ eſt ſublata à noſtra. l. quinimo ipſa requirit omnem probationem neceſſariam ad eruendam veritatem, vt ſecundum ipſam iudicetur, vt patet ibi. *ſeyendo ballada y prouada la verdad del becho por el proceſſo.* Pro qua reſponſione expreſſius cõducit verſiculus final. eiufdem noſtræ. l. ita diſpones. *Y anſi miſmo, que ſi las coſas que fueren de ſubſtãcia del juyzio, y la parte pidere declarãndolas, que la otra parte las guarde, y no quiſiere ſiẽndole mãdado: y lo miſmo en no jurar de calumnia, ſiẽndole pedido y mãdado dos vezes, que entonces ſentenciãdo el juez ſin hazer lo ſuſo dicho, ſea auido el pleyto por ninguno, y el juez condeñado en coſtas.* Quo legis temperamento planiſſima redditur hæc ſecunda pars ac ſatis probatã & iuſtificata, quando quidem reus poteſt petere, vt ſeruetur. d. forma ſubſtantialis. l. libellorum. & l. Partite que alias omiſſa, etiam parte non opponente vitiabat ipſo iure proceſſum, ſecundum communem ſupra relatam, hodie ita demum ſi à parte petatur, & à iudice præcipiatur obſeruari, tunc enim ſi adhuc omittatur erit nullus proceſſus, & iudex in expenſis condemnabitur, & ſic noſtra præſens quæſtio decifa eſt per hæc. l. regiã. & abſq; dubio remanet.

6. Quinimo si accusator sponte posuerit in libello mensem & annum, locumq; commissi delicti, prout de iure comuni requiritur, & non probauerit illo anno, mense & loco esse commissum, sed alio tempore vel loco, non debet sequi cōdemnatio sed absolutio: quia hoc casu locus & tempus sunt de forma & substantia accusationis & libelli: item quia diuersitas temporis vel loci inducit diuersitatem delicti, & per consequens non reperitur probatum factum & delictum, quod est proprium atque delectum in iudicio, & tamen requiritur probatio ipsius, ut in no. str. l. per quæ ita tenet bene probans Anto. Gomez, vbi supra. nu. 2. qui nu. 5. & 6. est videndus, quid dicendum sit, quando accusator posuit in libello diem & horam ad quod non tenetur & non probauit, & Iulius Clarus in pract. crimi. §. fi. q. 12. vers. sed quid si accusator, & iuxta hanc responsionem intelligi debent seu potius saluari, ea, quæ tradit Auend. vbi supra, quia licet teneat ex professio hanc secundam partem, vt prædictam restringit dummodo libellus accusatoris habeat locum, & tempus secundum formam nouam positam in d. pragm. Complutens. nam secund. ipsum illa forma substantialis. l. libellorum: quia respicit probationes coarctando locum & tempus non censetur sublata ex ista. l. vt per plura inquit probare Marant. de ordin. iudic. in. 4. part. 1. dist. n. 76. Nam verba hæc intelligi & saluari, vel potius suppleri debet, quando prædict. coarctatio loci & temporis requiritur pro defensionem rei, vt facilius possit suas defensiones producere coarctando negatiua loco & tempore, vt supra est dictum, & cum Bald. & Puteo tenet Marant. vbi supra, alias enim esset contra nostram. l. in verbis supra relatis, per quæ contrarium in terminis tenent supra dicti.

Non obstat. d. ordinatio siue pragm. noua Complutens. quæ corruptè allegatur. c. 3. nã est. c. 13. hodie. l. 3. tit. 10. supra hoc lib. quæ ponit formam & ordinem omnino obseruandam de iure regio cōtra absentes, nam ibi nihil de solenitate. d. libellorum. nec de tempore & loco delicti exprimendo.

¶ Finis. 28. Quæstionis.

### SUMMARIUM

1. Processus iure communi non annullatur propter omissionem iuramenti de calumnia, etiam si à parte petatur.
2. Iure autem regio videtur esse Antinomia ante nouam huius regni legum collectionem, sed postea vera resolutio est, vt si bis fuerit petitum & iussum præstari, et non fuerit iuratum, sed index eo omissio protulerit sententiam diffinitiuam in causa processus sit nullus alias secus.
3. Non sufficit quod bis fuerit petitum iuramentum calumnie, sed etiam requiritur quod bis sit iussum præstari ad hoc, vt eius omissione processus & sententia annullentur, & index in expensis cōdemnetur.
4. Publicatio processus est de ordine iudiciali, non vero de substantia iudicij, ideo si omittatur sit iniustitia non tamen causatur nullitas. & nu. 5. & 6. iure regio idem esse probatur aduersus Didacum Perez.
7. Si tamen bis fuerit petita publicatio processus, & omittatur vitabitur processus, secus si semel tantum.

### Eadem. l. ii. Ordinam.

vet. & l. 10. Nouæ Collect.

### QUESTIO. XCIX.

**Q**uæro secundo, an processus annullentur propter omissionem iuramenti de calumnia quando illud fuit petitum à parte? Et de iure communi, quod non annullentur si iudex non deferat præd. iuramentum, quauis à parte petatur probauit Bald. in. l. 2. q. 2. princip. ff. de iur. iur. quem sequuntur & defendunt dicentes esse notandum in practica Ripa. n. 3. Curt.

Junior

Junior. n. 2. in l. ad mōdū. ff. de iur. iur. contra Cautelam Mati. Syllan. notabil. 65. quantus Iac. in. l. i. iurandū. & ad pecunias. §. qui iusiurandum. n. 3. ff. de iur. iuran. videatur reprobare Baldum vbi supra. De iure autem regio, videtur esse Antinomia ante Nouam legum huius Regni Collectionem, nam dict. l. ii. tit. 1. lib. 3. Ordin. veter. alferbat secund. antiquam literam quod omisio iuramenti de calumnia, quauis à parte peteretur, non vitiat processum. rursus. l. fin. tit. 4. eodem lib. 3. Ordin. vet. probat. Quæst. el iuramento de calumnia fuerit dos vezes pedido, y no fuere fecho por aquel à quien es demandado, que el processo sea annullado, y el juez sea condemnado en las costas. Quam contrarietate hoc modo dissoluebat Ioann. Matienzo, in suo dialogo relat. c. 45. n. 9. nempe dict. l. ii. vt nouiorem corrigere dict. l. vltimam. Sed verior intellectus & cōcordia est, vt dict. l. ii. intelligatur quando semel tantum fuit petitum iuramentum de calumnia & non præstitum, tunc enim non vitatur processum, cū id sonent verba illa, Demandado. Quia debet intelligi pro prima vice iuxta regulam. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum signifi. dict. vero. l. fi. expresse loquitur, quando bis fuit petitum iuramentum de calumnia & non fuit præstitum, quia tunc erit nullus processus propter omissionem. d. iuramenti bis petiti: hæc cōcordia in primis probat eadem met. l. ii. secund. veriore litera, quam restituit Didac. Perez, ex antiquis Codicibus in dict. l. fi. col. 949. circa fin. addens ad dict. l. ii. sequentia verba. Pero si en aquellas cosas que son de la substancia del juyzio, la parte pidere al juez que guarde la orde del derecho en qualquiera dellas nõbradamente, è la non guardare; o el juramento de calumnia pedido dos vezes, no lo fiziere, que entonces sea auido el processo por ninguno, assi como es dicho, y el alcalde sea condemnado en las costas. Tum præterea hanc cōcordia tenent Auend. in. i. respon. n. 6. & Didac. Perez, in vtraq; l. col. 809. &

col. 449. & Ludou. Mexia in. l. regia Toleti, de los terminos. in. 4. fundam. r. part. n. 9. vbi defendit eam ab impugnacione relatoris vbi supra, nouissimeque eadem concordia probatur per. l. 10. tit. 17. libr. 4. Nouæ Collect. Reg. quæ sumpta fuit à dict. l. ii. & dict. l. fi. nam dicitur in dict. l. 10. Quæ si el juramento de calumnia no se hiziere estauo pedido por la parte vna vez solamente, el processo y sentencia que se diere no sea nullo pero, que si siendo pedido y mandado dos vezes, no se hiziere, sentenciando el juez sin hazer lo susodicho, sea auido el pleyto por ninguno, y el juez condenado en costas. Itaque nostra hæc. l. Nouæ Collectionis subtilit prædict. dubium, & scienter ac ex proposito clarissime illud decidit. Addit tamen illud; Quæ sea mandado per iudicem bis: non igitur sufficit quod bis sit petitum iuramentum calumnie à parte, sed etiam requiritur quod bis sit iussum præstari, ad hoc vt eius omissione processus & sententia annullentur, & index in expensis condemnentur: sicque. l. hæc in hoc approbat dictum Bald. vbi supra, tenentis non annullari processum propter omissionem iuramenti de calumnia à parte petiti: nisi iudex illud deferat: quantus dict. l. regia requirat quod bis petatur & bis iubeatur præstari prædict. iuramentum ad hoc, vt ipsius omissione vitiet processum, quod est summe notandum.

4. Quod sit quod cum publicatio processus sit de ordine iudiciali, non vero de substantia iudicij secund. cōmunem opinionem quam refert Auenda. d. i. respon. nu. 8. dicens quod si non fiat publicatio est iniustitia, non tamen causatur nullitas & sic poterit ab omissione appellari, vt in. l. 4. tit. 16. libr. 3. Ordin. vet. in versic. O si la parte pidere traslado, Hodie est. l. 3. tit. 18. hoc lib. 4. Nou. Collect. Reg. estq; crebrior opinio, testiu ac processus publicationem non esse de substantia iudiciali, & ideo eius omissionem non annullare sententiam postea latam, vt plures referens testatur Iacob. Menoch. de arbit. iudic. lib. i. q. 33.

M 5 nu. 1.



nu. i. vbi num. sequent. probat, id procedere etiã si à parte sit petita publicatio testium, licet ab omisione possit appellari, & publicationem processus esse de ordine. non verò de substantia iudicij. probat cum alijs Didac. Perez, in dict. l. fi. glo. fin. & in Rubric. tit. II. lib. 3. Ordin. col. 1155. & Mexia, vbi supra, nu. 10. testatur communem ex testimonio Marantz, plures referens Ignatius Salcedo, in ad notat. ad reg. Bernard. Diaz. super reg. 758. & etiam si de iure regio esset formalis publicatio testium & de substantia iudicij, vt arbitratu Didac. Perez. d. col. 1155. p. l. i. tit. 4. lib. 3. Ord. veteris, ibi, *Publicados los dichos testigos*, Adde tu pragmat. 42. del Reyno. c. 18. in vers. *Despues de las prouanças publicadas*, Quod tamen non probo quia, id potius ordinem quam substantiæ iudicij connumerandum est, vt patet. quia dictus titulus. 4. lib. 3. Ord. vet. intitulatur, *De la orden de los juyzios, y juramento de calumnia*, Et dict. l. in verbis supra relatis possit etiam secud. d. distinctio nem intelligi, vt aduersus Didac. Perez, vbi supra, asserit Ignatius vbi supra.

Adhuc tamen vtrūque sit, licet vsu recepta sit publicatio testium nõ causatur nullitas ex omisione publicationis testium petite, vt præter supra dictos autores constat ex nostra. l. 10. titu. 17. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ, & l. II. Ordin. vet. dum disponunt non annullari processum ex omisione ordinis substantialis iudiciorum, vt patet ibi. *O que desfallecen las otras solemnidades y substancias de la orden de los juyzios.*

Si tamen bis petita publicatio testium vel processus omittatur vitabitur processus, secus si semel tantum fuerit petita argumento earumdem legum in eo, quod disponunt de iuramento de calumnia, omisso bis petito & iusso præstari, & quia geminata petitio maiorem firmitatem ac vim habet, ita in terminis tenet Didac. Perez, in dict. l. fi. col. 952. quem refert & sequitur Mexia, vbi supra, num. 11.

¶ Finis. 99. Quæstionis.

*SUMMARIUM.*

- 1 **A**gens ex vna causa & probans aliã, an in hoc regno obtinere debeat? & num. sequent. resoluitur affirmatiue præcipue. nu. 8.
- 2 Quando proceditur sola facti veritate inspecta, potest proferri sententia non conformis libello.
- 3 Iure communi attento deducens rem ex vna causa in iudicio & probans ex alia non debet obtinere.
- 4 Litis contestatio est de substantia ordinis processus, qua omissa processus debet pronuntiari nullus.
- 5 Deducens rem in iudicio ex vna causa & probans ex alia per confessionem alterius partis debet obtinere etiam de iure communi.
- 6 Contra confessionem partis non admittitur probatio, nisi erroris.
- 7 Iudex non debet admittere probationes, quæ non descendant ex libello.
- 9 Publicatis attestationibus admittitur quis ad probandum id, de quo ante publicatio nem instrui non potuit.

**Eadem. l.**

**QVÆSTIO. C.**



Vero tertio, an attentis præd. II. regijs, quæ disponunt vt hodie in his regnis iudicetur sola facti veritate inspecta in processu probata agens ex vna causa, hoc est, deducens vnam causam & aliam probas obtinere debeat ob illam probatam licet in iudicio non deductam? & videtur sic argumento text. & ibi notat Barto. in l. AE. milius Largianus. ff. de minorib. 2. col. in fin. n. 5. Secundo, per præd. II. regias, quæ non confi-

considerant causam, sed rem, quæ petitur vt constet in veritate quæ illa pertineat ad actorem, de causa autem petendi nihil dicunt, sed tantum de repetita, quod operantur verba illa, *Que se juzgue segun la verdad que hallaren prouada*, Non autem dicit, *Que hallaren pedida*, Tertio, quia licet alias sententia debeat esse conformis libello, vt in l. vt fundus. ff. communi diuidun. cum simil. tamen quando proceditur sola facti veritate inspecta potest ferri sententia etiam nõ conformis libello, & super alio quam super petitis secund. Ias. in l. vinum. col. 17. ff. si cert. pet. quem refert & sequitur Marant. in repet. l. is potest. n. 194. ff. de acquir. hæred. tãdem in terminis similis statuti hanc opinionem expressim probant Marant. de ordin. iudic. 4. part. 9. distinct. n. 17. & in titu. de sententia. num. 65. & 66. & plures referens Aymon Crauet. consil. 198. n. 7. Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. quæst. 9. nu. 2. & iterum. quæst. 30. nu. 5. & decif. Pedem. 2. nu. 21. & sequent. & hanc sententiam plurimos referens testatur magis communem Ludouic. Mexia, in l. regia Tolët. de los terminos in. 9. fundament. 1. part. nu. 13. 14. & 15. quam etiam attentã nostrã. dict. l. regia. II. in hoc regno probarant Anton. Gom. 3. Tom. c. II. qualiter formetur accusat. n. 6. circa fin. vbi ampliat in criminalibus, & Auend. respons. 1. nu. 21. & 22. dicens istud præmaxime & sine dubio procedere quando in libello ponitur illa clausula (super quibus omnibus peto iustitiæ cõplémentum) nam ista clausula operatur, vt super non petitis, si tamen ex eodem fonte procedant possit proferri sententia, & iudex potest in hoc impartiri officium suum ad vtilitatem priuatam secund. Anton. Capic. decif. 10. in fine.

3 Sed contra hanc opinionem fortiter vrget primo, quia ratio quare de iure communi deducens rem in iudicio ex vna causa, & probans ex alia non debet obtinere, vt in l. qui habebat. ff. de instit. actio. & in l. i. ff. si mens. fals. mod. dix. per quæ iura hæc est communis opinio, vt plures referens testatur Anton. Gom. in l. 45. Tauri. num. 159. col. 2. Me-

noch. de arbit. iudic. lib. 1. quæst. 30. num. 11. refert alios bene ampliãs Mexia, vbi supra, nu. 12. ea est secund. Bald. in l. 2. nu. 1. ad fin. C. de probat. quia in ea, causa probata, non fuit illa contestata, cum in iudicio non fuerit deducta: si enim deduceretur posset pars aduersa contrarium probare; & sic remanet indefensus, quare condẽnari non debet, sed ad aliud iudicium remitti causa illa, vt super ea de nouo agatur; litis enim contestatio est de substantia ordinis processus, qua omissa processus debet pronuntiari nullus secund. communem scholam doctorum in. c. vno delictis contestat. vbi notat Bald. quæ contestatio litis est lapis angularis: quod fit, vt supra dicti proximè communis sententia probata in dict. l. habebat. ff. de instit. actio. non procedat, quotiescunq; constat de altera causa non deducta in iudicio, vel de iure alterius per confessionem alterius partis: tunc enim potest actor petere confessionis executione absq; eo quod alio iudicio vtatur secund. Fulgof. in l. 1. nu. 2. ad fin. ff. de public. quicquid alias velit gl. mag. in. §. sed iste quidem vers. quinto, quod credat. Instit. de act. & gl. in d. l. ff. de public. verb. non à domino: nempe, aliud iudicium requiri licet per confessionem constet, hoc namque necessarium non est cum ipsa pars cõtra se fuerit confessã: cõtra cuius confessionem nõ admittitur probatio in cõtrarium, nisi erroris, vt in l. error. C. de iur. & fact. ignor. dum modo confessio præd. fit clara & in iudicio facta, vt in l. vnic. C. de confess. & in l. 3. tit. 21. hoc lib. 4. Noua Collect. Regiæ alias secundas rationes, dict. communis sententiæ refert Menoch. dict. quæst. 30. nu. 2. sed modo supra proxime relata militat etiam hodie attentã hac nostrã. l. regia, ergo, & c.

7 Secundo, contra eãdem magis communem sententiam in nostrã. l. probatam facit dictum Bald. ab omnibus frequentiori calculo receptum in l. 1. n. 7. vers. vltimo notat C. vt in possess. legat. (id ita testante Mexia, vbi supra, nu. 14.) asserentis quod iudex non debet recipere probationes, quæ nõ descendant ex libello, & quãdo libellus & probationes sunt diuersi generis, oblatio talium probatio-



nam nihil operatur præcipue atteta Pragmatic. Regia. 42. de la orden iudicial. ca. 12. vbi disponitur, quod articuli & probationes fieri debent iuxta tenorem & formam petitionis seu libelli, & inquit Bald. in l. per hanc sol. 5. C. de tempor. appel. quod est de substantia iudicij, quod proponatur exceptio quia non proderit probare factum, nisi posita sit exceptio, vt refert & sequitur Grego. Lop. in l. 8. tit. 3. par. 3. cum ergo probatio diuersi generis sit, & super non deductis in libello, obidque reijciatur & pro infecta habeatur, eonsequens est reum necessario absoluedum esse ab obseruatione iudicij: quo solo fundamento hanc opinionem probat & tenet in practica aduersus comunem, imo qd probans ex alia causa quam in libello contentatque deducta, stantibus dict. II. regijs, seu similibus statutis succumbat Mexia, vbi supra, dict. num. 14. dicens ita reperisse tenere. Claud. in l. fi. ff. de lib. & posthu. & num. 15. ponit concordiam inter has duas opiniones, vt. i. quæ est magis communis procedat, quando de impertinètia articulorum & probationis oppositum non fuisset, altera vero (quæ sua est opinio) quando à parte publicatione facta id opponeretur ex doctrina Bart. in l. si duo patroni. §. Iulianus. 2. col. nu. 10. ff. de iure iuran. per text. ibi: contra communem etiam pluribus fundamentis tenet Velascus in Tract. de iure emphyt. quæst. 6. n. 12. præcipue in regno Portugalia, vt ibi probat.

8. Quid tenendum? mihi prior opinio nõ solum receptor sed verior & tenenda videtur: non obstat primum fundamentum cõtrarie de defectu litis contestationis: quia hodie sine ipsa valet processus, nec est necesse reum cogere, vt litem contestetur, vt probat Auend. dict. respons. 1. nu. 21. Non etiam obest qd in causa non deducta quauis postea probata reus remanet indefensus, quia nõ potuit instrui, aliàs si sciret probaturus cõtrariu: quoniam etiam publicatis attestatiõibus admitte poterit ad probandum (si velit) cõtrarium, cum ante probationem super hac probatione contraria instrui non potuit per tex. in c. ex tenore. 35. in ordine. de testibus, vbi glo. verb. Admittendis hoc notat allegans alia

iura. & illum tex. hoc modo intelligit Abb. ibi num. 4. estq; hic intellectus illius text. communis secund. Felin. ibi. n. 4. sicque hoc modo reo succurreretur si aliquam defensionem habeat aduersus causam probatam non deductam in processu, quod si, id non petat sibi imputet. Non obstat etiã dictu Bald. in d. l. 1. n. 7. C. vt in possess. leg. nec. d. Pragm. Regia: quia nos agimus quando probatio ex alia causa, quam deducta in iudicio fuit admissa & probata, quia multa prohibentur fieri à principio, quæ post facta tenent, iuxta l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. & ibi late Iaf. non etiam placet concordia supra assignata ex doctrina Barto. in d. §. Iulianus, quoniam ipsa procedere poterit attempto iure communi, non vero stãte nostra l. Regia, qua nostra sententia comunis optime probatur, vt supra est dictum in principio huius quæstionis.

¶ Finis. 100. Quæstionis.

SVMMARIA IVM.

- 1. Actor, an debeat hodie iure nouissimo regio obtinere si in libello actionis, vbi narratur factu deficiat petitio rei, adest tamen veritas probata in processu? quod sic.
- 2. Etiam si sola facti veritate inspecta procedendum sit adhuc tamen persona iudicis actoris & procuratoris debet legitimari, sicque de mandato constare debet.

Eadem. l. 10.

QVÆSTIO. CI.

¶ Vero quarto, quid si in libello actionis, vbi narratur factum, deficiat petitio rei, si tamen veritas probata est in processu, an actor debeat obtinere? Et videtur qd non ex dict. l. II. tit. 1. lib. 3. Ordin. vet. ibi, *Conteniendo se*

*toda via demanda en la cosa que el demandador entendio demandar; e siendo hallada e prouada la verdad del hecho, el proceso, &c.* Duo igitur copulatiue & conditionaliter ibi requiruntur, ad hoc, vt actor obtinere debeat, nempe, *Que se contenga toda via demanda en la cosa que el demandador entendio demandar, y que se prueue la verdad del hecho.* His igitur deficientibus, vel quolibet eorum non procedet dict. l. ex quibus verbis docto. nostri Hispani deducunt expresse requiri qualemqualem petitionem, nam alias iudex non posset sententiam proferre, nec pars sciret an agere vel cedere debeat, & sic requiritur petitio taliter formata quod possit ad eam proportionari sententia, saltem secundum intentionem petentis vt iure quoque communi statutum esse probat Auendan. vbi supra, dicto numero. 2. i. responso. 1. cum Puteo & Maranta, quos refert: fatuus enim esset iudex qui vltra petitã pronũciaret, vt in c. licet Heli. & ibi doct. de simon. quia sententia debet esse conformis libello, vt in l. vt fundus. ff. commun. diuid. Sed nihilominus quauis hæc sententia vera esset attempto iure communi, item dict. l. regia. II. verum hodie nouissimè attempta nostra. l. 10. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. ipsiusq; litera, quæ est correctior & emendatior, contrarium videtur tenendum, nempe, quod si in libello actionis deficiat petitio, dum tamen in eo contineatur res, quam actor intendit petere, probata veritate in processu, debeat obtinere, vt patet ibi, *O faltare en la demanda el pedimiento, &c.* & ibi, *Conteniendo se toda via en la demanda la cosa que el demandador entendio demandar seyendo hallada y prouada la verdad del hecho por el proceso:* Itaque in dict. l. II. non assereretur, *O faltare en la demanda el pedimiento, sed, O menguare la sobre dicha demanda en el pedimiento.* Præterea dict. l. II. dicebat, *Conteniendo se toda via demanda en la cosa, &c.* Dict. ve-

ro. l. 10. non ita, sed, *Conteniendose toda via en la demanda, la cosa que el demandador entendio demandar;* Quæ est maxima variatio consultoq; facta, quæ sensum mutat. Sed instabis, quomodo ergo sequi potest cõdemnatio etiam si probetur veritas in processu, deficiente aliquali petitione? cui libenter respondeo: *Que la demanda ha de ser clara y cierta que se entienda lo que quiso pedir el actor,* Quauis errore vel incuria desit petitio, vt sic clare factum narretur: & hoc disponit perspicue dict. l. 10. in verbis supra relatis, & ibi, *Sobre que se puedẽ dar cierta sentencia,* Quod comprobari potest argumento. l. verbu volo. C. de fideicommiss. vbi dicitur verbu volo, licet desit, tamẽ quia additum perfectu sensum facit, pro adiecto habendum est. l. 3. §. qui Marco. ff. de ann. leg. inde doct. notant quod scriptura suppletur, vt actus valeat, quod etiam probant per. l. si in testamento. in princip. ff. delegat. 1. & in l. vnum ex familia. §. si omiffa. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de legat. 2. l. 1. §. final. ff. de hæred. instituend.

Hoc etiã colligitur ex verb. *Menguare,* dict. l. 1. i. nam non dicit, *Faltare,* prout dicit dict. l. 10. quã ponderatione vtitur Auendan. vbi supra. n. 18. ergo ex mente manifesta ipsius, si præd. l. II. vteretur verb. *O faltare,* non requireretur qualisqualis petitio: cũ igitur nostra. l. 10. quæ est nouior. vtatur præd. verbo, *Si faltare,* sequitur vt secund. ipsum non requiratur hodie vlla petitio, præcipue cum id apertius probetur ex cæteris verbis eiusdẽ. l. 10. supra relatis, quæ si videret Auendan. non dubito quin hanc nostram sententiam & si nouam probaret: quod si iterum replices, quomodo vocari potest, *Demãda,* vt eam vocat, dict. l. 10. si in ea non contineatur petitio? respondeo eo nomine adhuc vocari posse ab intentione & mente agẽtis, quæ ex ipso libello colligitur, vel præterea, quia vt plurimum in libello dicitur, *Demãdo ante v. m. a fulano, &c.* Hæc autem nostra sententia absque dubio procederet si in libello adijcia-

adijciatur clausula salutifera super quibus pe-  
to mihi iusticiam ministrari meliori modo,  
quo de iure locum habeat.

- 2 Ultimo est aduertendum circa dict. l. 10. q.  
etiam si sola facti veritate inspecta in his Re-  
gnis procedendum sit, adhuc tamen perso-  
na iudicis actoris & procuratoris debet legi-  
timari, sicque de mandato constare debet, vt  
cum alijs probat Auendan. vbi supra, dict.  
nu. 21. respons. 1. & Mexia. dict. 9. fundamen-  
to. n. 26.

¶ Finis. 101. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 **A**ppellatio an presentanda sit neces-  
sario coram iudice vel sufficiat il-  
lam produci coram notario? regulariter  
coram iudice presentanda est.
- 2 Hoc fallit quoties copia iudicis haberi non  
potest, vel timetur adiri.
- 3 Sed vbi copia iudicis haberi non potest,  
an iterum appellans ante vltimum mo-  
mentum redire teneatur ad suam do-  
mum vel tribunal.
- 4 In curia Romana Patres Rotæ solent,  
etiam si non appelletur apud iudicem, nec  
doceatur de absentia nec alio impedimē-  
to ipsius iudicis, prout solent in alijs cau-  
sis in dubio inclinare pro nō desertione.

L. 1. titu. 18. lib. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. CII.



Varo an regulariter appella-  
tio debeat necessario præsen-  
tari corā iudice à quo, an suffi-  
ciat illā produci solum acto-  
rū magistro seu notario ab-  
q; iudice? & videtur hoc quidem sufficere se-  
cundum Bald. in Authent. quæ supplicatio.

C. de precib. imperat. offerend. in princip.  
vbi Paulus de Cast. nu. 4. l. 3. cam opin. se-  
quuntur, item & Marant. de ordin. iudic. 6.  
par. tit. de appellat. n. 122. pag. 575. & Bonifa.  
in peregrin. legum Partitarum, in parte ap-  
pellatio. in. 6. q. in versu. item est appellandū  
in scriptis, in glo. intimetur. in fi. fol. 47. col.  
2. pro qua sententia videtur facere. l. 1. tit. 18.  
lib. 4. Nouæ Collect. Reg. dum præfigester  
minum ad appellandum à sententia diffini-  
tiua vel interlocutoria, non meminit pro-  
ductionis coram iudice à quo fienda, nec  
quid talerequirat.

Sed his non obstantibus contrarium est te-  
nedum, imo quod regulariter appellatio de-  
beat presentari coram iudice à quo, alijs sit  
nulla prout tenuit glo. in c. suggestum. ver-  
bo, Vocem. de appellat. glo. etiam in cap. ap-  
pellatio. verb. Iudici. de appellatio. in. 6. per  
tex. in cap. vt debitus honor. eodem tit. & in  
cap. bidui. 2. q. 6. eandem opin. tenent Abb.  
& alij doct. in dict. c. suggestum. & in. c. fi.  
eiusdem tit. & ibi Præposit. Philip. Franc. in  
cap. si iustus metus. in versu. in glo. 2. de ap-  
pella. in. 6. & ibi Præposit. vbi plures glossas  
doct. atque iura ad idem allegant, & Lopus  
allegatione. 39. Capella Tolos. decis. 428. vbi  
dicitur ita fuisse decisum, & ibi glo. Guid.  
Pap. consil. 198. in princ. vbi dicit qd appella-  
tio est deserta. hanc testatur comunem De-  
cius in d. c. suggestu. nu. 4. vbi plures refert,  
& decis. Rotæ, ita tenentes: & ipse limitat præ-  
terquam si postquā appellatio intimata fuit  
tabellioni, intimetur iudici: pro qua senten-  
tia est optima. l. Regia. 22. tit. 23. part. 3. dum  
in forma ibi tradita ad appellandum, semper  
dicitur quod libellus appellationis debet lo-  
qui cū iudice & expressius. in versu. *E quan-  
do diere el escripto, & ibi, Dene lo leer an-  
te el juez si lo quisiere oyr.* Et ita est tenen-  
dū prout etiā tenet idem Marant. vbi supra,  
nu. præced. 121. & est decis. Rotæ in nouis.  
50. de appell. tenet etiam Bald. in d. c. sugge-  
stum. Nec contrarium tenet Guido Pap. q.  
436. num. 64. pag. 608. Nam loquitur quan-  
do copia iudicis haberi non potest, vel quan-  
do timetur adiri, vt ipse autor ibi dicit in fi.  
dict. nu.

dict. num. & præterea constat ex totis, quas  
allegat, maxime quod Cynus in l. 2. C. de his,  
qui propter met. iudic. non appell. his cessan-  
tibus tenet appellationem interponendam  
esse corā iudice, vt supra est dictū quæ allegat  
Guid. Pap. vbi supra, in supradictis enim duo-  
bus casibus specialibus potest coram honestis  
personis notario & testibus appellari, ne-  
pe, quando copia iudicis haberi non potest,  
vel quando timetur aditus ad ipsum, vt te-  
nent doct. supra citati, & probatur in dict. c.  
si iustus metus & in dict. l. 22. partitæ ad fin.  
& forma quæ tunc debeat ferri traditur  
per Marant. vbi supra, dict. num. 121.

- 3 Et quanuis sint qui existiment hoc casu  
quando copia iudicis haberi non potest, qd  
appellans ante vltimū momentū teneatur  
iterum redire, quia forte alia die iudicis co-  
piam habebit, vt tradit Felin. in. c. ex trans-  
missa. circa medium. versu. dum subdit. nu. 5.  
de præscrip. alios allegans. Si tamē appellans  
non redierit substituit Cassiador. decis. 8. de ap-  
pellat. in princip. ad fin. vbi late disputat ad  
partes, & tandem in eam partem videtur in-  
clinare, quod si appellans expectasset vltimū  
momentum, & ipso vltimo momento adi-  
uisset ad locum, vel tribunalis vel habitatio-  
nis iudicis volens appellare, nec iudicis co-  
piam habuisset substitueretur appellatio: ta-  
meti videretur posse appellanti imputari,  
quor; vltimum expectauerit momentum:  
eandem sententiam sequitur Octavian. Vestri  
in sua introductione in formæ aulae actio-  
nem & iudiciorum mores, libr. 7. c. 3. nu. 27.  
fol. 203. vbi tamē admonet, vt vbi ante mo-  
mentū iudicis copia non habuisses, si poteris  
reuertaris alia vice, dicēs ita etiā vidisse à fe-  
nioribus fieri & qd passim seruetur: imo vbi  
in vltimo momento non habemus iudicis co-  
piam, solemus inquit ante notarium causæ  
actuarium, nō solum appellare sed etiam ab  
eo Apostolos petere. Non obstat in oddeconi-  
muni sententiæ supra adductæ nostra. l. 1. No-  
uæ Collect. Reg. in ea enim nō agitur de for-  
ma appellationis nec coram quo interponi  
debeat, sed tantum de tempore intra quod  
debeat appellari, quare non videtur corrigere  
reius commune, nec dict. l. partitæ requiren-

tem, vt coram iudice appelletur, imo hoc ip-  
sum præsupponitur in. l. 12. eiusdem tit. 18. ibi,  
*No le denueste, ni le diga mal por ello, mas  
reciba el azada y haga lo que dene.*

- 4 Apud euriam tamen Romanam Patres,  
scilicet Rotæ, solent etiam si non appelletur  
apud iudicem, nec doceatur de absentia vel  
alio impedimento ipsius iudicis, prout etiam  
solent in alijs casibus in dubio inclinare pro  
nō desertione, per doctrinam Paul. in. l. 1. ff.  
si quis caut. & quia re dubia existente per in-  
clinationem in hac partem nihil detrahitur  
de iuribus partium, imo videtur tendere ad il-  
lorū & maiore veritatis indagacionē, vt atte-  
statur idem Cassiador. vbi supra, subiungit  
tamen in fine quod utilis esset in hoc articu-  
lo principis declaratio: sed eā esse superflua  
affirmat videri Octavianus Vestri, vbi su-  
pra, postquam res est vsu tot. annorum & su-  
prema illius Auditorij autoritate pro nō de-  
sertione declarata, & licet hæc confidētia vi-  
deatur appellanti præbere occasionē nō ap-  
pelladi in cōspectu iudicis, & suo casu euitā-  
di refutatorios Apostolos, quos si in præsen-  
tia iudicis appellasset habiturus erat, quosque  
euitare nō cōsuevit esse in appellantis facul-  
tate propter honorem iudicis ac partis appel-  
latæ præiudiciū, nihilominus non cōsueue-  
runt prædixi hoc respicere, cum appel-  
lans semel ad eundem iudicem videatur hono-  
ri eius satisfecisse, & debeamus casum nō  
reperit iudicis potius eius absentia quam ma-  
litiæ appellantis in dubio imputare, secund.  
Cassiador. & Octavian. vbi supra.

¶ Finis. 102. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 **A**ppellans quibus terminis iure re-  
giō teneatur se presentare coram  
iudicibus superioribus, & sub quibus  
penis.
- 2 An facta presentatiōe post dictos terminos  
admissa q; appellatione per superiorem,  
si constiterit de iniustitia prioris senten-  
tiæ,

*tie, ipsa adhuc firma maneat appellata, audiri non debeat? & num. sequentib. ubi quod non audiat.*

- 3 *Iudex ex officio, etiam parte non opponente potest pronuntiare appellationem esse desertam.*
- 4 *Iudex in dubio non debet pronuntiare appellationem esse desertam.*

L. 2. titu. 18. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. CIII.



Verò circa praxin: l. 2. tit. 18. libr. 4. Nouæ Collect. Reg. qua cauetur quod appellans debet se presentare coram iudice appellationis intra terminum sibi ad id assignatum à iudice à quo, qui si illum nō assignet, id facere tenetur coram Rege vltra portus intra 40. dies, extra vero intra 15. dies: Si vero Rex fuerit in oppido, vel si appelletur à iudicibus oppidi ad iudicē maiorem ibidem comorantem intra tertium diem, à iudicibus vero termini terre & iurisdictionis ad iudices oppidi intra 9. dies à die, quo appellationi fuerit delatum: quod si in his terminis appellans non se presentauerit, sententia firma maneat à qua appellatus fuit.

- 1 An rigor dict. l. sit seruandus quoties facta præsentatione coram iudice superiore post dictos terminos, admissaq; appellatione per ipsum constat, vel probatur de iniustitia sententiæ à qua appellatum fuit, præmaximè si appellatus expressè de desertione minime opposuerit? & videtur quod non. Primò quia iudex ad vtilitatem priuatam non tenetur impartiri officium suum circa non petita, vt in l. 4. §. hoc autem iudiciū. & ibi doct. ff. de dam. infect. Secundò, quia iudicandum est veritate inspecta in processu probata, vt in l. 10. titu. præcedenti: & ita visum fuit quibusdā aduocatis & forsan ab eis obseruatum.

Ego verò semper dubitavi de hac opinio-

ne, quin mihi cōtraria verior visa fuit & nūc videtur, cum hæc l. introduxerit formā circa præsentationē coram iudicibus superioribus in prædict. terminis faciendam, & præterea habeat clausulam decreti irritantis, hæc est, desertionem appellationis facientem, si præsentatio in eisdem facta non fuerit, quare omnino seruanda, præcipuè cum nouissime in noua legū huius regni Compilatione fuerit posita, & ab alijs regibus custodiri iussa: sibi que appellans imputare debeat quod se debito tempore non præsentauerit diligentiasque debitas fecerit, præmaximè cū bonā causam haberet. Nec obstat primum fundamentum, cōtrariæ partis, nepe quod appellatus expressè nō opposuerit desertionē: quoniam iudex ex officio etiā parte nō opponente potest pronuntiare appellationē esse desertā, vt cū alij tenet Marant. de ordi. iudic. 6. part. tit. de appellat. n. 398. pag. 644. quē refert & sequitur Auendā. cap. 1. præto. n. 32. fol. 19. col. 4. nec obstat quod in dubio debeat iudex semper pronuntiare appellationem non esse desertam, quia debet eligere viam mitiorem per quam ius nō remaneat peremptum.

- 3 litigati, vt tenet Paul. de Cast. Alexan. & Ias. in l. 1. ff. si quis caution. Decius & Feli. eod. q; referēs Marant. vbi supra. n. 397. quoniam hoc procedit, eo casu, quo ipsi loquuntur, quoties est dubiū an appellatio sit desertā necne; tunc enim merito, vt in tali dubio non debeat iudex pronuntiare eam esse desertam: at in nostro casu clarū est esse desertā ob non factam præsentationem tempore debito, & à præd. l. regia limitato licet de iustitia principali liqueat contra sententiam: nec etiam oberit si dicatur quod quauis possit iudex parte non petente pronuntiare desertam appellationem, non tamē legimus ad id teneri, poterit ergo si malit ipsam non desertam habere, de causaq; principali cognoscere, cum videat sententiam à qua appellatum existit, esse prorsus vel aliqua ex parte iniquā, imo rectius faciet illam reuocando ne ex præteritione modici temporis altera pars indebitè damnū patiat, & re sua, vel pecunijs priuetur: imo scrupulo conscientie carere non videtur hoc casu iudex appellationis iubendo
- 4 esse desertam, quia debet eligere viam mitiorem per quam ius nō remaneat peremptum. litigati, vt tenet Paul. de Cast. Alexan. & Ias. in l. 1. ff. si quis caution. Decius & Feli. eod. q; referēs Marant. vbi supra. n. 397. quoniam hoc procedit, eo casu, quo ipsi loquuntur, quoties est dubiū an appellatio sit desertā necne; tunc enim merito, vt in tali dubio non debeat iudex pronuntiare eam esse desertam: at in nostro casu clarū est esse desertā ob non factam præsentationem tempore debito, & à præd. l. regia limitato licet de iustitia principali liqueat contra sententiam: nec etiam oberit si dicatur quod quauis possit iudex parte non petente pronuntiare desertam appellationem, non tamē legimus ad id teneri, poterit ergo si malit ipsam non desertam habere, de causaq; principali cognoscere, cum videat sententiam à qua appellatum existit, esse prorsus vel aliqua ex parte iniquā, imo rectius faciet illam reuocando ne ex præteritione modici temporis altera pars indebitè damnū patiat, & re sua, vel pecunijs priuetur: imo scrupulo conscientie carere non videtur hoc casu iudex appellationis iubendo

exequi

exequi sententiam adeo iniustam, cum posset eam reformare: hæc sunt quæ me in praxi maxime vrgebant, vt hanc partem minime tenerem, quare aliquādo similem casum decidere recusavi: nihilominus poterit responderi huic vltimæ obiectioni, verba nostra l. illam excludere: quia ita rigida sunt, vt penitus iurisdictionem in prædict. causis iudici ad quem auferre videatur & appellanti audientiam denegare, vt pote cum ad ipsum non sint delatæ ex defectu præsentationis in illis terminis fiendæ, vt patet ex l. ibi. *Y si en este tiẽpo no lo quisiere seguir, no se querellare como dicho es sin que firme el juyzio de q se alcan* Præmaximè cum semper appellatus sicut appellans petere soleat iustitiam in libello, hæcque sit clara iustitia, attentata prædict. nostra. l. regia. Non etiam obest secundum fundamentum primæ partis. Nempe qd iudicandum sit hodie inspecta veritate in processu probata, vt in l. 10. tit. proxime præcedētis: Quoniam l. illa ad hoc non expectat, nec in hoc casu loquitur & præterea nouior est hæc nostra. l. 2. de las appellationes. vno anno paulo plus minusuè quam illa. 10. vt constat ex datis ipsarum, sicque hanc secundam partem nunc eligo respectu iudicum inferiorum. Et sic in iudicibus inferioribus eam tenuit decisio senatus Lusitanæ. 38. n. 1. in 1. part. decisionum: super premi namq; quid faciant ipsi melius sciūt. cum verò sententiā à qua appellatum est non reperitur iniusta, vel etiam si talis appareat, expresse oppositum fuerit de desertione nō video cur ipsa non sit pronuntianda, sententiamq; præfatam firmam esse declarandam.

¶ Finis. 103 Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 *Processus totus si non sit presentatus in termino assignato à l. regia, sed tantū literæ testimoniales, an appellatio sit deserta? & nu. sequent. quod non.*
- 2 *Cautum erit protestari semper contra notarium nolentem totum processum signa-*

tum à principio dare.

- 3 *Praxis ordinaria est omnibus tribunali- bus in gradu appellationis cōdemnatum presentare se cum literis testimonialibus coram superiore absq; processu & ob hoc non causatur desertio si in terminis à lege regia assignatis se presentet, & statim superior decernit suas literas citatorias & compulsorias, & c.*
- 4 *Aliquando in supremis tribunalibus est stylus, vt quauis processus non presentetur in temporibus requisitis, si tamen reperitur presentatus reuideatur nō obstante desertione supra dict.*
- 5 *Sed in regali cancellaria Pinciana de communi stylo & praxi reuidetur processus productus extra dicta tempora.*
- 6 *Casus in quo ita fuit practicum.*

Eadem. l. 2.

QVÆSTIO. CIII.



Verò secundo, circa eandem. I. an ipsa sit etiam practicanda cum suo rigore, si in prædictis terminis, quauis præsentatio fiat, totus tamen processus non producatur coram iudice superiore, sed tantum literæ quædam testimoniales vulgo dictæ, *El testimonio de la appellacion*: Et sanè si ad verba ipsius. l. attendamus quæstio hæc difficultatem habere posset ex verbis supra relatis, nisi notarius requisitus noluerit totum processum signatum dare, quoniam tunc non causabitur desertio & sufficet coram superiore literas testimoniales presentare: sicque erit cautum semper protestari contra notarium, vt constat de diligentia in prosequendo secund. Mathæ. de Afflict. decis. Neapol. 79. quem refert & sequitur Marant. de Ordin. iud. 6. p. tit. de appellat. nu. 403. Auend. in terminis nostræ. l. in. 2. respons. nu. 4. & sic in pract. in hoc regno hoc nullibi fit.

N Nihil



Nihilominus tamen non ita substantiale mihi videtur præsentatio totius processus in prædict. terminis, sicut personæ appellantis productio per se vel per procuratorem, ideoque practica ordinaria est omnibus tribunalibus tam inferioribus quàm supremis huius regni, ut appellans in præd. terminis, d. l. regie se præsentet coram iudicibus superioribus appellationis cum literis testimonialibus suæ appellationis solū absque processu, ipsique iudices superiores statim decernunt suas literas citatorias contra alteram partem, & compulsorias contra notarium vel tabellionem, ut totum processum causæ signatum appellanti tradat intra certum, breuem tamen terminum ab eis assignatum, ut coram se postea producat, & ob id quod non præsentetur totus processus in terminis dict. l. regie nunquam causatur, nec pronuntiat desertio, quinimo prædict. praxis approbata est hodie. l. 10. infra hoc titu. quatenus ibi præfigitur forma, qua confici debeant præfata literæ testimoniales coram superioribus producendæ.

4 Quinimo etiam postquam decernitur prædict. literæ compulsoriales & lapsa sunt tempora præsentandi processum, in supremis tribunalibus est stylus, ut etiam lapsis prædict. temporibus si processum inuenitur præsentatus reuidetur non obstante terminorum lapsu & iudices considerant an bene vel male fuerit lata sententia, ut ex Matth. de Afflict. decis. 243. refert Auend. dict. resp. 2. nu. 6. dicens hoc non debere licere alijs iudicibus appellationum, qui sunt inferiores, sed nec valere, & ideo tenet dict. stylum debere tantum praticari in supremis iudicibus, & quando desertio causatur ex lapsu modici temporis & non aliter, ut notat Matthæus de Afflict. decis. Neapol. 79. vbi illud seruari dicitur in consil. Neapol. de stylo de æquitate si processus præsentatur post terminum antequam sit pronuntiatum appellationem esse desertam, nam reuidetur causa ex eisdem actibus & pronuntiat bene vel male iudicatum, quod refert & sequitur Marant. de Ordin. iudic. 6. part. tit. de appella. nu. 400. pag. 645.

5 In regali autem cancellaria Pinciana quauis processus non producat in terminis

dict. l. regie non causatur desertio: quia de comuni stylo & praxi processus potest præsentari intra vsquequo fuerit data sententia super desertione, imo data prima sententia pars potest supplicare & iterum dantur termini de nouo ad audiendum processum & vna pars petit plures terminos, & altera contradicit, & denique concluditur, En reuista. & post datam secundam sententiam, de reuista, & post eius pronuntiationem non admittitur processus, sed bene admittitur in omni tempore ante sententiam de reuista super desertione.

6 Et quod supra est dictum vidi ipse obseruatum in eadem regia curia Pinciana in quadam causa ciuiliardua: nam processus productus in eadem curia post duos annos fuit reuiscirca iustitiam principalem omilla prædict. desertione & pronuntiatæ fuerunt due sententia in eadem curia primæ confirmatorie, & causa fuit de qua memini in mea prima iuris allegatione.

## ¶ Finis. 104. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- 1 **C**ertum expressum diem, si comparat eodem die sententia iam lata iudice tamen sedente adhuc pro tribunali bene auditur appellans, etiam si sit verus contumax, alijs secus, nisi sententia fuerit lata post illum diem.
- 2 An sit necessarium hoc casu petere restitutionem ad appellandum? quod non.
- 3 Plerumque in vsu forense obseruatum non est ut contumax non appellet.

## L. 4. tit. 18. lib. 4. Nouæ

Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. CV.

**Q**uæro, nos habemus à iure quæ citatus ad audiendam sententiam ad certum expressum diem si comparat eodem

eodem die sententia iam lata, iudice tamen adhuc sedente pro tribunali bene auditur appellans, alijs secus, nisi sententia fuerit lata post illum diem, quod procedit, etiam si sit verus contumax, nempe, quia quando fuit citatus respondit se nolle venire, ut probat expresse. l. 4. versi. *E otrosi dezimos. ibi, Pero bien se puede alçar.* tit. 22. part. 3. & sic approbatur hodie per illam. l. sententia. glo. in. l. Diuus. & in. l. ff. de in integr. restit. & in. l. & post edicto. §. ff. de iudic. correctæ contraria opinione Alberici in dict. l. Diuus. existimantis, huiusmodi contumacem non posse appellare, & si veniat iudice sedente pro tribunali, & ita in iudicijs communiter seruari.

2 An sit necessarium petere restitutionem hoc casu ad appellandum? & partem affirmatiuam tenent glo. & communiter doct. in dict. l. Diuus. ita ut absque restitutione non admittatur appellatio. Sed quauis hoc ita verum sit de iure communi, attenda tamen dict. l. Partitæ & nostra. l. 4. Regia. tit. 18. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. quæ nihil dicunt de restitutione, nec sunt positæ in tali titulo, sed potius in hoc de appellat. videtur tenendum non esse necessarium petere restitutionem hoc casu ad appellandum, sed quod possit appellari directo in termino ordinario quinque dierum ad id concessio iure regio. & decem dierum in supremis tribunalibus, & in quibuscunque tribunalibus ecclesiasticis, ac si contumax non fuisset, sicque citabitur circuitus & breuius lis finietur, cui opinioni adherere videtur Bald. in dict. l. Diuus. col. 2. quæ placet Gregor. Lopez, in dict. l. 4. Partitæ afferenti fundari ex illa. l. & ideo ipse eam credit esse veram attentis istis. ll. regijs, quam ipse libenter sequor, esset enim valde iniquum, ut qui appellando bonam ac iustam causam habet, iure suo fraudetur, eo quod omiserit petere prædict. restitutionem, & ita dendo à syllaba caderet à causa, quod non est dicendum præcipue in his regnis in quibus non iudicatur secundum apices & subtilitates iuris, sed inspecta & probata veritate, cum igitur ap-

pellatio legitima intercesserit, hoc est, tempore debito interposita & cætera postea substantialia in eadem causa obseruentur, & si omilla sit restitutionis petitio ad appellandum nihil interest.

3 Quinimo ut asserit Menchac. lib. 1. de successi. creat. §. 2. num. 4. versic. Quæ ratione, quod dicit nostra. l. ut prædict. contumax non comparens ad audiendam sententiam eodem die, quo nominatim & expressim citatus fuit, nec ea iam lata iudice adhuc sedente pro tribunali postea non possit ab ea appellare, plerumque in vsu forense obseruatum non est. Imò in his regnis in foro ciuili nunquam ad sententiam citari video.

## ¶ Finis. 105. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- 1 **S**per alimentis non solum paruulis præstandis, sed etiam maioribus, pauperibus tamen impeditisque laborare non admittitur appellatio.
- 2 Extensio bene habet locum ex ratione expressa, in. l. etiam exorbitantibus & pœnalibus & correctorijs.
- 3 L. final. ff. de appella. recip. nullum speciale continet respectu alimentorum militum.
- 4 Quando ratio expressa in. l. est generalis, & decisio particularis, tunc ratio generalis pro lege habetur decisio loco exempli est.

## L. 6. tit. 18. lib. 4. Nouæ

Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. CVI.

**Q**uæro, appellationi deferri non debet super alimentis paruulis præstandis, ut inferri potest. l. 6.

tit. 18. lib. 4. Noue Collect. Reg. que. l. vt pro-  
cedat sex requiruntur, quæ cumulat Auen.  
in suo Dictionario, verb. Gouierno, ex qui-  
bus constant aliæ sex limitationes. An idem  
sit seruandum in alimentis debitis homini  
adulto & maiori, pauperrimo tamē, qui non  
potest laborare suis manibus, vt victum que-  
rat propter morbū, vel senectutem, vel no-  
bili, cui esset dedecus laborare: quia dicitur  
impeditus, cum sine dedecore in publico ad  
laborandum cōparere non possit, vt in. l. in  
eadem. ff. ex quib. caus. mai. & videtur quod  
non, quia. d. l. regia cum mysterio loquitur,  
*Quando el pleyto es sobre dar gouierno a  
niños pequeños.* Pondera verba, *Aniños pe-  
queños,* Ergo à contrario sensu secus erit su-  
per alimentis maioribus præstandis.

Nihilominus tamen benigna & fauora-  
bili interpretatione potest, & hoc casu de  
quo agimus habere locum decisio nostræ. l.  
nēpe, vt appellatiōi non deferatur: quia in  
vtrōq; casu eadē ratio militat atq; idē fauor  
alimentorum versatur, cum res non capiat  
dilationem, imo celeritatem desideret: & ex  
ratione expressa, in. l. bene habet locum ex-  
tensio: iuxta tradita per doct. in Authentic.  
quas actiones. C. de Epif. & cleric. quinq; mo-  
id procedit etiam in exorbitantibus & pœ-  
nalibus, & etiam si de lege corrigenda aga-  
tur, vt testatur veram & communem pluri-  
mos doct. allegans Mench. de success. creat.  
§. 28. in princip. col. 2. antecedens probatur,  
quaratio expressa in nostra. l. est. *Porque  
en tales casos como estos, si se alongassen los  
pleytos para Alcada, las cosas se perderian  
y nacerian dello muchos daños.* Sed hæc ea-  
dem ratio viget in nostro casu, vt patet, ergo  
idē ius statuendū est, vt in. l. illud. ff. ad. l. Aquil.  
liā. cū simil. & in terminis nostræ. l. ita cōstā-  
ter tenet Auend. vbi supra, circa fi. in versi. Et  
ex eadem ratione adducēs ad id velut, in ex-  
presso, que notat Iaf. in. l. si cōstante. n. 151. ff.  
solut. matr. vltra quem pro hac sententia ad-  
duco bonum text. in. l. fi. ff. de appell. recip.  
vel non: vbi probatur qd appellatio locum  
non habet à sentētia super alimētis lata, quæ

l. licet loqui videatur in alimentis militum  
pro eorū vsu & alimonia, quasi tūc veretur  
publica vtilitas, & sic per locum ab speciali  
videatur potius probare contrariū: attamen  
id exprimitur gratia exempli, vnde procedit  
etiam quibuscūq; alimētis homini pauperi  
debitis, quoniam text. ille in principi. loquitur  
generaliter si res dilationem non recipiat, &  
ideo exempla non debent regulam arctare,  
vt in. l. damni infect. stipulatio. in fi. ff. de da-  
mno infect. & negari nequit causam alimen-  
torū celeritatem requirere: quia non recipit  
dilationem, quando ab inope peterentur. ita  
d. l. fin. nullum speciale cōtinet respectu ali-  
mentorum militum, vt eam intelligit Bald.  
Nouel. de dot. 9. p. princip. priuileg. 7. n. 2.  
fol. 47. col. 3. nō obstat. d. l. regia. 6. in verbis  
supra relatis, quoniam id gratia exempli ex-  
primitur, vt patet ex ratione inferius ab ea-  
dem. l. assignata, quæ quidem generalis est,  
vt patet tibi, *Porque en tales casos como este  
si se alongassen los pleytos para Alcada,  
las cosas se perderian y nacerian dello mu-  
chos daños.* Et quando ratio in. l. expressa est  
generalis & decisio particularis, tunc ratio il-  
la generalis pro lege habetur, & decisio loco  
exempli est secundum cōmunem, quam ad-  
duxi in meo Tractat. de Iuramento Confir.  
3. p. c. 2. num. 8.

Finis. 106. Quæstionis.

S V M M A R I V M.

**A**ppellatio ad consistorium ciuitatis  
vel ville, an habeat locū quādo ex  
statutis ciuitatū & villarū, pro dānis mō-  
tū & pastuū, aut vinearū imponitur pœ-  
na, cuius pars applicatur custodibus, vel  
denuntiatoribus, & pars ciuitatis aut vil-  
lae cōcilio, parsq; iudicis sentētiā proferen-  
tis. *C. n. sequent.* deciditur affirmatiue.  
1. Iudiciū criminale nō solum dicitur, quādo  
pœna pecuniaria applicatur fisco, sed etiā  
quando pœna non applicatur fisco, sed  
iudici sententiāti: sed contra. n. 3.

4. L. fin.

- 4. L. fin. tit. 18. lib. 4. Noua Collect. Reg. intelletus.
- 5. Iudex appellationis deputatus super causis criminalibus non potest cognoscere de sententia interposita à sententia lata in causa criminaliter in qua agitur ciuilitate ad pœnam pecuniariam fisco applicandam, & non ad pœnam corporalem.
- 6. Causa criminalis apud Castellanos, non intelligitur illa in qua quis condemnatur in pœna pecuniaria fisco applicanda: quia non est de expressis in. l. Partita, sed cōtra. n. 7. & 8. aduersus Auend.
- 9. Appellatio ad cōcilium ciuitatis vel ville, nō habet locum à pœnis pecuniarijs fisco applicatis.

L. 7. tit. 18. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

Q V Æ S T I O. C V I.

**V**ero, an. l. 7. tit. 18. lib. 4. Nouæ  
Collect. Reg. vbi deciditur quod  
appellatio à sententia cōdem-  
nationis decem millium dipondio-  
rum, & infra, absq; expensis expectet ad con-  
cilium ciuitatis vel ville, vel iurisdictionis,  
vbi iudex protulit talem sentētiā, vbi con-  
suetudo id habet, nō vero ad alios iudices su-  
periores circa quā. l. nōnulla adduxi in meo  
Tract. de Iuramento Confirmatorio. 3. p. c.  
5. n. 10. & sequentibus. Procedat habeatq; locū  
quando ex statutis ciuitatū & villarū pro-  
damnis mōtū & pastuū, aut vinearū  
imponitur pœna, cuius pars applicatur eu-  
stodibus, vel denuntiatoribus, & pars ciuita-  
tis aut ville cōcilio, parsq; iudicis sentētiā  
pronuntiantis, & videtur qd non, quia nostra  
l. regia tantum loquitur in causis ciuilibus,  
nō vero in criminalibus, vt ex ipsius con-  
textura apparet, & præterea probatur in. l. 8.  
infra eodem. Sed iudiciū criminale non so-  
lum dicitur quādo pœna pecuniaria applica-

tur fisco, iuxta gl. cōmuniter approbatam in  
l. 3. verb. certum aureorū. ff. de sepulch. viol.  
& ibi Bart. n. 1. & 2. Idē Bart. in. l. licitatio. §.  
quod illicite in princ. ff. de public. & vecti.  
& alibi sæpissime, suntq; aliæ plures glo. cō-  
similes, & hæc est verissima & cōsistentia,  
secund. Marant. de ordin. iudic. 4. p. prin-  
cip. 1. dist. n. 2. Didac. Perez, in Rubr. tit. 1. lib.  
3. Ordin. col. 749. doct. Anto. de Padill. in. l.  
transigere. nu. 106. C. de transact. Sed etiam  
quādo pœna non applicatur fisco, sed iudici  
de causa cognoscenti, & in casentētiā pro-  
ferenti ex statuto ciuitatis à rege vel consue-  
tudine confirmato: quia eō solo casu appel-  
latur causa ciuilis quādo integra pœna parti  
applicatur: nam iudex vicem regis tenet &  
subrogatur in locū fisci, & sic operatur hæc  
subrogatio, vt causa criminalis censeatur.  
Secundo, quia condemnato non soluente di-  
ctam pœnam parti & iudici applicatā posset  
ipsa in corporalem cōmutari, per text. in. c.  
finem litibus, circa fin. & ibi expresse notat  
Abb. n. 5. de dol. & contu. quibus fundamen-  
tis hanc opinionem tenet in terminis nostræ  
l. regiæ. Auend. c. 4. præf. n. 29. & 30. lib. 1. di-  
cens hoc esse cōmendandū in practica: nam  
ex abusu aliter fit & pro dolor, satis mi-  
quē, & aliquando quæsto colore ad extor-  
quēdas pecunias subditorū, secundū ipsum.  
Sed his non obstantibus cōtraria sententia  
mihi verior de iure semper visa fuit, & nunc  
quoq; videtur, quam millies praticari vidi,  
imō qm præd. casu appellatio habeat locū  
ciuitatis vel ville, non quo ad aliud tribu-  
nals seruatis seruandis requisitis, in dict. l. regia, &  
primo, propter generalitatem eiusdem quæ  
loquitur in causis pecuniarijs dict. quantita-  
tis, & quauis certum sit ipsam in criminali-  
bus locum nō habere, attamen eum in pœna  
non applicetur fisco, quauis pars eius iudi-  
ci, & pars denuntiatori vel custodibus, parsq;  
cōcilio ciuitatis vel ville adiudicetur, non  
video cur, ob hoc iudiciū ceteri debeat cri-  
minale, nec est lex que hoc dicat vel probet,  
sed potius ciuile eū causa sit mere pecuniaria  
& ratione eius, quod interest: & ita intelli-  
genda est. l. finalis infra hoc tit. que disponit  
*Que quando alguna fuere preso por causa*

pecu

pecuniaria, no siendo la causa criminal, si appellare de la sentencia que contra el fue redada, que depositando la cantidad en que fuere condenado, o dando fianças bastantes por ella, sea suelto de la prision para que pueda proseguir la appellacion.

Nam lex illa loqui voluit in condénato pœna pecuniaria, cuius nulla pars applicatur fisco, prout contingit in pœnis statutorum: nam quâdo applicatur pars pœnæ fisco, est causa criminalis: nec subrogatio prædictæ quantitur Auend. vera videtur, quia in seruâdis vel violandis statutis ciuitatis vel villæ, circa dâna môtium & pastuû nihil interest fisco regio, sed tantum pars dânicatur, hoc est Cõcilium ciuitatis vel villæ, & vt celerius dictæ pœnæ exequantur, & ob id alij à violatione dictorû statutorû arcantur, & ad obseruantiam eorûm prouocetur applicatur pars pœnæ iudici sententiati & denunciatori, altera pars vt spe huius lucri, hic ad denunciandum ille ad sententiandum inuitatur, & hæc est veraratio fundamētalis dictorû statutorû, non vt no subrogatur iudex loco fisci: cum fisco in prædict. casibus non sit pars, & sic cessat primaratio & fundamētum Auend. vbi supra.

5 - Secundo hæc eadem sententia confirmatur ex decisione antiquiori Rotæ Bernardi de Bisguet. 10. sub tit. de appellat. quæ est ad finem decis. Rotæ, vbi dubitabatur per contrarium, an iudex appellationis deputatus super causis criminalibus, possit cognoscere de appellatione interpositâ sententia lætâ in causa criminali, in qua agebatur ciuilitate ad pœnam pecuniariâ fisco applicandam, & non ad pœnam corporalem, & respondet tenisse omnes quod non, quia tunc non censetur causa criminalis, sed potius ciuilis: & quia terminus analogus per se sumptus statim potiori significatur, & ideo intelligatur proprie de causis criminalibus, vbi agitur criminaliter nõ ciuilitate, vt in. c. pœtuas. definit. non. quâ decis. refert, & sequitur in proposito Dida. Perez, in. l. 6. tit. 16. lib. 3. Ordin. col. 1296. ad finem, versic. quæ etiam potest referri tamen quoddam caput in curijs de Madrid. ann. 1528. vbi fuit petita declaratio su-

per hoc, & fuisse responsum, *Que no auia lugar hazer lo que se pidio.* & sic videtur ibi probari contrarium hodie est. l. 8. hoc tit. 18. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. Hoc tamen minime impedit, quoniâ caput illud loquitur in causis criminalibus; at in nostro casu, causa non est criminalis, cum non applicetur pœna fisco, sed potius ciuilis.

6 Quinimo reperio eundem Auend. in suo Dictionario, verb. Criminal. tenentem quod hodie attētis. l. 9. tit. 4. p. 3. & l. 9. tit. 16. p. 3. & l. 24. tit. 4. ead. partit. nõ intelligatur apud Castellanos causa criminalis illa in qua quis condemnatur in pœna pecuniaria fisco applicanda: quia nõ est de expressis in dictis. l. sed neq; est de micro imperio, vt in. l. 18. tit. 4. p. 3. ex quo hodie omittenda esse (hoc est) esse correctâ supradict. cõmunem opin. gl. in. d. l. 3. ff. de sepulch. violat. & sic sibi met cõtrarius in hoc videtur dictus Auend.

7 Hæc tamen noua Auend. opin. in dict. suo dictionario mihi nõ placet in casu, quo loquitur, nempe cû pœna pecuniaria fisco applicatur, & si quando applicatur iudici per statuta ciuitatis vel villæ, & non fisco tenenda sit supradict. 2. sententia, vt pote sua consideratio circa. d. ill. Partiarum, nempe quod hæc causa omittatur annumerari inter criminales tendat in correctionem iuris communis, quam in dubio. ll. Partiarum minime intelligendum est velle inducere: nam, illa Partiarum gratiam frequentioris vsus loquuntur in illis casibus in quibus pœna corporalis vel relegationis imponitur, vt sint causæ criminales, nõ tamen ob hoc excludere voluerunt alia crimina, quæ vindictam pecuniariam, fisco inferendam induxerunt, & ita aduersus Auend. in hoc vsus est tenere Dida. Perez, in dict. Rubr. tit. 1. lib. 3. Ordina. col. 749. dicens prædict. sententiam Auend. sibi dubiam esse ex supradictis, ego vero nõ esse iudico nec tenendam.

8 Quare existimo in. q. principali proposita tenendam esse secundam sententiam supradictâ, nempe vt appellandum sit ad cõcilium ciuitatis vel villæ, à prædictis condemnationibus pecuniarijs factis in prima instantia, virtute statutorum populorum à decem mil-

lia

lia dipondiorum & infra ratione dictarum pœnarum, etiam si parsear eundem applicetur iudici, & pars cõcilio, vel custodibus, seu denuntiatoribus & ita sapissimè in praxi obseruatum & obtentum vidi, quam praxin fatetur etiam Auend. in primo loco supra citato, quauis iniquam existimet: sed meo iudicio est æqua & iusta per supradicta imò hoc est in fauorem ipsorum reorum nõ ab eis extorqueatur iniuste pecunia, quod fieret si ad concilium appellari non posset, sed ad regalem cancellariâ, nam reus ob euitandâ suam vexationem & carceris sumptuumq; molestiam facillè consentiret primam sententiam & sic solueret indebitam pœnam forsan, cui prouideretur, admittendo appellationem ad cõcilium ciuitatis vel villæ, nam in illa breui instantia rectores cum ipso primo iudice reuident causam, & si iniqua sit sententia, vt potè lætâ à iudice, cui pars condemnationis applicatur, eam reformant reuocâdo ipsam in totum, vel moderando in parte prout iuris fuerit, si verò iusta, eam confirmant, quod nedum iustum, sed etiam sanctum est, vt reis oppressis breui tẽpore iustitia ministretur: quod si in istis, iudex primus cum sit etiam iudex in causa appellationis adhærebit semper propriæ sententiæ, etiam si Decuriones eam reuocent respond. sententiam duorum ex tribus iudicibus in proposito exequendam esse iuxta ipsam legem regiam septimam. titulo. 18. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. imò sæpè cõtingit, vt ipsemet primus iudex præcipue quando est timorata cõscientiæ videns suum errorem, vel alterius iudicis in cuius locum successit ipsum emendet atque corrigat, & sic reuocet simul cum Decurionibus priorem sententiam, præcipue cum videat sententiam Decurionum suæ esse præferendam. Et iam vidi in sindicatu imponi culpam, cuidam assessori Decurionû eò quod in simili casu admisisset prædict. appellationem ad cõcilium ciuitatis, cum esset causa criminalis eò quod statuto eiusdem ciuitatis applicabatur pars pœnæ pecuniariæ iudici, & reuocasset primam sententiâ, qui quidem assessor optimè se defendit, & fuit sententia eiusdem sindicatoris liberatus à prædict. im-

positione culpæ & declarati rectè pronuntiarum.

Non obstat aliud & secundum fundamentum Auend. nempe qd non soluente cõdem nato pœnam pecuniariam posset eam corporalem cõmutari per tex. in. d. c. finem liti bus. cum ibi traditis ab Abb. nu. 5. quoniam hoc locum habere posset in subsidium, non tamen principaliter, vnde qd postea ex accidenti euenire potest nõ est in cõsideratione, cû causa ipsa principaliter & iuxta propriâ originem sit ciuili, nec villo iure criminalis dici posset, per supradict. Si tamen pœna pecuniaria applicetur fisco etiam si corporalis non imponatur teneo causam dici criminalem attento iure cõmuni à Regio minime correcto, ac per cõseques in his pœnis fisco applicatis, prout contingit in pœnis impositis legibus & pragmaticis huius regni, non habebit locum appellatio ad concilium ciuitatis vel villæ, etiam si condemnatio sit à decem millia & infra dipondiorum per supradicta, & ita practicatur. Quo fit vt eodem iure praxis obtinuerit, vt in huiusmodi causa (quia criminalis est) si iudex ordinarius loci recusat assumentur duo Decuriones ab eodem concilio ad instantiam recusantis nominati, qui simul cum dict. iudice ordinario recusato associati de causa cognoscunt, præcedente acceptatione atq; iuramento ipsorum de recte ac fideliter iudicâdo: iuxta formam l. regie quæ de hac re loquitur.

¶ Finis. 107. Quæstionis.

SVMMARIVM.

1 **T**riginta dies à lege dati ad concludendum causam in gradu appellationis apud Decuriones an incipiant currere statim cum appellatur, an vero post quintum diem datum ad appellandum licet. 1. 2. 3. vel. 4. die appellatur vel statim quòd appellatur? resoluitur statim currere.

2 Appellans potest quando cur que, intra terminum tamen datum ad appellandum

N 4 pami-



*pœnitere appellationis interpositæ & appellare ad alium superiorem, ad quem etiam possit talis causa deuolui.*

### Eadem. l. 7.

#### QVÆSTIO. CVIII.

**V**aro secundo, circa eandem. l. 7. regiam, an. 30. dies, qui dantur ab eadem ad concludendam causam incipiant currere post quintum diem datum ad appellandum, licet. l. 2. 3. vel quarto die appelletur, vel statim quod appellauit reus? in quo videtur dicendum quod statim cum appellatur incipiunt currere non expectato lapsu dierum quinque dierum, ut in terminis propè huius. l. tenuit Paul. de Castro, in. l. si. §. eo addito. n. 3. C. qui admitt. nē pē si statutum dicat quod debeat. quis appellare infra decē dies, & quod post decem dies habeat terminum. 30. dierum ad prosequendum, si appellauit in prima die, statim incipiat currere tempus ad prosequendum, nec expectatur lapsus illorum nouem dierum, & quod hunc casum habuit de facto Florentia, & ita consuluit per text. ibi cum glo. & per. l. a filia. §. alūno. ff. ad Trebell. licet multi tenuerint contrarium adherentes verbis statuti, dum dicit, post dictos decem dies: sed statutum habuit respectum ad id quod communiter fieri solet: quia appellantes semper differunt vsq; ad vltimum diem appellare, & sic cogitauit quod vltima die appelletur, vnde cessante causa dilationis, cessat ipsa dilatio: tenet idem Paul. de Castr. in. l. si quis hares, la segunda. n. 7. ff. de acquir. hared. sequitur Felin. in. c. quo ad consultationem. n. 30. de re iudic. & Bald. in. l. si. in princ. C. de tempor. appell. Tiraq. de cessant. caus. l. p. n. 80. hanc opinionem Pauli testatur communem doct. Anto. Gom. i. Tom. Var. c. ii. num. 35. vers. quarto, qui expressè eam sequitur hodie in terminis. l. 1. & 2. tit. 16. lib. 3. Ordin. veter. idem facit Auilefius in forma sindicat. secret. interrogatione. 49. nu. 15. fol. 290. vbi eā probat in terminis nostræ. l. 7. quam Pau-

li opin. veriore esse probat Petrus Peralta in. l. statu liberum. §. Stychum. n. 4. ff. de legat. 2. sic interpretatus. l. 3. tit. 16. lib. 3. Ordin. veter. hodie. l. ii. tit. 18. lib. 4. Nouæ Collect. reg. dicentem: *Que sea librado el pleyto dende el dia que se alçare de la sentēcia fasta un año.* Quæ. l. optimè facit in proposito pro hac sententia, quāuis posset dici, ibi ideo illud, propter longius instātia tempus, hac autem breuius est nihilominus eandem sententiam in terminis nostræ. l. 7. nouissime probat doct. Suarez de Paz, in sua praxi. c. r. §. vnic. nu. 9. 6. p. i. Tom.

Sed contra hanc comunem & receptam sententiam atque ipsius appellationem ad terminos nostræ. l. 7. Primo facit. l. si quis libellos. C. de appell. vbi appellas potest quando documq; intra terminum datum ad appellandum pœnitere appellationis interpositæ, & appellare ad alium superiorem ad quem etiam possit talis causa deuolui: ergo totum tempus concessum ad appellandum, censetur concessum in fauorem appellantis, qui fuit condemnatus: sicque tempus appellationis prosequenda non currit sibi, nisi post lapsum totius temporis dati ad appellandum, & non illico post appellationem, ut aiebat Paulus Castrenf. cuius sententiam in hoc impugnantes contrarium tenent per dict. l. si quis libellos. Alexand. & Corneus, in. d. l. si.

Secundo aduersus supradict. sententiam comunem ipsiusq; appellationem ad. d. l. regiam. 7. faciūt verba quasi expressa ipsius, ibi, *Dende el dia que passare el quinto dia en que se pudo appellar, y presentar, &c.* Propter quæ verba Ludouic. Mexia, in. l. regia. Toleti, de los terminos. in. ii. fundamento. l. par. n. ii. fol. 26. (licet. nu. 9. existimaue rit sententia Paul. supradict. esse comunem) limitat ut ipsa nō procedat in terminis. l. 6. titu. 16. lib. 3. Ordin. vete. quæ est nostræ. l. 7. nam per hanc. l. inquit ipse suo iudicio, & cuiuslibet rectius sententis, dict. 30. dies non currunt à die interpositæ appellationis, sed transcurfis illis quinque diebus ad appellandum parti concessis, & ita iudicandum cen-

set

set quicquid dicat Auilef. vbi supra, & ab alijs perperam intelligentibus dict. l. practi cari solet. & male, quo iure inquit, quater iam vsus fuisse in praxi contra iudicium & responsa aliorum.

Quid tenendum? certe prima sententia mihi verior videtur, & eā semper tenui in praxi, & vidi teneri per magnos aduocatos per doctrinam Pauli, vbi supra, communiter approbatam, quæ quasi in terminis nostræ. l. est, & recte respōdet ad verba contraria similis statuti, vt supra visum est: Nec obstat qd in nostræ. l. alia verba expressiora sunt vltra ea, quæ in statuto de quo Paulus meminit, nempè. *Dende el dia q se passare el quinto dia en que se pudo appellar;* Nam licet responsio Pauli conueniat illis verbis, *Dende el dia que se passare el quinto dia.* Conueniat etiā verbis. d. l. 3. hodie. d. l. i. ibi, *Dēde el dia q se alçare de la sentēcia.* Videtur tamen minimè quadrare cæteris verbis. d. l. 7. ibi, *En que se pudo appellar,* Nam non dicit simpliciter post quintum diem, sed addit *En q se pudo appellar.* Quoniam adhuc si rectè inspiciantur verba Pauli satisfacit ipsius responsio prædict. omnibus verbis nostræ. l. nam loquitur Paulus quando statutum dicit quod infra decē dies appelletur: & quod post dict. decem dies habeat appellans terminum. 30. dierum ad prosequendam appellationem, nam hoc idem in substantia est cum eo, quod dicitur in nostræ. l. nam dict. decem dies dabatur ab statuto ad hoc vt in eis posset appellari, & nihilominus dicebat statutū vt post dictos. 10. dies, darētur alij. 30. ad appellationē prosequendam, & sic statutū vel. l. habuit respectum ad id, quod communiter fieri solet, in quo inclinatur intentio consuetudinis patronorū causarum exercitatorum, qui frequentius appellant vltimo die dierum quinque.

Non obest etiam dict. l. si quis libellos. quia ipsius decisio differēs est à nostra quæst. quia dict. l. loquitur quando cum effectu & re ipsa appellans mutauit appellationem renuntiando eidem in totum, vel appellando

ad alium. Secundū. vtrāque lecturam glossa, ibi communiter approbatam; non autem loquitur quoad solam potētiam & possibilitatem appellandi, nam si appellauerit tempore debito & non est vsus illo tempore suo fauore sibi concessio per eandem. l. tempus prosequendi appellatione incipiet, currit ea tempore interpositæ appellationis: cum ergo in casu nostræ quæstionis appellatio prima datur & non fuerit mutata, cessat iam calus d. l. si quis libellos, cui potentia illa de qua ipsa. l. loquitur per non vsus sit consumpta & nihil operetur & sit abortiua & caduca, vt optime considerauit Peralta vbi supra.

Finis. 108. Quæstionis.

#### SUMMARIVM.

1. **A**ppellans ad concilium ciuitatis, vel villa an teneatur verbo & facto intra triginta dies causam concludere aliā sit deserta appellatio? & nu. 2. resoluitur conclusionem realem esse necessariā non vero verbalem, quāuis caute agat, si verbo etiam concludat in dict. termino.
3. **A**ppellans ita se arctans in fine termini ad faciendas suas diligentias, vt sit impossibile posse illas perficere in dict. termino. 30. dierū erit causata desertio appellationis, quāuis expectari debeat totus terminus ad hoc, vt. i. sententia exequi possit.
4. **I**dem est si appellans ita se arctauit in fine termini ad faciendas suas diligentias, vt appellato terminum competentem non reliquerit in quo possit ius suum ostendere vel probare.
5. **D**ecuriones de cōsensu partium (hoc est) si ipse in termino dict. 30. dierum causam concludant & petant sententiam, possunt ante lapsum dict. termini causam decidere.

## Eadem. l. 7.

## QVÆSTIO. CIX.



Vero tertio, circa eandem. l. regiam an sit necessarium qd appellans intra præd. 30. dies cōcludat causam, ita vt si hoc factū & verbis nō adimpleat fit deserta appellatio? Et videtur dicendum ad id teneri, vt probat dict. l. regia ibi. *Y ante ellos el appellante sea tenudo de concluir el pleyto, y ante el mismo escriuano, dentro de treynta dias, & ibi, Y si la parte que se sintiere agraviada no hiziere sus diligencias por manera que dentro de los dichos diez dias se pueda ver y determinar el pleyto, mandamos que dende en adelante la sentencia que de firme y passada en cosa juzgada, &c.* Et ita per hanc. l. tenet expressè Auend. respons. 26. nu. 10.

Sed contra hanc opinionē facit doctrina Bald. in. l. si accusatoribus, in fin. C. de accusat. vbi tenet quōd quādo ius commune vel municipale certum præfigit terminum causæ, tunc conclusio fit in causa legis dispositione lapsio illo termino, quam doctrinam, sequitur alios allegans Felin. in. c. cum dilectus. nu. 28. de fid. instrum. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæst. 35. nu. 6. Nam quando statutum dicit vtiq; ad talem terminum debet esse probatum, lapsus termini habetur pro conclusione secund. supra dictos, facit etiam, quod tenent doct. in. c. licet causam secund. Dec. ibi nu. 15. col. 2. illius. n. versic. & hoc comprobatur, nempe quōd terminus habet vim cōclusionis: ergo cum in præsentia casu dentur. 30. dies ad probandum & concludendum causam, lapsio illo termino remanebit per. l. facta cōclusio in causa quamuis pars verbo illam minime faciat iuxta supra dict. doctrinam quid tenendum? & quidem meo iudicio dubiū hoc distinctione dilucidabitur, nempe, quōd aut agimus de conclusione reali, puta ostendendo iura sua &

probando grauamina, & hoc casu procedit, prima opinio, vt appellans teneatur concludere factū sine re ipsa causam in dict. termino. 30. dierum ostendēdo cum effectu, id est, probando male iudicatum & bene appellatum super nouiter deductis in causa appellationis, & hoc est, quōd vult. l. regia in verbis supra relatis, *Y ante ellos el appellante sea tenudo de concluir el pleyto y ante el mismo escriuano dentro de treynta dias*, Quōd declaratur per alterū vers. supra relatum. *Es si la parte que se sintiere agraviada, no hiziere sus diligencias de manera que dentro de otros diez dias se pueda ver y determinar el pleyto, &c.* Quæ igitur sunt diligentiæ, nisi producere libellum grauaminū, cumq; facere appellatio intimari, vt in Clem. causam de elect. & ibi doct. & ostendere & probare iura sua intra dict. terminū. 30. dierū, si quid sit probandum, ita vt liqueat iudicibus de causa tali modo, vt in alijs decem diebus possint eam decidere. Si vero nihil de nouo deducitur nec sit probandum in causa appellationis, sed eisdem actis primæ instantiæ præteritur reuocatio primæ sententiæ, tunc producendo dict. libellum grauaminum, in quo concludatur, quōd petitur vel peti debet intimetur alteri parti ne causetur desertio, vt in dict. Clem. causam. de elect.

Aut vero loquimur de conclusione verbali, hæc (si realis est facta modo supra dicto) etiam si omitteretur non causabitur desertio, & ita procedat secunda opinio supra dicta ex doct. supra allegatis adhuc tamen pro maiori cautela optimū erit, vt in fine termini. 30. dierum semper fiat conclusio verbalis in scriptis redacta, vt fieri vidi communiter & consului, vt fieret, si tamen forte omitteretur ex hoc solum non causabitur desertio.

Ex cuius distinctionis primo membro, & ex dict. l. regia, in verbis supra relatis, iam clarè colligitur quōd si appellans ita se arctauit in fine termini ad faciendas suas diligentiæ, vt sit impossibile posse illas perficere in dict. termino. 30. dierum erit causata desertio appellationis, quia non fecit suas diligentiæ tempore

tempore debito & quō potuit, cum tamen casteneretur facere in dict. termino quamuis expectari debeat totus terminus à lege datus ad hoc vt prima sententiā exequi possit, quōd tenet Ioan. Andr. ita intelligendo tex. illum, in. c. personas. de appellat. & ibi Abb. nu. 14. Bald. nu. 5. Decius. nu. 12. las. in. l. cum stipulatus sim mihi à Procuro. nu. 12. ff. de verb. oblig. Franc. in. c. ex ratione de appella. Cardin. in. Clem. sicut. nu. 5. de appell. Abb. in. cap. oblata. n. 12. de appell. facit in argumentum decif. Neapolit. Matthæ. de Affist. 31.

Cum igitur appellans in præd. termino. 30. dierum causam non concluderit quia omisit facere suas diligentiæ, vel eas inceperit facere ad fin. dict. termini, ita quōd certum sit in illo quōd restat termini eas minime posse perficere, & sic iudices in decem sequētib; diebus nō possint causam decidere super nouiter deductis in appellatione, reliquum est vt prima sententiā remaneat firma & transacta in rem iudicatā per eandem. l. regia: quōd si ex eisdem actis petatur reuocatio sententiæ, idque iurē locum habeat, iudices appellationis super eo iustitiam administrabunt, quamuis pro maiori cautela aliud etiam si nouiter deductum atque cumulatū in causa appellationis, quōd tamen nō fuerit in ea probatum, nam hoc minime obstante, si ex eisdem prioribus actis sententiā iniusta apparet, ea reuocanda erit per supra dicta.

Vidi tamen aliarationē in praxi proponiari præd. appellationem desertam in præd. causis, quæ per appellationem ad consistorium ciuitatis deferuntur ex. d. minima arctationē in fine termini, nepe, quoties appellato incumbit aliquid probandum ad suam & sententiæ primæ defensionem ad excludendam allegationem contrariæ partis, quæ tamen terminum competentem sibi non reliquit ex præd. 30. diebus, in quo illud possit probare vel ius suum ostendere, nam cum illa defensio depēdeat ab allegatione aduersarij, & propter illā sit necessaria probatio appellati, factū appellantis impossibilis erit eo qd se arctauerit nimis in fine termini, & nō fuerit in manu appellati antea probare: sicut videmus in exceptione, quæ ideo non præscri-

bitur quia non est in manu rei quando eam opponere possit, sed actoris, vt in. l. pure. §. ff. de dol. mal. & met. except. merito qd præd. casu inducatur etiam desertio, alias enim appellans consulto se arctaret in fine termini, vt tolleretur ius & defensionem suam appellato.

Vltimo non omitto verbum notandum in praxi, quōd si appellans concludat causam ante finitum dict. terminum. 30. dierum, & petat statim sententiā, appellatusque idem faciat, vel præd. conclusioni consentiat poterunt præd. iudices ante lapsum termini causam decidere, quoniam dilatio illa siue terminus. 30. dierum concessa est à. l. regia in merum fauorem partium, vt possint allegare & docere in illo de sua iustitia, vnde ei poterunt renūtiare per iura vulgaria, & ita fieri vidi in praxi.

¶ Finis. 109. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

**I**nstrumentum publicum absque clausula guarentigia, an hodie habeat paratam exequutionem? resoluitur negatiue.

L. 1. & 2. tit. 21. De las exequuciones lib. 4. Nouæ Coll.

Regiæ.

## QVÆSTIO. CX.

**Q**uæ circa. l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ. an instrumentum publicum absque clausula guarentigia habeat hodie paratam exequutionem attentis his legibus? quod videtur vt ex ipsis patet, & præterea tenent plures doct. huius regni, cuius contrarium probatur in. l. 5. infra eodem. ibi, *Conforme à la ley de Toledo*, (quæ est dict. l. 2.) *sujo dicha que habla de la exequucion de los contratos guarentigios*, Per quā hanc partem negatiuam probarunt alij plures grauis-



simi autores & practici, vt late deduxi in meo tractatu de Iuramen. Confirm. i. part. c.62.n. 6. vbi probaui hanc secundam partem, sed post illius operis primam editionem quæstionem supra dictam, (me tamen tacito) latissime differit Olanus in sua Concordia iuris, litera. l. num. 33. & sequentibus. vbi refert autores vtriusque opinionis, & tandem sequitur affirmatiuam & sic priorem contra Roder. Suarez & sequaces, inter quos nos sumus, eamque probat ex supra dictis, legibus regijs, & respondet. dict. l. 5. in verbis supra relatis, *De los contractos guarentigios*, Vt intelligatur, id est, publicorum, quod probat ex principio eiusdem. l. ibi, *Como los otros contractos otorgados ante nuestros escriuanos, que traen aparejada execucion*. Et tandem dicit accepisse à quodam peritissimo regio cõsiliario, suam opin. receptam fuisse in supremis registribus, cõtrariam vero fatetur receptam ab inferioribus iudicibus, eandem priorẽ sententiã nouissime sequitur Ioann. Gracian, in Regul. 179. nu. 10. cum Ioan. Bapt. & Matienz. quos refert, fatetur tamen se non potuisse semel obtinere, vt ita probaretur. Histamẽ omnibus non obstantibus adhuc opinionẽ contrariam negatiuã & sic, quam tenet Roder. Suar. & quã ipse in. d. meo Tract. probaui quã receptior est in praxi, nunc quoq; probõ & veriorem esse iudico ex dict. l. 5. & ex latius à me adductis vbi supra, nec responsio supra dicta Olani, ad verba dict. l. 5. placet, cum verba illa, *Que traen aparejada execucion*, dict. l. 5. in princip. ponderata per ipsum pro sua opinione potius restringant præcedentia, nempe, *Los otros contractos otorgados ante nuestros escriuanos*, Id est, habentes dict. clausulam guarentigiam, vt in fine. l. declaratur, quam omnes comprehendat, & ita merito supradict. Roder. & nostram sententiã probarunt vltra à me relatos, Baeza de inope de bit. c. 1. n. 31. & doct. Paz, dicens in praxi obseruari in sua praxi. 4. part. 1. Tom. c. 1. n. 9. & sequent.

¶ Finis. 110. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

1. **E**Xceptiones, aliæ legitimæ, an admittantur aduersus executionẽ probandam intra decem dies, præter expressas: atque nominatim specificatas in lege regia.
2. **C**ontra adulterium admittuntur aliæ exceptiones à iure expressæ præter tres nominatas à. l. ita nobis cordi. C. de adult.
3. **E**xceptiones nullitatis, non numeratæ pecuniæ, rei non traditæ, pretij non soluti, compensationis admittuntur contra executionem: dummodo intra decimum diem oppositionis probentur & liquidentur.

L. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Noua Collect. Regiæ.

### QVÆSTIO. CXI.

**Q**Uæro secundo, circa eandem. Iam aduersus executionem admittatur alia legitima exceptio, id est, à iure cognita probanda intra decem dies, quantum non sit de contentis in hac. l. 1. Similis tamen eidem sit & habens eandem vel maiorem rationem? & videtur quod non per. d. l. 1. tit. 21. lib. 4. Noua Collect. Regiæ, quæ videtur expressa ad hoc vbi deciditur: *Que no sea admitida ni recebida ninguna otra excepciõ ni defension, salvo paga del deudor, ò promision, ò pacto de no lo pedir, ò excepcion de falsedad, ò excepcion de usura, ò temor, ò fuerça: y tal que de derecho se deua recebir. Y si otra qualquiera excepcion se allegare no sea recebida, ni el q̄ la oppusiere sea oydo: y no embargantes otras qualquier excepciones el juez proceda à execucion del tal contracto, ò sentencia, y lleuela à denido effecto.* Et in terminis similis huic. l.

huic. l. tenet Bald. in. l. ita nobis cordi pudor. nu. 1. C. de adult. dicens quod ita habet consuetudo, & expressè per dict. l. regiam latissime probat Auend. lib. 1. c. 16. præ. nu. 4. & sequentibus, vbi dicit: quod si aliæ exceptiones, quæ non sint de contentis in hac nostra l. 1. admitteretur etiã si essent à iure civili cognitæ, & habentes eandem rationem, processus vltra exceptiones in. l. cõprehensas esset ipso iure nullus: quia denegatur audientia in verbis eiusdem. l. supra relatis. eandem sententiam tenet idem autor in suo Dictionar. verb. Defension. Nõ obstat. l. 2. statim sequens in illis verbis, *No siendo legitimas qualquier excepciones, &c.* & iterum ibi, *Saluo si dentro de diez dias mostrar la tal paga, ò legitima excepcion.* Et. l. fin. infra eodẽ. ibi, *Y allegare excepciõ n legitima*, Quibus legibus, omnis exceptio legitima & sic à iure approbata admittitur, & in hoc corrigi videtur lex præcedens in verbis supra relatis, quoniam exceptiones legitimæ ad hoc, vt admittantur cõtra executionem, appellantur in proposito, quæ ad. l. 1. expressè cognitæ atque approbatae sunt, vt dict. l. fin. dicit referens se ad hanc. l. 1. nec dicendum est. d. l. 2. corrigere in hoc dict. l. 1. cum potius ad declarationẽ ipsius veniat quã ad correctionẽ, alias enim non inferretur dict. l. 1. in Noua legum huius Regn. Collect. obstat enim. Nihilominus tamen contrarium est tenendum imò q̄ per hanc. l. 1. non censetur exclusæ aliæ exceptiones iustæ & validæ à iure expressè habentes eandem vel maiorem rationem, sed tantum frivola & inanes, iuxta tex. in. c. ex parte, el segundo, de officio de leg. arguendo de rescripto ad statutum, vbi id notant doct. præcipue Decius col. 3. in fine, & sequent.

Secundo facit dict. l. ita nobis cordi pudor, iuncta gloss. verb. quinquennij, in vers. sed licet. C. ad. l. Jul. de adult. vbi rex dicit q̄ contra adulterium admittatur tres exceptiones de quibus ibi & nulla aliæ, vt in tex. ibi abolutis ceteris præscriptionibus per quod videbatur ceteras exceptiones præter ibi nominatas excludere, & nihilominus dict. gl. ibi

inquit non esse sic, sed imò alias exceptiones in iure expressas posse opponi, idem probat tex in. l. 1. §. denique. ff. quod vi aut clam. & ibi gl. & Bart. in. §. & parui refert. n. 3. d. l. 1. inquit, ista glo. est argumentũ ad quæstionem dicit statutum: quod contra instrumentum publicum non possit opponi; nisi exceptio falsitatis, & quietationis & solutionis, & nulla aliã possit opponi: certe debet intelligi q̄ nulla aliã possit opponi, scilicet frivola, nam aliæ iustæ exceptiones non videntur per statutum prohiberi, vt hic cum sua glo. quæ Bart. doctrina est communiter approbata secundum Curt. Iun. in. l. 3. §. si is, pro quo. nu. 4. ff. quod quisq; iur.

Tertio idem expressè probatur in. d. l. 2. regiam, in verbis supra relatis, ibi, *No siendo legitimas*, & ibi, *ò legitima excepcion*. Nec obstat responsio supra adducta, nempe quod legitimæ exceptiones intelliguntur tantum expressæ in dict. l. 1. ne inducatur ipsius correctio, per. l. 2. statim sequent. Nam hoc restringit nimis generalitatẽ. d. l. 2. quæ non loquitur tantum de exceptionibus contentis. d. l. 1. prout proprius diceret, si hoc vellet, sed generaliter loquitur de quacunque exceptione legitima, hoc est, à iure approbata argum. l. legitima. ff. de pact. dicens legitima conuentio est, quæ aliqua. l. confirmatur. vbi glo. a. dicit legitima, id est, de iure civili, nec in hoc corrigitur. d. l. 1. præcedens, cum secund. iuris dispositionem per ipsam non videantur exclusæ aliæ legitimæ exceptiones, sed tantum frivola & inanes, vt supra probatum existit.

Et ita contra Bald. in. d. l. ita nobis cordi pudor. tenet Angel. ibi & alibi, vt refert. Iaf. in. l. si constante. nu. 85. & 86. ff. solut. matr. qui nusquam contra Bald. etiã videtur tenere: contrarium etiam expressè in terminis prope similibus statutum tenet & probat Socin. confi. 38. nu. 4. & 5. libr. 1. quãuis Socin. non referat quod statutum illud prohiberet siue rijceret ceteras omnes exceptiones præter in eo cõtintas & nominatas, sicut nostra. l. rejicit sed etiã si eas rejiceret adhuc idem esset, vt modo probaui, & in terminis nostræ. l. hæc. 2. p. intrep-



intrepidè tenet & dicit practicari Roderic. Suarez. in. l. post rem iudicatam. in declaratione. l. regia in vers. venio. ad secundam partem. fol. 314. ff. de re iudic. dicens dict. l. i. in hoc de exceptionibus admittendis corrigi per dict. l. 2. in verbis supra relatis. & hoc esse notandum ne decipiamur in pluribus quæstionibus. quas ponit doct. in diuersis locis circa hanc materiã de iure cõi: sed vt prædixi. d. l. i. potest intelligi de velle licet non corrigatur sed & filius Roderic. Suarez. in additione ad d. l. post re. fol. 329. sequitur hanc opinionem patris sui dicens q̄ aliqui tenent cõtrariũ ducti errore Montalui. qui nõ traduxit omnia verba. d. l. Hanc etiam sententiã per d. l. 2. probauit Greg. Lop. in. l. 10. in glo. su parte. tit. 12. part. 5. & doct. Didac. Perez. in. l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1083. circa fi. ibi. per istã. l. & c. & latius ibidem col. 1099. in glo. nãgũna. ni alguna excepciõ ni defension. vbi respondet ad verba contraria. dict. l. i. supra relata. ne inducatur correctio; vt intelligantur de illegitimis ac dissimilibus exceptionibus explicatis in illa. l. gratia frequentioris vsus. & quã inducerent aliorum indaginem; & sic non esset possibile eas liquidare in dict. decem diebus. vel intelligi rã. vt per Bart. vbi supra. cõmuniter approbatum. scilicet. de fructu. hanc unũ: & nouissime hanc secundam partem sequuntur Ioan. Gratian. in Reg. 438. nu. 11. & plures referes doct. Suarez de Paz. in sua praxi. cap. 3. 4. part. 1. Tom. 3. & cetero quauis verba. d. l. i. strictissima & regiõ dissimã sint nihilominus tamẽ propter verbageneralia. dict. l. 2. quã admittunt omnes exceptiones legitimas aduersus executionem decem diebus liquidandas. ad quam dict. l. 2. se refert dict. l. fin. eod. tit. præterea & ex iuris supra allegatis. deniq; & propter inuisionem atq; Christianam æquitatẽ. quã plerũq; est hæc secunda sententiã verior & tenenda est in praxi. quam milles cõmuniter practitari vidi aduersus sententiã primam Auedan. quã tanquam singularem & alienam à mente legum conditorum. iudices atque patroni causarum facile rejciunt. nec etiam admitti debet in proposito quãdam distinctio eiusdem Roder. Suarez. in procemio l.

gum Fori. fol. 6. in. 2. limit. in vers. Ecce ergo casus. Sed potius teneri. vt prædixi in distinctione. 2. pars supra dicta. quã nedum vera est. quoties exceptio legitima de sui natura non requirit probationem vllam. sed tantum allegationem. vt puta. quia oritur ex ipso met contractu publico guarentigio. sententiã vel alio instrumẽto habetẽ paratam executionẽ vel aliã. vt exceptio nõ numerata pecuniã vbi ipsi non est renuntiatum. vel nullitatis & similes; quia tunc in dubium est eas admittendas. etiam si non sint de contentis in dict. l. i. vt idemmet. Auedan. fatetur vbi supra. nu. 11. sed etiam quoties exceptio ipsa legitima tamen. requirit allegationem non tantum sed etiam probationem ipsius faciendam ab opponente. dum tamẽ intra decem dies oppositionis. ipsa sufficienter probetur & liquidetur. vel pars eam confiteatur vt in dict. l. 2. cuius hæc est præcipua decisio. & in hoc secundo casu loquitur & procedit secunda sententiã supra dicta aduersus Auedan. Sicque non est opus examinare plures quæstiones. quas exteri & nostri quoq; differunt in specie circa harum legum intellectum. an admittendæ sint certæ quædam exceptiones aduersus executionem. nempe nullitatis. non numerata pecuniã. rei non traditæ. vel precij non soluti cõmpensationis. & l. 2. C. de rescind. vend. & aliæ similes. de quibus late per Roder. Suarez. in dict. l. post rem. vers. sed pro euidentiã. & Didac. Perez. in dict. l. 4. Ordinamenti. Nam omnes legitimæ exceptiones admittuntur. dum tamen probentur & liquidentur intra decem diem oppositionis. vt in dict. l. 2. & de exceptione precij nõ soluti. & rei non traditæ. idẽ post alios. quos refert tenet Didac. Perez. in. l. tit. 14. lib. 3. Ordin. fol. 248. & sequenti vbi præcipua iudicauit in quadã causa reuocãdo sententiã contrariam iudicis ordinarij huius Ciuitatis Roderici & quod fuit sua sententiã conformata in regal. Cõcollaria. an. 1557. & de exceptione nullitatis probabili in continenti q̄ admittatur. vltra doct. in. l. 4. 3. cõndemnatam. ff. de re iud. testatur cõmunem Mandosius in Reg. 33. de anal. quæst. 7. mai. 20. 1790.

¶ Finis. p̄i. Quæstionis.

Eadem.

## SUMMARIVM.

- 1 **R**econuentio an admittatur in causis executiuis. resoluitur negative.
- 2 **Fallit. 1.** quando actor in iudicio confitetur de plano debitum de quo fit reconuentio. nullamq; aduersus id dicat habere exceptionem.
- 3 **Fallit. 2.** quoties reconuentio fieret alio instrumento habente etiam paratam executionem. liquido vel intra. 10. dies liquidando.
- 4 **Compensatio admittitur aduersus executionem probanda. intra dict. 10. dies.**

Eadem. l. i. & 2.

## QVÆSTIO. CXII.

**V**ero tertio. circa easdem. II. regias. an reconuentio admittatur in causis executiuis? & videri posset forte indubia quibusdã hæc quæstio ex proxime dictis in quæstione præcedenti. vbi resoluius. oēs exceptiones legitimas admittendas esse. sed reconuentio est huiusmodi. quia à iure approbata atque cognita. vt in Auth. & consequenter cum simil. C. de sententijs & interloq. omn. iudic. igitur. & c. & ita inuenio. quod hanc partem manifeste insinuare videtur Bald. per text. ibi in. l. neque. nu. 3. C. de compen. dicens ex his nota quod licet debitum sit liquidum. tamen potest fieri reconuentio. nec debet procedi ad executionem ante reconuentionis liquidationem. vt ibi in vers. non enim. quod intelligit fide facto Bald. Didac. Perez. in. l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1081. versic. quod enim: expressè & clarius tenet. reconuentionem admittendam esse contra executionem. si de ea constare possit durãte iudicio executionis. nam omnis exceptio probabilis in continenti admittenda est aduersus executionem secũd. Ioan. Lup. in. l. 64. in fin. eandem sententiã. Didac. Perez. sequitur & probat doct. Suarez de Paz. in sua praxi. cap. 3. 4. part. 1. Tom. 7.

tenda est aduersus executionem secũd. Ioan. Lup. in. l. 64. in fin. eandem sententiã. Didac. Perez. sequitur & probat doct. Suarez de Paz. in sua praxi. cap. 3. 4. part. 1. Tom. 7.

Nihilominus tamen hæc sententiã vera mihi nõ videtur nec tenenda. sed potius contraria. imo quod reconuentio non admittatur in causis executiuis. nec impediat executionem etiam si offeratur probanda & probetur infra dictos decem dies. quia reconuentio non est proprie exceptio. nec concernit negotium executionis. sed actio. vt in. d. Authen. & consequenter cum similibus adquam excludendam non debet actor suis defensionibus tempore & via ordinarijs probandis & sibi à iure competentibus priuari in iudicio executiuo à se intentato: item quia in confessum nullæ sunt partes iudicij. nisi ad condemnandum. vt in. l. proinde. §. ff. ad legem Aquil. & ideo non obstat quod omnis exceptio legitima probanda infra decem dies. admitti debeat aduersus executionem. iuxta proximè dicta. ergo & reconuentio si in dict. termino decem dierum probetur quia tunc probari in continenti dicitur. nam respond. illud procedere in exceptionibus legitimis. quæ directo tendunt aduersus ipsam executionem. eamque concernunt prout sunt expressè supra in quæst. modo proxima. & ideo merito admittuntur si in dict. termino probentur nõ vero in alijs actionibus de quibus fit præd. reconuentio. quæ est actio diuersa & separata à præd. executionis causa. in qua quidem reconuentionis causa procedendum est iure ordinario. vt reus suis defensionibus tempore debito probandis minime priuetur. quamobrem via executiuã impediri nõ debet. nam etiam si reconuentio in continenti probetur & sic intra dict. decem dies. sicut aliæ exceptiones legitimæ. adhuc tamẽ in illa reus (hoc est actor qui petijt executionem) terminis ordinarijs audiri debet: cum sit actio de nouo intentata absque priuilegio paratæ executionis. in his verò (hoc est) in exceptionibus legitimis oppositis aduersus executionem. si in termino decem dierum probentur. atque liquidentur. cum tendant directo

directo aduersus ipsam executionem merito, vt eodem iudicio simul cum ea terminetur atq; decidantur: cum vtriusque rei, scilicet & executionis & exceptionum prædictarum sit idem iudicium summarium, quod minime contingit in reconuentione opposita aduersus executionem: quæ quidem reconuentione, etiam si statim probetur cum altiore indaginem requirat ex parte reconuentioni, aliud iudicium diuersum, & sic ordinarium sibi expostulat. Non obstat etiam dictum Bald. in dict. l. neque. nam ipse ibi, nec lex illa loquuntur in executiuis, nam hæc virtus executionis paratæ nondum illo tempore erat attributa, hoc est, iure communi instrumentis etiam publicis: & ita merito in causis executiuis, quod non admittatur reconuentione, tenuit idem Bald. in dict. Authen. & consequenter. nu. 17. C. de sententijs & interloquit. omn. iudic. quem sequitur Socin. consil. 41. nu. 6. & 9. lib. 1. & in Regul. 332. limitatione vltima. & alios allegans Marant. de ordin. iudi. 4. p. princip. 6. dist. num. 28. & 29. fol. 151. & 152. idem quoq; probauit Auéd. 2. p. c. 30. præ. num. 6.

2 Limitanda tamen erit primo hæc nostra sententia quoties actor qui executionem petijt confiteretur in iudicio eodẽ de plano debitum liquidum de quo fit reconuentione, nullamq; aduersus id dicat habere defensionem nec replicam: tunc etenim propter confessionem ipsius clarã admittenda erat meo iudicio prædict. reconuentione, vt euitetur circuitus, litiumq; anfractus, atque sumptus.

3 Secundo limitari debet eadẽ sententia quoties reconuentione fieret alio instrumẽto habente etiã paratã executionem vel publico, liquido tamen, vel in dict. termino decẽ dierum liquidando, quo tempore altera pars poterit suas exceptiones in contrarium probare, quod si illo transacto appareat veram atque legitimam esse prædict. reconuentionem, non video cur non sit admittenda eadem ratione cuius memini in præcedenti prima limitatione, & in his duobus casibus saluari potest opinio prior tenentium contrarium, nempe in causis executiuis admittendam esse reconuentionem.

4 Poterit etiam is contra quem est petita executio, si creditor est in alia quantitate eiusdem actoris vt aduersus executionem alio remedio absq; reconuentione, vt admittatur in via executiua, & aduersus ipsam, nempe exceptionem compensationis vsq; ad concurrentem quantitatem: nam si in termino decem dierum oppositionis probetur atq; liquidetur, admittenda erit absque dubio & compensatio ipso iure fiet, vt late deduxi in meo Tractatu de Iuramento Confirmatorio. 3. p. c. 6. nu. 2. & hæc erit bona cautella pro anxio debitore contra quem est petita executio, vt potius vtatur exceptione compensationis, si aliquam certam habet, quam reconuentione quæ quidem in iudicio executiuo regulariter admitti non debet, iuxta veriorẽ & tenendam sententiam, vt supra est probatum, quod intellige si liquidẽ compensatio probata sit, neq; de eius veritate possit ex actis processus dubitari, vt prædiximus.

## ¶ Finis. 112. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- 1 **S**equestrum factum debitori aliqua ex causa auctoritate iudicis, an impediatur executionem debiti? & nu. sequentibus.
- 2 **D**ebitor, cui post moram fit sequestrum est in culpa, vnde nocere sibi debet sua mora non verò creditori.
- 3 **D**ebitor, cui ante moram fit sequestrum tenetur resistere & facere quicquid ei sit possibile ne fieret dict. sequestrum et num. 15.
- 4 **C**antum erit debitori, cui iubetur per iudicem, vt alteri soluat, vel restituat, vt cum eodem præcepto requirat suum creditorem, vt hic.
- 5 **S**equestrum prædict. quod sit vis bona & exceptio, vt opponi possit postea aduersus executionem.

6 Seque-

## Eadem. II. 1. &amp; 2.

## QVÆSTIO. CXIII.

- 6 **S**equestrum rei promissæ factum à iudice impedit pœnam promissam & euitat per iurium in contractu.
- 7 **I**uramentum, vel qualibet alia promissio intelligitur excepta auctoritate superioris.
- 8 **C**ompulsio & metus iudicis satis probatur cum quis exactus præceptum pœnale ostendit, & c.
- 9 **D**epositarium reddens depositum de mandato iudicis liberatur: licet pars, cuius est non vocetur, & quomodo hoc intelligendum sit.
- 10 **D**ebitor morosus si erat in fra tempus purgandi moram quando fuit exactus, in iussu iudicis liberatur.
- 11 **D**ebitor morosus exactus ob culpam sui creditoris liberatur, & nu. 12.
- 13 **D**ebitor exactus ab eo, cui ex obligatione tenebatur creditor liberatur.
- 14 **D**ebitor intelligitur exactus per creditoris iniuriam, quando factum est proclama, vt omnes debitores illius soluant.
- 16 **I**udicis arbitrio relinquitur, quam diligentiam debeat facere debitor in proposito, vt iure possit dici excusatus.
- 17 **S**equestrum affectatum, vel procuratum ab ipso met debitor sibi non prodest.
- 18 **I**dem est si debitor voluntarie agnoscat se cretum iniustum.
- 19 **C**olonus, cui ab alio fit molestia, vt in detrimentum sui domini exigatur, tenetur eidem id denunciare.
- 20 **C**olonus excusatur ne pensionem soluat cum è domo recessit nulla facta denuntiatione domino, præterquam in casu speciali. l. item queritur. §. exercitu. ff. locati.

1 **V**ero quarto, circa easdem. II. re-  
 2 **Q**uæstio: an sequestrum factum debitori aliqua ex causa auctoritate iudicis, & sic præceptum, vt non soluat quantitatem debitam Titio eidẽ, sed eam penes se retineat sub certa quadã pœna dicatur visillata à iudice, sufficiens, vt si postea contra debitorem eundem petatur executio dict. debiti à creditore, possit debitor se opponere & allegare. d. sequestrum ad impediendã. d. executionem? & videtur qd. nõ, quia vis, (hoc est) fuerca de qua loquitur. d. l. i. vt ipsius exceptio admittatur loqui videtur & disponere de vi, vel metu extraiudicialiter illato: nõ vero de iudiciali, vt patet, ibi, *O temer, o fuerca, y tal que de derecho se deua recebir,* Et sic cadens in constantẽ virũ. Præterea si debitor hic, cui fit sequestrum est morosus: quia nõ soluit tempore couento, videtur esse in culpa, & ideo sibi imputet. Nam si tempore debito soluisset, sequestrum sibi factum nõ fuisset vel fieri non posset cum liberatus esset per solutionem, vnde sua mora nocere sibi debet, non verò creditori in noxio. iuxta late tradita in proposito per Matth. de Afflict. decis. Neap. 150. n. a. 2. vsq; ad. n. 10. Et quãuis Angel. in. l. creditor. ff. de solut. hoc intelligat quando mora est ordinata ad casum, Imola tamen, ibi. nu. 4. absolute intelligit, idẽ cum eo sensit Matth. de Afflict. vbi supra. n. 9. & 32. quos sequitur Menoch. de arbit. iudic. casu. 137. n. 24. Quod si prædict. debitor nõ fuit morosus: quia ante terminũ solutionis fuit sibi factum præceptum & sequestrum à iudice ne solueret, tenebatur resistere & facere quicquid ei sit possibile ne fieret dict. præceptum ac sequestrum, & factum reuocaretur: quia si sponte soluit cui iudex iussit, vel agnouit dict. sequestrum non liberatur, vt tenet Afflict. vbi supra. num. 24. & 32. & præstat ad hoc bonum argumentum, text. in. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minor. ibi, si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum: ergo à contrario sensu, si

su, si sponte agnoscat, non liberatur.

4 Quinimo & cautum erit ipsi debitori, cui iubetur per iudicem, ut alteri soluat vel restituat quâ cui est obligatus, ut antequam soluat vel restituat, eum eodem præcepto iudicis requirat creditore suum, ut cõpareat coram præd. iudice. Et dicat, doceatq; de iure suo, ipsumq; defendat: quia ipse debitor cogitur solvere, & nõ pot. aliud facere, aliàs pteletur qd solues, cui iudex iussit liber erit atq; remanebit: quo facto solvens alteri iussu iudicis erit securus.

5 His non obstantibus contrarium est tenendum, nõ qd præd. sequestru & præceptum iudicis, sit vis bona & sufficiens, ut ipse exceptio opponi possit postea aduersus executionem, qua vi probata nõ debet ad executionem procedi: quia præceptum iudicis est iusta causa nõ soluendi, & dicitur: *Fuerça que de derecha se deua admitir*, in l. nõ uisime. ff. quod cũ fall. tut. Auth. & in l. quoniam nõ nulli. C. de appella. ibi vim executionis eludunt, ad id. l. cõtinet. ff. quod met. caus. l. ait prætor, §. permittitur. in versic. quid tamen iuxta glo. ibi. verbo, Imputadum. vbi solues iussu iudicis liberatur, id. probat text. in l. Imperatores. ff. ad munic. & in l. non videtur. §. qui iussu. & in l. liberorũ. in fi. ff. de ijs. qui notatur infam. sequitur alios allegas Menoch. vbi supra. nu. 13. id. consil. 68. n. 12. Agit late Bald. consil. 195. incip. Puctus. lib. 7. & qd talis cõpulsio iudicis appelletur Fuerça, de qua in dict. l. 1. & sic qd hæc sit exceptio de contentis in ipsa. l. probat. l. 27. tit. 11. p. 3. ibi.

*El su mandamiento, le es como fuerça*, & l. 10. tit. 29. p. 2. ibi, *Pues que por fuerça de mandamiento lo ouiesse de scado*: Fateor tamẽ qd solent iudices, nõ obstat exceptione sequestru, *Proceder a hazer el remate, y mandar pagar debaxo de la fiança de la ley de Toledo*, & nonnulli addunt, *Que se a fiança depositaria*. Quando videtur esse iustificatum sequestrum.

6 Ex quibus fit ut sequestrum rei promissæ factum à iudice impediatur poenã promissam & evitet perituri in cõtractu, si nõ reddatur vel soluat in eo contentum ad certum te-

7 pus. Quia iuramentum vel quælibet alia promissio intelligitur excepta autoritate superioris, ut in. c. venientes. de iure iur. ut tenet Curt. in l. vnice. C. de prohib. sequestr. pecun. q. 16. nu. 60. quem & Petrus de Ferrar. in sua pract. §. audeat. vel præsumat. nu. 2. in forma sequestru, refert & sequitur Didac. Perez, in l. 1. tit. 10. lib. 3. Ordin. col. 1143. q. 15. & Menoch. vbi supra. n. 12. existimã sequestrariũ iussu iudicis soluetem alteri qd vero domino liberari, idem Menoch. d. consil. 68. nu. 13.

8 Sic etiam in proposito cõpulsio & merus iudicis satis probabitur: cum is debitor exactus præceptu poenale offedit, vel cõstitutio nem, quã ordinatum est, ut debitor es talis solueret, ita Bart. in d. l. creditor. in. fi. vbi alij omnes idem cõsentunt, de solut. Afflict. vbi supra. nu. 16. & decis. 328. nu. 2. sequitur alios referens Menoch. vbi supra, dict. casu. 137. n. 30. & in dict. consil. 68. num. 27.

9 Imò & depositarius reddens depositum de mandato iudicis liberatur, licet pars, cuius est, non vocetur. Bald. in l. si. nu. 5. C. de bon. autorit. iudic. possid. vbi bene agit: quod tamen intelligendum est quãdo remotio depositi in aliũ depositarium fit ex causa iusta, vel quãdo notorie nõ cõstat qd iniuste remoueat: nam si hoc expresse eppareret non liberaretur sponte reddens & nõ appellans iuxta notata per Bald. in l. falsus. col. pen. & in. C. de furt. ita intelligit & declarat hoc Gregor. Lopez, in l. 3. tit. 3. part. 5. glo. 1.

Et in terminis nostræ quæstionis hanc secundam partem principalem, late probat Auend. in d. l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. Ordinam. n. 32. & 33. vbi cum alijs resoluit idem esse, si rex cõcesserit debitori literas dilatorias debiti, idem Auend. in suo Diction. verbo, Fuerça. Non obstat qd nostra. l. 1. loquatur de vi vel metu extrajudiciali, non vero de iudiciali: nam respondeo iudicalem quoq; iustum metum esse, ut quis liberetur per. II. iuris communis & regias supra allegat.

Præterea non obstat quod supradictũ fuit de debitore moroso, quã illud loquitur & procedit quãdo post morã solutio fit alteri mandato iudicis, qd ei, cui debetur, & sic agitur de dano irreparabili quia res nõ est integra, nos verò

nos verò agimus de sequestro tantum pecunie, vel alterius rei debite facte penes ipsum debitorem, & sic res est integra, quãuis sit factum sibi dictum præceptum de non soluendo creditori, quoniam hoc casu dandum reparari potest cõparendo creditor & allegando & docendo de iure suo, ne prædictum sequestrum fiat, vel dure factũ, sed imo tollatur, sibiq; fiat solutio, vel rei debite restitutio: Item & priori casu etiã quãdo res nõ est

10 integra, quia post morã debitoris soluta fuit pecunia alteri qd cui debebatur iussu iudicis, si tamen debitor tunc erat infra tempus purgandi morã, & illo tempore fuit exactus iussu iudicis, vel etiã postea si erat solutum debitores retinere debitũ pro expensis, vel alia causa, ut puta impedimenti, à mora excusaretur & liberatur debitor, ut resoluit Afflict. vbi supra. nu. 32. & 33. in. 3. & 4. conclu. sequitur Carol. Ruyn. consil. 150. n. 10. lib. 1. Menoch. vbi supra. nu. 25.

11 Quinimo cum generaliter liberetur debitor iussu magistratus soluet alteri quã creditori suo, etiam post moram quotiescunq; exactio fit ob culpã præd. sui creditoris, siue iudex, vel superior ad sui, vel alterius comodũ exegerit debitore, ut probat. l. Paulo Chalimaco in fi. ff. de legat. 3. l. liberto. §. Lucius. ff. de annuis legat. quã iura sic intellexit Barto. in d. l. creditor. col. 1. versic. 2. casu. & alij plures, quos refert & sequitur Menoch. vbi supra. n. 10. & d. consil. 68. n. 14. plures allegas, & colligitur ex tota illa decis. Neapol. 150.

12 n. 25. & sequent. Existimo ego generalius, ut quoties sequestrũ fiat ob debitũ creditoris & propter ipsius paupertatẽ, fugam vel absentiam, vel etiã morã in soluendo, prout solet cõmuniter sapissimẽ cõtingere, & sic ob ipsius culpam & causam, qd debitor solues hoc casu debitori creditoris, iussu tamen iudicis etiam post morã liberetur: cum & cõpulsus à iudice fuerit & in rei veritate creditor suus ad id teneretur alteri, ipsumq; liberauerit de

13 bitor pro eo soluendo. Pro quo faciunt duæ doctrinæ. Prima, quã habet qd quando debitor fuit exactus ab eo, cui ex obligatione tenebatur creditor, liberatur debitor secund. Bart. in d. l. creditor. col. 1. versic. tu vero dicas de

soluit. quem sequitur Decius consil. 25. n. 1. & 14 Menoch. vbi supra. nu. 2. Altera doctrinã, quã habet, quã etiam intelligi debitorẽ per creditoris iniuriam exactũ, quando factũ est proclama, ut oes debitores illius soluerent: ostendunt enim illa verba exactio nõ hæc fieri cõtemplatione illius creditoris, ut probat in simili. l. cum aliquis. C. de iure delib. & l. feruus cõmunis. ff. de supul. seruar. ita Calcanus. consil. 113. n. 3. post Imol. in d. l. creditor. sequitur Menoch. vbi supra. n. 10. & videndus est in materia late Anto. Gabriel. lib. 3. cõmu. opin. conclu. 11. per totam. pag. 172.

15 Diximus præterea qd si debitor nõ sit in mora cũ factũ est sibi. d. præceptũ, teneatur resistere & facere quicquid ei sit possibile nõ soluat alteri, vel ne fiat dictũ sequestrũ, nec enim debet sponte solvere, vel sequestrũ agnoscere: hoc enim verũ fatemur atq; requiri dicendũ est, ut supradicta nostra sententia procedat, ut tenet Bald. in d. l. falsus. n. 30. in fi. & n. 31. & plures referens Menoch. d. consil. 68. n. 11. & in terminis nostræ quæstionis, idem tenet Auend. in suo Diction. legũ partit. verb. Fuerça. Secundum quod intelligenda atq; suppleta est nostra sententia, ut ad hæc, ut liberetur debitor à præd. executione ob dictum sequestrũ, siue soluat ante, vel post morã in casibus in quibus soluendo post moram liberatur iuxta supradicta, debeat prius resistere & cõtradicere & facere quod in se fuerit, ut liberetur: quia aliàs si sponte soluat, vel offerat pecuniã debitam, alteri qd proprio creditori, non liberabitur ipse debitor, cũ voluntariẽ id fecerit, prout iam vidi in praxi obtineri, & de iure probauit etiam Menoch. vbi supra. n. 6. & 7. 14. & 15. & in d. consil. 68. n. 5. & sequent. Vbi qd iudicis arbitrio relinquatur, quam diligentiam adhibere debeat hic debitor, ut iure possit dici excusatus.

17 Idemq; erit si sequestrũ prædict. affectetur, vel procuretur ab ipso met debitore, quã hoc sibi nõ proderit, tunc enim alteri quam vero creditori solvens, ex iudicis autoritate liberatur si sine fraude & culpa soluat, secundum Ias. consil. 26. col. 2. lib. 3. Afflict. vbi supra. nu. 21. & 23. Menoch. etiam vbi supra. num. 30. & dict. consil. 68. num. 4. Vel si



18 alia volūtaria agnoscat abfq; cōtradictio-  
ne, saltē si hoc ultimo casu iniuste factū fue-  
rit fecerit, quia si iuste & iudicē fiat, nō vi-  
deo cur teneatur ei cōtradictere debitor, sed  
potius obtēperare: vnde in dubio vt sibi cō-  
sulat debitor, ne forte appareat postea, vel sit  
iniustū, quod iustū putabatur; nō cōtradice-  
do; cautela optima erit quam prædixi, vt de-  
nuntiet creditori; eumq; requirat cum prædi-  
protestatione: quo factō securē dormiet de-  
bitor. Hoc autem erit necessariū in eo, qui  
19 dño denūtiare tenetur prout cōtingit in co-  
lono, qui si ab aliquo molestia afficiatur, vt  
in detrimentum sui dominii exigatur, debet  
ipsi dño denūtiare illatā sibi violētiam: alio-  
qui nō excusatur. ex tex. in. l. item quæritur.  
§. exercitu. ff. locat. operatur enim denuntia-  
tio: quia dñs venire possit & seipsum defen-  
dere, ita Ruynus, cōsil. 147. in fi. lib. 1. & quā-  
uis tex. ille solū loqui videatur, ratione dāni,  
quod adferūt milites in domo, vt cū domū  
ipsam diruūt, vel quid simile agit, quod tra-  
ctū successiuū habet in am tūc colonus tene-  
tur denūtiare: quia dñs eius diem mittere pos-  
sit: aliā extra illū casum secus videtur dicen-  
20 dum. Et idē colonus excusatur ne pensio-  
nē soluat cū ē domo recessit, nulla facta de-  
nuntiatione dño, secund. Socin. lun. cōsil. 120.  
nu. 19. lib. 3. Attamen secūd. Menoch. vbi su-  
pra. n. 21. nihil plus est speciale in hoc casu q̄  
in ceteris; & ideo credit hos oēs denuntiare  
debere, nam si vti omni diligentia debent, ne  
soluant, vt supra est dictum, quid melius aut  
opportunius agere possunt quam dño denū-  
tiare? qui forte se ipsam tueri poterit: tādē  
relinquit cogitādum ob magnē Ruyni au-  
thoritatem. Ipse verō teneo, quod prædixi,  
& sic cū Ruyno vbi supra, vt regulariter præ-  
dict. denuntiatione non sit necessaria, sed de  
consilio & optima cautela: quia sufficit q̄ de-  
bitor exactus, vel apud quē sit sequestrum  
debiti resistat & cōtradicat arbitrio boni vi-  
ri, vt ipsemet Menoch. tenet, licet prædict.  
denuntiationem minime faciat, quæ tamen  
si fiat utilis admodum erit, præterquam in ca-  
sū speciali. d. §. exercitu. vbi ea requiritur.

¶ Finis. 113. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

**A** N cum tertio se opponenti execu-  
tionem, docentiq; in continent de in-  
re suo, via sit executiua vel ordinaria?  
resoluitur quod debeat esse ordinaria.

Eadem. l. 2.

## QVÆSTIO. CXIII.

**Q** Væro quinto, circa. d. l. 2. eiusdē  
tit. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Reg.  
an cum tertio opponenti se exe-  
cutioni pro suo interesse, via sit  
etiam executiua, & sic cum eo etiam sit ser-  
uanda forma huius. l. vt ei detur decem dies  
tantum, ad probādum suam intētionem, si-  
cut debitori ad suam exceptionem: vel ordi-  
naria, ita vt cū eo suspēdatur via execu-  
tiua? & videtur q̄ sit executiua ex hac. l. cu-  
ius finis atq; intētio ea videtur esse vt eui-  
tur malitia & citius solutio fiat creditoribus  
habētibus instrumētū habēs paratā execu-  
tionē, ne aliā cum litēs sint immortales, ex-  
actio quoq; debitorū liquidōrū plus debito  
retardetur: præmaximē cū creditor ipse, cui  
præd. via executiua, tractatis dictis. 10. die-  
bus absq; probatione debitoris, solutio debiti  
fiat; teneatur satisdare de reddendo cū duplo,  
quod sibi iubetur solū, si postea legitima ex-  
ceptio pbata fuerit, vt in hac. l. 2. eadē igitur  
ratio militat in alio tertio, pro suo interesse  
cōparenti non probati intra dict. 10. dies suā  
intentionē; cui satisfiet per dict. satisfationē  
creditoris, & sic ius suum saluū remanebit &  
absq; præiudicio. Cōfirmatur aliā ratione: q̄  
cū ius creditoris sit apertū & agnitū a debi-  
tore, quia cōtinetur in instrumēto guarenti-  
gio & cōfessionato, vel in sentētia trāfacta in  
re iudicatā, sicq; sit liquidissimū, & ideo gau-  
dere debeat via summaria & executiua: ius  
aut tertij se opponētis nō sit huiusmodi, me-  
rito vt per hoc nō liquidū, illud non differa-  
tur, quia nō sunt equalis qualitatis & cursus.  
Nihilominus tamen cōtrarium est verius  
& tenendum imo q̄ cū tertio oppositorē  
pro suo interesse se opponenti executioni,  
nō sit via executiua sed ordinaria, & sic ter-  
mini

mini ordinarij sint cōcedēdi, & via execu-  
tiua suspendatur. Primō, quia lex hæc, hanc  
summariam viam in prædict. casibus conce-  
dens tantū loquitur respectu debitoris prin-  
cipalis, & propter ipsius malitiosas dilatio-  
nes euitandas, vt ex tota ipsius serie & cōtex-  
tura aperte constat: non verō loquitur respec-  
tu tertij, in quo ius cōmune remanet incor-  
rectum habens, ne instrumenta publica ha-  
beant executionē paratam regulariter, iux-  
ta cōmunem resolutionem traditam per. l.  
minor. 25. ann. cui fidei cōmissum. ff. de mi-  
nor. & sic non obstat nostra. l. quæ minime  
probat cōtrariā opinio. Secūdo, hæc nostra  
sententia comprobatur, argum. tex. in. c. su-  
per eo. de offic. delegat. vbi clausula appella-  
tione remota intelligitur inter partes litigan-  
tes, secus verō respectu tertij oppositoris, &  
ita tenet glo. ibi, verbo, tenebit. Tertio per  
text. in. c. super eo. de testib. vbi si tertius cō-  
pareat pro suo interesse ad processum agita-  
tū inter duos potest producere testēs post pu-  
blicationē. Quarto, hæc eadem opinio cō-  
probatur expressē per. l. 41. tit. 4. lib. 3. Nouæ  
Collect. reg. Quæ ita se habet, *Mandamos  
que quando contra alguna execucion se  
opusiere alguna muger por su dote, o otras  
personas no se mande dar informacion su-  
maria, sino que reciban luego a prueua con  
termino ordinario a los oppositores por via  
ordinaria, &c.* Quinimo & hæc sententiā  
tenēt etiā de iure cōi plures authores, quos  
congesi in mearepetitione. l. nemo potest.  
ff. de legat. 1. n. 391. vbi hoc esse intelligendū  
dixi, quando de interesse tertij aliquo modo  
apparet, aliā secus: quia præstita cautione  
per creditorem executio fiet, & ita cōmu-  
niter practicatur, eandem nostrā sententiā  
principalem nos referens, vbi supra, sequitur  
& probat, dicēs, sæpe ac sæpius praticari vi-  
disse Ioan. Gracian. in Reg. 418. n. 10. & no-  
uissime (nobis tñ tacitis) doct. Suarez de Paz  
in sua praxi. c. 4. 4. part. 1. Tom. n. 1. & sequē-  
tib. vbi ampliat. n. 2. etiam si tertius se oppo-  
nat post latā sententiā, de remate: & præter-  
ea tenet q̄ hodie iure regio per. d. l. 41. tertius

cōpellēdus nō erit docere statim de iure suo,  
sed q̄ causa recipienda erit statim in cōtinen-  
ti ad probationem cum termino ordinario,  
quod idem repetit. c. 4. eiusdem partis. n. 18.  
Nihilominus tñ intelligo q̄ debet aliquo  
modo constare de iure tertij in hoc casu in  
cōtinenti, vt prædixi, alias enim plerūq; ma-  
litiōse impediretur via executiua. Non ob-  
stat etiā secūdum fundamentum prioris par-  
tis: quoniam respectu tertij & in ipsius præ-  
iudicium minime potest dici esse ita liqui-  
dum debitum quanuis instrumēto publico  
guarētigio, vel sentētia cōtineatur, cum ipse  
tertius si termino ordinario audiatur, vel cō-  
trariū probabit, vel melius ius suum esse do-  
cebit, cum ipse nō fecerit instrumentum il-  
lud, nec ipsum, nec sententia cū eo loquatur,  
sicq; est res inter alios acta, at debitor princi-  
palis, cum ipsemet sit, qui rogauerit tabellio-  
nē publicum de illo instrumēto cōficiendo,  
in quo confessus est debitum, vel sit cōdem-  
natus in sententia trāfacta in rem iudicatam  
& prius via ordinaria auditis, merito q̄ bre-  
uissimo summarioq; iudicio sit audiendus,  
maxima igitur differētiae ratio inter has per-  
sonas reperitur, ideoq; diuersum ius statui de-  
bet. Non tamen diffiteor non omnino esse  
hoc iudiciū cum tertio oppositore ordina-  
rium, sed mixtā quādam naturam habere, vt  
in. l. 7. tit. 22. p. 3. expressē deciditur in verific.  
Otrofi dezimos. Itaq; Darfe han terminos,  
sed breuiores. Y en la sentencia se hara el re-  
mate. Si tertius ius melius non habuerit.

¶ Finis. 114. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

**T** Ransactis decem diebus datis ad op-  
positionē executionis exceptio-  
nibusq; non probatis, quia testes in locū  
quis partibus degunt factaq; solutione  
debiti iussu iudicis, remanet via ordina-  
ria eidem debitori coram eodem iudice  
ad probandas suas exceptiones, vt hic la-  
te enucleatur.

2 Praxis huius sententiæ.

## Eadem. II. 1. &amp; 2.

## QVÆSTIO. CXV.

**I** Vero sexto, circa eadem. II. an la-  
pſis decem diebus oppositionis,  
nō probata legitima exceptione  
opposita per debitore cōtra exe-  
quutionem: quia testes in longinquis par-  
tibus degunt, vt examinari minime potue-  
rint in di. breuissimo termino, aliud remediū  
præter appellationē à sententiā de remate, fa-  
cta tñ prius solutione debiti & expēsarum,  
remaneat corā iudice ipſo, qui exequutionē  
fecit & præd. sententiā protulit, proponen-  
dum? & videtur q̄ nō, cū iudex postquā pro-  
rulerit sententiā functus sit iā officio suo, &  
sic necessario ad remedium appellationis re-  
currēdū sit, quāuis nihilominus solutio fie-  
ri debeat. iuxta tex. in. l. iudex posteaquā. ff.  
de re iudic. iuncto tit. de appella. cui accedit  
cōis praxis huius regni, nam semper ab istis  
sententijs de remate, quādo pars grauatur &  
reformationē sententiæ prætedit appellat, &  
per viā appellationis, nō vero alio remedio  
prædict. sententiæ reformatur & reuocantur.  
Nihilominus tñ citra appellationē hoc casu  
debitor allegās habere se testes in longinquis  
partibus, petēs q̄; maiore terminū q̄. 10. dierū  
ad probādum suā exceptionē legitimā, trāſ-  
actis. d. decē diebus, quia in illis eā nō proba-  
uit, facta solutione audietur via ordinaria ab  
eodē iudice, si, id à debitore petatur, præſtita  
pro sua securitate supradicta. satisfatione ab  
actore, de qua in hac. l. Toleti: qui quidē iu-  
dex supradictis prius obseruatis cōcedet de-  
bitori ad probādum suā exceptionē termi-  
nos, de quibus in hac. l. 2. respectiue. Nempe  
*Si nōbrare los testigos aquēde los puertos,  
fuera del Arçobispado, o Obispado, vn mes.  
Y si allende los puertos por todo el Reyno,  
dos meses. Y si los nōbrare en Roma o Pa-  
ris fuera del Reyno, seys meses.* Vt expresse  
ceuetur in hac. l. 2. in verſi. Y si nōbrare, &c.  
Quò manifestissimè. l. nostra præſupponit  
& præcipit in præd. casu facta solutione &  
præſtita dict. satisfatione esse audiēdum reū

via ordinaria ab eodem iudice, ordinariēq;  
procedendū in causa, ipsam q̄; sine debito ter-  
minādum esse: q̄ si pro debitore sententiā in  
hac via ordinaria feratur, reddet actor eiusq;  
fideiussor debitori, quod ei solutū fuit præd.  
via exequutiua: quādoquidem ad dictū effe-  
ctū fuit datus & acceptus præd. fideiussor,  
vt probat. l. ibi. *Dando el tal mercader, o ac-  
credor luego fianças, q̄ si el deudor prouare  
la paga, o otra excepcio q̄ le pueda excusar  
que le tornara lo q̄ ansi pagare. cō el doblo.*  
Ex quibus verbis perspicuè cōstat, id proce-  
dere in ipsam et via ordinaria corā eodem iu-  
dice intētata, in qua, cōcessi sunt dicti termi-  
ni ordinarij: quandoquidē de ea loquuta est  
lex paulo supra: sicq; non tātum quādo per  
viam appellationis sententiā reuocatur, prout  
cōmunitè fit habēdo recursum ad superio-  
res iudices per appellationem: sed etiā absq;  
ea corā primo iudice facta prius solutione  
habebūt locum supradicta, vt sentit Roder.  
Suarez, in. l. post rem iudicatā. verſi. Sed pul-  
chrum dubiū in finalib. verbis. ff. de re iud.  
ideo caute iubebitur in sententiā de remate,  
*Que de fianças el executante conforme a  
la ley de Toledo (que es esta) para que si la  
sentencia fuere reuocada, lo boluera con el  
doblo: sin dezir por el juez superior por ap-  
pellacion: E ya que lo diga, añada: O otro  
juez q̄ de la causa pueda y deua conoſcer.*  
2 Praxis igitur erit iuxta hāc opinionē, vt reus  
cum citatus fuerit ad vltimā pignoriū licita-  
tionē (vulgo para el remate dictū) cōpareat  
& se opponat tēpore debito, & si nō potest  
probare suā exceptionem legitimā infra di-  
ctos decē dies: quia testes sunt in longinquis  
partibus, petat se recipi ad probationē eiudē  
in via ordinaria, offerens se deponere pecu-  
niam debitam absq; sui iuris præiudicio, iu-  
dex autem viſo quod reus infra dict. decem  
dies non probauit suam exceptionem, pro-  
nuntiabit suam sententiā de remate, iuben-  
do præſtari dictam satisfationem, & in ea-  
dem sententiā recipiet ambas partes ad pro-  
bandum via ordinaria, dum tamen reus  
prius

prius & ante omnia soluat partū debitū, quo  
soluto post præſtitam dict. satisfationem,  
item & præſtita alia satisfatione a reo de tan-  
tundem soluendo si non probauerit, tunc  
iudex concedet partibus dictos terminos,  
fietq; publicatio & cōclusio in causa & sen-  
tentiā diffinitiuā proferetur, sicq; processus  
causabitur ordinarius, sicut in cæteris nego-  
tijs ordinarijs fieri solet, actorq; si senserit se  
grauatū à prædict. sententiā diffinitiuā; po-  
terit ab ea appellare, vt expresse aduertit Mō-  
terroso in sua pract. ciuil. 3. Tractat. de la via  
executiua. fol. 38. eritq; hāc via vtilior reo  
minusque sumptuosa quam appellationis.  
Non obstat dict. l. iudex posteaquā. quia  
ipsa loquitur in sententiā diffinitiuā, quæ pro-  
fertur in negotijs ordinarijs, non vero proce-  
dit, quoties sententiā, quæ profertur est su-  
per via exequutiua (hoc est de remate) vt in  
nostra. l. est decisum: quia hāc non definit  
perpetuo causam, sed temporariē. Nec etiā  
nocet communis praxis, quæ ad refugium  
appellationis potiusquam ad hāc viam or-  
dinariam cōfugit, nam respondeo, non ideo  
tolli via ordinaria, quam quis supradict. mo-  
do eligere potest omiſſa appellatione: quia  
reus hāc duo habet remedia alternatiue, agi-  
tur poterit quod maluerit eligere.

## ¶ Finis. I. 5. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

- I** Terminus decem dierum ad opposi-  
tionem concessus in causis exequu-  
tiuis quod ad instantiam actoris pro-  
gari queat.  
**2** Limitatur hoc, si petatur prædict. pro-  
rogatio post didiscita testificata.

## Eadem. II.

## QVÆSTIO. CXVI.

**I** Vero septimo an actor, qui petijt  
exequutionem, durante termino  
decem dierum oppositionis, vel

post, possit petere alium terminum ad pro-  
bandum vel instrumenta producenda, iura-  
re docenda? & videtur quod non per nostrā  
l. regiam: quia si reo hoc non licet nec actori,  
vt in Regula iuris non licet. de regul. iur. in  
sexto. Aequalitas enim in iudicijs seruanda  
est, vt in. l. cū quidā. C. de fruct. & lit. expēs.  
Nihilominus tamen contrariū est tenendū,  
imo q̄ ad instantiam petentis exequutionem  
possit alius terminus, plusve assignari, vltra  
decē dies, cōmunis tamen vtriq; parti: quia  
in fauore creditorū est introdūctū à iure no-  
stro regio, vt instrumenta guarētigia mādētur  
exequutioni, ne diutius debitorū exactio re-  
tardetur, vt cōstat ex eisdem. II. regijs & scri-  
ptoribus de hac re agētibus: vnde nō debet  
in eorūdem creditorū odium retorqueri. ar-  
gum. l. quod fauore de legib. vnde quauis  
reus opponens exceptionē requiretūm alio  
rem indagine, id est, vltra decem dies probā-  
dā, non audiatur in iudicio summario & exe-  
quutiuo. vt in. d. l. regia. 2. actor tamen petēs  
exequutionē instrumenti non liquidi, vel alia  
causa opus habēs longiori termino. 10. diebus  
ad suā intentionem fundādā audiiri debet, li-  
cet in cōtinenti hoc est, infra dictos. 10. dies  
liquidare nō possit, vt in præd. terminis liqui-  
dationis tenet Alex. in. l. 1. n. 13. ff. de leg. 2.  
quæ refert & sequitur Roder. Suar. in. l. post  
re iudicatā. in. 4. limit. l. regia. n. 7. fol. 303. ff.  
de re iudicat. & in terminis nostris. ita tenet  
Mōterros. vbi supra, in. q̄ præcedit, id quod  
sapissimè vidi practicari, & ipse practicaui.  
2 Limitarem tamen hoc, nisi post didiscita  
testificata actor peteret dictum terminum:  
quia tunc adest alia ratio iuris contraria, quæ  
id prohibet, nempe propter timorem tribor-  
nationis testium, quæ ita militat in via exe-  
quutiua sicut in ordinaria, ob quā ius impe-  
dit recipi alios testes, nepe post publicationē  
iuxta regulam iuris vulgare, nec in hoc inue-  
nitur privilegiata via exequutiua: vnde idem  
in ea meo iudicio est cōcedendū, præterquam  
in casibus specialibus, in quibus etiam in via  
ordinaria post publicationem admittuntur  
alij testes, vt in minore. 25. ann. Capitulo  
Respublica Ecclesia & pio loco, & alijs si-  
milibus, in illis etenim & in via exequutiua  
O 4. id habe-

id habebit locum si partem actoris executionem petentis prædict. personæ priuilegia tæ substineant, hoc est, agant. Non obstant modo adducta pro priori parte quia ea procedunt præterquam si diuersa ratio militet in vno, quam in alio, prout in proposito contingit: quia via executiua & breuis introducta fuit in fauorem creditorum & in odium debitorum, ideo ad horum instantiam prorogari non potest, ad illorum vero sic: quia licitum est vnicuique fauori pro se introducto renuntiare, vt in. l. si quis in conscribendo. C. de Episc. & cleric. cum similib.

¶ Finis. 116. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **I**uramentum calumnie, an possit peti, quod præstetur in causis executiuis post lapsum decem dierum oppositiouis: & num. sequentibus, quod sic.
- 2 **P**robatio quando conditionaliter fieri debet intra certum tempus præfixum à. l. non sufficiat si postea fiat.
- 3 **P**robatio per confessionem partis dicitur vera probatio secundum veriorē iure communi, & iure regio approbatam opinionem, quamuis iure communi, magis communis esset in contrarium, vt in numero. 5.
- 4 **P**rædicatur opinio præterquam quod est verior & tenenda, vt iuret de calumnia, etiam post dict. decem dies.
- 5 **R**eus quoque compellitur iurare de calumnia etiam post dict. decem dies & decisorie ad instantiam actoris.
- 7 **A**ctor habens iustam causam recusandi iuramentum calumnie, vt hic ad id non compellitur.
- 8 **E**xecutio non est differenda propter iuramentum calumnie petitum à reo, quoties actor est absens.

## Eadem. II.

### QUÆSTIO. CXVII.



Varo octauo, an elapsis decem diebus datis per hanc. l. regiam ad probandam exceptionem legitimam, ante sententiam tamen, tam ille contra quem petitur executio quam actor possit petere, vt altera pars iuret & declaret de calumnia, vel eidem iuramentum deferret? & non esse actorem hoc casu compellendum iurare de calumnia, latissime probat doct. Auend. 1. p. c. 16. præd. nu. 2. & 3. & iterum respons. 18. per totum, quauis decisorie compellatur iurare secund. ipsum duobus præcipuis (omissis alijs) fundamentis. Primo, per nostra. l. ibi, *Saluo si dentro de diez dias mostrar la tal paga, o legitima excepcion, sin alongamiento de malicia, por otra tal escriptura como fue el contracto de deuda, o por alualla que haga fe, o por confession de la parte o por testigos, &c.* Vbi conditionaliter requirit probationem fieri etiam per confessionem intra decem dies: Nam quando conditionaliter probatio fieri debet intra certum tempus præfixum à lege non sufficit si postea fiat, vt per plura cõprobat Tiraq. in Tract. de retract. cõuen. §. 1. gl. 2. n. 45. Secundo, quia iure cõmuni verior, & regio approbata opinio est in. l. 8. tit. 14. part. 3. & in nostra. l. in verbis suprarelatis, quod probatio per confessionem partis dicitur vera probatio, vt aduertit Auend. vbi supra, & affirmat Mench. de success. creat. §. 23. num. 31. & opin. supra dictam principalem Auend. nouissime probauit doct. Suarez de Paz, in sua praxi. c. 3. 4. partis. 1. Tomi. n. 39.

Histamen non obstantibus contraria sententia, imo quod actor non solum compellatur iurare decisorie, prout concedit Auend. vbi supra. Cuius in hoc sententia comprobatur: quia exclusus approbando non videtur exclusus à delatione iuramenti, secund. Purpur. in. l. manifesta. n. 6. ff. de iur. iur. quæ refert & sequitur Octavian. in decis. Pedemont.

mont. 97. nu. 9. Sed etiam de calumnia, quod negat Auend. est verior & tenenda in iudicando & consulendo contra ipsum, & ita vidi sepius practicari, quã latissime quoque probauit Roderic. Suar. in dict. l. post rem iudicatam. versic. Sed pulchrum dubium per totum, præcipue col. fin. fol. 334. vbi inquit, quod ita multoties practicauit & obtinuit in Cancellaria, vbi iudices incumbunt veritati, ommissis iuris superstitionibus, & loquitur, expresse ibi in iuramento de calumnia, licet Auendan. dicat non loqui eo casu Roder. Suar. sed fallitur Auendan. quia expresse loquitur Suarez hoc in casu, cuius sententiam sequitur bene eam fundans doct. Didac. Perez, in. l. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. 1108. & sequent. & Ludouic. Mexia, in. l. regia Toleti, de los terminos in. 10. fundameto. 1. part. nu. 8. idem in pragmat. taxæ panis. 1. conclu. nu. 143. & sequentibus. & eam dicit probari in praxi Villalob. & eum referens Olanus in sua Cõcord. iur. litera. C. n. 77. & 78. pag. 66. dicens probari in nostra. l. eandem sententiam amplectitur Monterros. in sua practica ciuil. in. 3. Tract. fol. 43. col. 2. quæ opinio contra Auendan. approbatur hodie expresse in. l. 72. tit. 4. lib. 3. Nou. Col. Reg. in illis verbis. *In mandamos que en qualquier tiempo que el executado pidiere que el acreedor iure de calumnia, aunque sean passados los diez dias, los dichos alcaldes le compellan a ello, con tanto que sea antes del remate.* Et sic merito Olanus miratur viros alioqui versatissimos in iure nostro, non vidisse hanc l. cum multo ante horum scripta cõdita fuerit. Et sic non oportet amplius dubitare de hoc sed omnino reiicienda est opinio Auendan. contraria amplectendo opinionem Roder. Suar. maximi practici atque iurisperiti. Et quauis cum habeamus expressam. l. regiam approbantem hanc nostram sententiam, non oporteat respondere fundamentis contrariæ partis. Nihilominus tamen non obstat primum: quia quamuis nostra. l. conditionaliter præcipiat intra dict. decem dies fieri probationem per instrumenta, confessionem partis vel testes, & transactis dictis decem diebus

probatio fieri non possit testibus, nihilominus alia ratione, non prohibebitur fieri per confessionem partis, quoniam per absolutionem dict. iuramenti de calumnia non differtur malitiosus, quia statim debet iurari, quod diuersum est in testibus, quia si post decem dies admittentur, admodum executio & lis protederetur. Ratio enim finalis nostræ. l. in suprascripta decisione est, ne malitiose executio differatur, vt ex ipsa met. l. constat, præcipue in princip. l. ibi, *Por excusar malicias de los deudores que allegan contra los acreedores excepciones y razones no verdaderas, por alongar las pagas por no pagar lo q verdaderamente deuen, &c.*

& ibi. *sin alongamiento de malicia.* Hæc autem ratio cessat in petitione iuramenti de calumnia, etiam elapsis præd. decem diebus quia ex absolutione ipsius fieda per actorem, cum statim absque vlla dilatione fieri possit & per eam veritas apparere possit, non differtur executio nec malitia datur in reo, id petente: quinimo in actore, id contradicente maxima oriretur calumniæ præsumptio, si nollet iurare cum posset: vnde cessante ratione. l. cessare debet, & ipsius dispositio, per iura vulgaria, quæ optima & noua consideratio est, per quam nostra sententia tenenda probatur, seclusa etiam dict. l. regia. Non obstat & secundum fundamentum contrariæ partis, quod probatio per confessionem partis dicatur vera probatio, imo etiam si dicatur maioris potentia, vt dicebat Auend. vbi supra.

5 Quoniam præterquam quod in contrarium est magis communis opinio de iure cõi, nempe, quod probatio per confessionem partis non dicatur proprie probatio, secund. Menchac. & Didac. Perez, vbi supra, etiam si vera esset contraria opinio, nempe, quod sit vera probatio, hoc sit diuersum à nostra quæstione: quoniam differunt in nostro proposito alio respectu probatio per testes, & probatio per confessionem partis, illa etenim differt multum viam executiuam, quod. l. nostra abhorret: hæc vero nihil: sicque merito in nostro casu fieri poterit probatio per



confessionem partis lapsis dictis decem diebus, testibus vero non.

- 6 **R**estat, ut dicamus: an idem sit in reo ad iustitiam actoris, ut compellatur iurare de calumnia & decisorie tractatis dictis decem diebus ad fundandam intentionem eiusdem actoris, sicut compelleretur intra dict. decem dies & meo iudicio idem hoc casu, & a fortiori tenendum est, quod in precedenti per omnia supradicta, cum hæc iuramenta petantur ad eruendam veritatem, quam semper iudices scire atque detegere summa ope niti debent: tum præterea: quia si hoc in fauorem rei conceditur, ut lapsis præd. decem diebus præd. iuramenta exposcere possit ab actore, ut prædiximus idem optimo iure dicendum est è cõuerso in fauorem actoris ratione correlationis: tum etiam quia ratio finalis supradictæ nostræ. l. est, ne exactio debitorum plus debito differatur & sic in fauorem creditorum; ut resolui supra in quæstione precedenti poterunt ergo ipsi suo fauori renuntiare, & sic post decem dies a reo exigere iuramentum de calumnia & decisorium, præmaxime cū eadem ratione possit aliud terminum petere ad probandum etiam testibus, ut supra etiam dict. quæstione precedenti conclusimus, quo fit, ut hæc opinio apud me indubia sit. Nunc vero sententia principalis supradict. in d. Regia probata limitanda erit duobus modis verisimilibus secund. Roder. Suar. vbi supra, primo; nisi actor haberet iustam causam recusandi iuramentum; puta quia sit hæres, vel alias non bene informatus de veritate, vel aliam iustam causam habens de quibus per doct. in d. l. manifesta. ff. de iur. iur. quia cum de eo nõ habeat plenam notitiam non compellitur iurare, ut in l. Marcellus. ff. rerum amot. & hæc limitatio comprehendit etiam reum.

- 8 **S**ecunda limitatio est, ut intelligatur supradict. sententia quandoque est præsens actor petens executionem, cui defertur iuramentum, vel à quo exigitur de calumnia, ita quod statim potest iurare & respondere: quia si esset absens ita quod causa dilationem pateretur, non esset tunc eius iuramentum expectandum, cum hæc. l. solum assignet ter-

minum decem dierum ad probandum contra instrumentum, ut impediatur executio; si ergo illi sunt elapsi, non est dādus alius terminus per quem differatur executio atque debiti exactio cõtra huius. l. dispositionem, quam etiam limitationem existimo verissimam & tenendam, & eam vidi sæpè practitari, quanuis soleat protestari reus quod donec actor non iurauerit sibi terminus minime currat, hæc tamen protestatio, & si non noceat, nihil tamen valet cum sit cõtra nostram. l. regiam eiusque finalem rationem, ut supra est dictum.

¶ Finis. 117. Quæstionis.

### SVMMARIVM.

- 1 **L**ege. 64. Tauri, an procedat etiam contra tertium oppositorẽ de cuius iure constat? & num. sequent. resoluitur negative.
- 2 **C**ausa commissa, appellatione remota, non prohibetur tertius appellare pro eo, quod sua interesse putauerit.

### L. 64. Tau. hodie. l. tit.

21. lib. 4. Nou. Coll. Reg.

### QVÆSTIO. CXVIII.

**V**ero an l. 64. Taur. quæ hodie est. l. 3. titu. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ, ibi: *Que el remate se haga como la dicha ley lo dispone, sin embargo de qualquier appellacion que de ello se interpusiere.* Quod disponit etiam. l. 19. huius tit. in finalibus verbis procedat etiam contra tertium oppositorem de cuius iure constat, ut non obstate sua appellatione sententia de remate exequatur? quod videtur ex verbis supra relatis nostræ. l. quæ admodum generalia sunt, ibi: *Sin embargo de qualquier appellacion que de ello se interpusiere.* Nam licet



licet in princip. lex loquatur cum debitoribus postea vero in verbis non semel relatis, quocumque alios comprehendere videtur.

Sed nihilominus contrarium est tenendum per text. in c. super eo. de offi. deleg. ibi; quia non illis sed partibus, &c. Vbi probatur quod clausula, appellatione remota, intelligitur tantum inter partes litigantes, secus vero respectu tertij oppositoris se pro suo interesse, quia ipse poterit appellare, suaque appellatione suspendit effectum sententiæ; & ita tenet glo. ibi per illum text. verb. Tenebit. vbi limitat quando appareret malitiose appellari, tunc enim præstita cautione exequatur, sicut alias videmus in restitutione in integrum, ut in cap. suscitata. de in integr. restitutione min. tradit bene Lancelotus de attentatis. 2. p. c. 17. de attent. nullit. pendent. n. 123. cum sequent. vbi quod exequatur nõ debet retardare executionem quando videt exceptionem per malitiam opponi, & causa differendæ executionis, & idem in appellatione, restitutio ne in integrum, & qualibet alia legitima, alias exceptione calumniöse tamen opposita, ut non sit admittenda. Ex quo text. dict. c. super eo. Bart. in l. 1. §. interdum. ff. à quib. appell. nõ lic. dixit quod si imperator committat causam, appellatione remota, non prohibetur tertius appellare pro eo, quod sua interesse probauerit. idem etiam ex eodem text. notat ibidem Cardin. Abb. Anton. Andr. Sicul. & Philip. Dec. n. 5. vbi ex hoc dicunt statutum simile nostræ. l. esse intelligendum, quoad ipsos litigantes, non vero, quoad tertium volentem appellare pro suo interesse, & in proprijs terminis nostræ. l. tenet doct. Castell. in dict. l. 64. Taur. n. 96. licet præd. non alleget, sed ea adducens eandem sententiam ipse probauit in repet. l. nemo potest. n. 388. & tribus sequent. ff. de legat. 1. non obstant verba generalia nostræ. l. regiæ quoniam ipsa intelligi & restringi debent iuxta præcedentia verba eiusdem. l. nepe, respectu debitorum tantum in quibus loquitur, non vero respectu tertij, de quo. l. nec mentione fecit, præmaximè cū hæc interpretatio sit iuridica & iuxta dispositionem iuris communis cuius correctio in dubio est vitanda, ut in l. præscimus.

cum similib. C. de appellat. vidimus tamen quod iudices non obstante appellatione tertij oppositoris data per creditore, *La fiança de la ley de Toledo mandan executar la sententia.* Quod aut faciunt quia plerumque isti tertij oppositores se opponunt malitiose. quod bene considerauit Auendan. 1. part. cap. 16. nu. 6. verfi. quod limita. nisi iudex suspicetur, &c. vel faciunt quia per oppositionem natura causæ nõ mutatur. l. is à quo. ff. de rei vind. Couar. pract. quæst. c. 14. n. 4. & in terminis tradit Castrenf. confi. 39. lib. 1.

¶ Finis. 118. Quæstionis.

### SVMMARIVM.

- 1 **S**ententia in causis executiuis lata in fauorem rei exequatur contra actorem, appellatione remota.
- 2 **S**tylus sacri Concilij Neapol. refertur.

### Eadem l. 64. Tauri.

### QVÆSTIO. CXIX.



**V**ero circa eandem. l. 64. Tauri: an sicut sententia de remate exequi debet nõ obstante appellatione debitoris præstita satisfactione iuxta hæc. l. idem sit dicendum; quando sententia in causis executiuis lata est in fauorem debitoris contra creditorem, & ipse creditor cõdemnatur in expensis, an respectu expensarum & reliquorum in fauorem debitoris exequenda sit statim sententia, non obstante appellatione creditoris præstita satisfactione per debitorem, de qua in hac. l. & videtur quod non, cū hæc sit lex noua. & videatur odiosa quia tollit beneficium appellationis, saltem quo ad effectum suspensionis; ergo extrauuum calum, quo tantum loquitur, hoc est, contra debitorum in fauorem creditorum in vijs executiuis trahenda non est.

Sed contrarium est tenendum, argumento text.

text. optimi. in. c. 2. de mut. petit. vbi inquit text. sanè consulisti nos, vtrum cum causa appellatione remota committitur & reus coram eodem iudice actorem reconuenerit & actor super reconuentione appellationis obstaculum interponat, an sit huiusmodi appellationi deferendū? nos vero ita sentimus, quod cum actoris & rei eadem sit conditio: & vno eodemque iure circa appellationis remediū debeat vterq; censerī, sicut desiderat actor, vt sibi iuxta mādatoris rescriptum iustitia fiat appellatione remota: eodem modo reconuentioni debet in sua iustitia respondere. Ecce igitur ibi text. expressum, vbi etiā si respectu actoris tantū apponatur clausula appellatione remota, eadem locum habet respectu rei: ergo ita & eodem modo, quinimo & à fortiori, idem dicendum erit in nostro casu in quo non agimus de reconuentione (sicut in casu. d. c. 2. in quo maius dubium erat, quandoquidem est alia causa in eaq; censetur prorogata iurisdictio iudicis & nihilominus respectu rei, & in ipsius fauorem intelligitur & locum habet eadem clausula ratione supradicta, de qua ibi in textu) sed de eademmet causa executiua, vbi prohibetur per. l. nostrā appellatio ad sententiā de remate, vt si sententiā in fauorem rei proferatur, qua annulletur reuoceturq; executio & tollatur sequestrū bonorū rei, eaq; ipsi libere & sine expēsis restitui iubeantur æquē bona sicut erāt tēpore executionis facta, vel reus liberetur à petitis & actor in expēsis condēnetur, sententiā hęc vel similis exequatur in fauorem rei, non obstante appellatione actoris, prestata tñ prius à reo satisfactione de soluendo debito & reddendo præd. expensas si sententiā fuerit reuocata, cum vno eodemque iure circa appellationis remediū debeant actor & reus censerī, vt in dict. c. 2. conducit etiam. l. fi. C. de fruct. & lit. expens. & ita iam obtinui in praxi, iuxta hanc opinionē per prædicta, quam in terminis tenet Hippolyt. de Marfil. singul. 389. incip. tu scis quod natura.

2 De stylo tamen sacri Consilij Neap. est vt pendente reuisione sententiæ sacri Consilij, super executione non fiat executio pro

expensis condemnati, vt testatur Matth. de Afflict. decis. Neapo. 358. n. 8. quod est diuersum à nostra quæst. sicque nihil derogat his, quæ supra in ea dicta sunt. Non obstat fundamentum pro contraria parte adductum, quia respon. quodd. l. nostra in hoc nō extrahitur à suo casu, sed imo nostrum virtualiter comprehendit ex ratione text. in dict. c. 2. de mut. petit. supra adducta.

### ¶ Finis. 119. Quæstionis.

#### SVMMARIVM.

- 1 **S**ententiā vulgo dicta de remate, an non obstante appellatione exequenda sit necue, quando est euidenter iniusta, idque constat ex actis? & num. sequentib. resoluitur negative precipue num. 5.
- 2 Praxis in causis executiuis est, vt reus in causa appellationis non audiatur nisi prius constet iam soluisse.
- 3 Appellari potest in possessorio quando sententiā est euidenter iniusta.
- 4 Appellationis remotio nō impedit appellationem, vbi manifeste quis grauatur.
- 6 In omnibus casibus in quibus appellatio non recipitur, admittitur tamen recursus ad superiorem.

### Ead. l. 64. Taur.

#### QVÆSTIO. CXX.



Vero vltius circa eandem l. quatenus remouet appellationem à sententiā de remate, in hunc sensum, vt minimè impediatur executio dictæ sententiæ, procedat etiam si grauamen sit notorium, vt quia sententiā est euidenter iniusta, idq; constat ex actis? & procedere adhuc in hoc casu ipsamet insinuat in illis verbis,

his. *Sin embargo de qualquier appellacion que de ello se interpretare*, Remouere igitur videtur quamcumq; appellationem, etiam à grauamine notorio & euidenti, cuius. l. praxis hęc est; vt in gradu appellationis reus appellans minimè audiatur, nisi prius constet iam soluisse, vt testatur doct. Auend. lib. i. c. 6. præf. n. 4. fol. 69. col. 3. & Monterros. in sua præf. 3. tract. fol. 38. col. 2.

- Nihilominus tamen contrarium verius existimo & sic practicatur, vt hęc lex in supra dictis verbis, non censetur excludere appellationem à grauamine & iniustitia notoria, quæ ex inspectione actorum appareat: pro quo facit Doct. Bald. in. l. vnic. num. 4. C. si de moment. possess. fuer. appell. vbi tenet, quod licet in possessorio sit prohibita à iure appellatio, nihilominus tamen poterit appellari si sententiā sit euidenter iniusta, quem refert & sequitur Roderic. Suarez, in. l. post rem iudicatam. in declarat. l. reg. versic. sed pro euidentia. in fine. num. 51. ff. de re iudic. Secundo facit glos. in cap. ex conuentione. verbo, post appellationem de restit. spoliat. quæ tenet, quod remotio appellationis in literis inhibita, non impedit appellationem, vbi manifeste quis grauatur, vt in. c. vt debitus de appel. & ideo omnia reuocantur, quæ post appellationem legitimā facta sunt. quam glo. sequitur alios referens Roland. à Valle. consil. 29. nu. 37. libr. i. vbi loquitur in terminis statuti vetantis appellationem sicut. l. nostra eam vetat.
- 5 Quod tamen intelligo verum quando præd. notoria iniustitia, vel grauamen constat exactis, alias secus si vellet, scilicet, probare prius quam solueret: sicut in nullitate opposita post. 60. dies in terminis. l. 2. tit. 17. lib. 4. Nouæ Col. Reg. supra resoluti quæst. 95. nu. 5. & sequent.

Ex quo etiam inferitur quod eadem nostra l. in fine, ibi, *O de qualquier nullidad que contra la dicha execucion y remate se allegue*, Non comprehendat, nec excludat nullitatem notoriā ex actis processus euidenter apparentē, vel ex defectu iurisdictionis, quod aperte

conuincitur ex deductis dict. q. 95. nu. 7. & sequent. & præterea tenet cū alijs Roland. à Valle. dict. consil. 29. nu. 39. & sequent. lib. i. vbi exemplum fingit in nullitate, quæ descendit ex defectu citationis non factæ, vel nulliter factæ: quia hęc nullitas nō censetur reiecta ab statuto, quanuis generaliter tollat nullitatem, quia per statutū huiusmodi, huic nullitati derogari non potest, quia esset tollere defensionē, quæ est de iure naturali, quod prius tenuit Felin. cum alijs, quos refert in. c. qualiter & quando, el. 2. §. licet autem. nu. 15. de accusat. idem tenens in nullitate surgente ex altero defectu proueniente à iure naturali: & expressius eandem sententiā tenet idem Roland. à Valle. dict. consil. 29. n. 43. & sequent. vbi. 2. limitat, dictū statutū locum sibi non habere, quando notoriè constaret de nullitate resultante ex inspectione actorum, secundum Ancarr. consil. 201. col. fi. Alexandrum & alios, quos ibi refert, vbi dicunt, quod licet contra executionem sententiæ non obstat exceptio nullitatis quando tres sententiæ conformes latæ fuerunt, vt in Clem. i. de re iudic. fallit tamen si ex inspectione actorum constat de nullitate quia hęc non intelligitur reiecta: ergo ita in proposito dicendum est, vt quanuis hęc nostra. l. reijciat quamcumque nullitatem, adhuc tamē euidentem notoriamque resultantem ex processu, vel ex defectu citationis, vel alterius defectus iuris naturalis procedentem, non censetur exclusisse per supradicta. Nec obstant verba generalia nostræ. l. regia. ibi, *Sin embargo de qualquier appellacion, o de qualquier nullidad*. Nam adhuc de supradictis appellationibus, nec nullitatibus de quibus est nostra quæstio intelliguntur, sed de alijs quibuscūque ex actis euidenter non constatibus, cum eas de quibus agimus expressè non reijciat, & sic intelligi debeat nostra. l. iuxta iuris dispositionem.

6 Notandum tamen est quod in omnibus casibus in quibus appellatio non recipitur, admittitur tantē recursus ad superiorem, iuxta communem sententiā traditam per Menochi. de arbit. iudic. lib. i. quæst. 70. n. 24. Sed

Sed in causis executiuis, vt prædixi iure nostro non admittitur appellans, nisi constet soluisse.

¶ Finis. 120. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 **C**autio recognita à teste, qui mādato partis eam subscripsisse dicit atque recognoscit, negata tamen à parte an habeat executionē paratam? & n. sequent. quod non.
- 2 **I**nstrumentum priuatum confectum tribus testibus, licet habeat vim instrumenti publici, non tamen potest exequi nisi à parte recognoscatur.
- 3 **C**autio priuata recognita à parte attenda l. partita poterat exequi, secund. Greg. Lopez, etiam si non fuisset facta noua l. de Madrid, super hoc: nos tamen contra. n. 4.
- 5 **C**autio priuata à parte recognita facit plenam fidem.

L. 5. titu. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. CXXI.



Vero circa l. 5. titu. 21. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ, ibi, *Los conosciientos reconoscidos por las partes, &c.*

- 1 Quatenus lex ista cautionibus à partibus recognitis tribuit paratā executionem, an procedat quotiescumq; pars nesciens scribere rogat vnum testem, vt prof. & tanquam testis subscribat, si ipse testis subscribens recognoscat se subscriptionem illam fecisse mandato debitoris, an hoc sufficiat, vt huiusmodi cautio exequi possit? & quod sufficiat probari videtur, ex eo quod cum quis scribit mandato alterius perinde

habetur ac si ipse debitor mandans scripsisset l. Diuus Claudius. §. item, ibi videri enim ipsius domini manu scripta, cuius voluntate, ea scripta sunt. ff. ad l. Cornel. de fals. l. si ego. §. dotis. ff. de iur. dot. ergo si scribens recognoscat, haberi debet perinde ac si ipse mandans recognouisset.

Sed nihilominus contrariū est tenendum sine vlllo dubio, imo qd hoc casu recognitio subscribentis non sufficiat nisi ab eo, cuius mandato fuit subscripta recognoscatur. Primo, quia scripta priuata scripta vel subscripta manu alterius de mandato alicuius dicitur esse mandantis & non scribentis vel subscribentis, vt notatur in dict. l. Diuus. §. senatus. recognosci igitur debet ad hoc vt exequi possit à mandante, cuius est scriptura, non vero sufficiat recognitio mandatarij. Secundo, quia recognitio subscribentis est dictū vnus solus, quod non probat.

- 2 **Q**uoniam licet instrumentū priuatum confectū tribus testibus habeat vim instrumenti publici, vt in l. scripturas. C. qui pot. in pignor. hab. & in l. 31. tit. 13. part. 5. hoc tamen verum est, vt fidem faciat, vt in l. 114. in vers. *Esso mismo dezimos de la carta que no fue fecha por mano de escriuano publico.* Et l. 119. tit. 18. part. 3. non tamen, vt possit exequi nisi à parte recognoscatur, etiam si testes recognoscant suas subscriptiones, sed via ordinaria agendum est, vt constare videtur ex eisdē legibus, quæ ita sunt intelligendæ: quia illo iure Partitarum attributa, non erat contractibus etiam publicis virtus executiua, sed nouiori regio, vt infra dicā. Tertio, hæc eadem sententia probatur per nostram. l. ibi, *Los conosciientos reconoscidos por las partes*, Nam subscribens mandato debitoris non est pars, sed testis.

- 3 **Q**uarto, per. d. l. 119. tit. 18. part. 3. ibi, *Si la parte contra quien adducen tal carta como esta, la otorgare, deue valer bien an si como si fuesse fecha por mano de escriuano publico*, Quæ lex loquitur in cautione, nō tantū à debitore scripta, sed etiam ab alio, debitoris mandato, qui est noster casus & notat ibi Greg.

ibi, Greg. l. op. in verb. Fuisse fecha, quod & si non fuisset facta noua lex in Curijs de Madrid (loquitur de nostra. l.) ex cautione priuata à parte recognita poterit peti executio ac si esset publicū instrumentū, & sic qd dict. l. nostra noua fuit veteris iuris declaratoria.

- 4 Sed meo iudicio verius existimauit in proposito Ioan. Orosc. in l. emptor. §. Lucius. n. 14. ff. de pact. hoc noui inducere nostram. l. viam, scilicet, executio, quæ illo iure partitarum attributa non erat contractibus publicis, sed iure nouiori regio: quod tenuit prius Couar. lib. 2. Var. c. 11. nu. 4. & nouissime sequitur & probat Oroscio non ralato doct. Suarez de Paz, in sua praxi. c. 1. 4. p. 1. Tom. n. 22. vnde. d. l. partita in verbis supra relatis, intelligi debet respectū fidei, vt illa faciat cautio priuata à parte recognita, quæ faceret instrumentū publicum, prout etiam iure communi, qd cautio priuata à parte recognita faciat plenam fidem, tenuit Bar. in l. admonendi. nu. 26. et primo, & ibi doct. ff. de iur. iur. & voluit Couar. lib. 2. Varia. resol. e. 11. n. 4. & Olan. in sua Cōcord. iur. litera. C. n. 10. quæuis contrarium, imo quod de iure communi scheda recognita à parte in iudicio habeat executionē paratam (sicut hodie iure regio per nostrā h. c. l. eam habet) velit Cassaneus post Matth. de Afflic. in consuetud. Burg. Rubr. 10. §. 12. prout refert Auend. 2. part. c. 30. præ. nu. 14. col. fin.

Et in terminis nostræ quæstionis hanc secundam partem principalem tenet Imol. consil. 91. & eum referens idem voluit Hippolytus de Marfil. in repet. Rubr. C. de probat. n. 288. dicens esse notandum & Rebuff. in. 1. Tom. Cōment. in constitutiones regias Gallicas, in Tract. de Chirograph. & Schedul. recogn. in præfatione. n. 57. & alios allegans nouissime doct. Burg. de Pace. Iunior. q. 4. n. 21. & ante eum doct. Auend. dict. c. 30. præ. n. 4. ad finē, in vers. Sexto requiritur. in 2. part. & Celsus in suo repertorio legū huius regni, in verb. Cartas. vers. si. & doct. Suarez, de Paz, vbi supra. n. 29. & 30. vbi resoluit, tūc via ordinaria agendū esse quando pars cuius mandato asseritur subscripta esse cautionem priuatam eam non recognoscit, & ad proba-

tionem intentionis producendam esse talem scripturā, quæ fidem facit, vt in l. 114. & 118. tit. 18. part. 3. & ita concludit dictū fuisse Mathæus de Afflic. Hecsi Neapol. 181. hoc tamē debet intelligi si testibus, qui viderint illa scribere, probetur mandato debitoris fuisse scriptam & subscriptam, alias fecus, vt in dict. l. 114. in vers. E au dezimos. & in dict. decisi. 181. & ita est intelligendus dictus Moder nus nē te fallat.

Non obstat vnicū fundamentum contrariæ partis supra dictū, quoniam respondetur, verum quidē esse, cum quis scribit mandato alterius illē esse, ac si ipse mandans scripsisset ad hoc, vt sibi præiudicetur, constare tamē debet legitime quod ipse nec mandauerit aut per recognitionē mandantis ad viam executiuam, vel per sufficientem numerum testium ad viam ordinariam.

¶ Finis. 121. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 **C**autio priuata habita à iudice pro re cognita ob contumaciam debitoris nolentis comparere ad eā recognoscendam personaliter citatus an possit ac debeat exequi necnē resoluitur affirmatiue.
- 2 **D**ebitor personaliter est citandus ad hanc recognitionem faciendam, nisi fraude dolo hanc effugiat citationem.
- 3 **L**ex vel statutum siue consuetudo loquens in casu vero, procedit aliquando in casu ficto.

Eadem. l. 5.

QVÆSTIO. CXXII.



Vero secundo, circa eandem l. an cautio priuata habita à iudice pro re cognita ob contumaciā debitoris nolentis comparere ad eam recognoscendam, qui personaliter fuit ad id citatus possit ac debeat



ac debeat exequi virtute nostra. l. & non habere paratam exequutionem. Videtur primo, quia nostra. l. nouum hoc remedium exequutionis paratæ tribuens cautionibus priuatis, ita demum id concessit, dummodo à partibus sint recognita, vt ex eius littera aperte constat: deficiente ergo qualitate & fundamento. l. requisitis legis ipsius dispositio locum non habet. argumeto. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. cum simil. aliud enim est, quem esse talē, vel haberi pro tali, vt in. l. precibus. C. de impub. & alijs. Secundo quia lex loquens in recognitione debet intelligi de verā & non ficta. argumeto. l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. consuetudo enim vel statutum loquens in casu vero, non habet locum in casu ficto, vt in. d. §. hæc verba. & in. l. i. ff. ad. l. Falcid.

Debet igitur quādo quis habetur pro confesso ob suam contumaciam in non comparando pro tali condemnari, & ab ea sententia qua is condēnatur pro confesso potest appellare, & in causa appellationis probare contrariū, vt diximus supra super. l. i. tit. 4. lib. 4. huius Nouæ Collect. quæst. 50. nu. 1. non vero habet locum in hoc casu via exequutiua & ita in terminis tenet ac. probat nouissime doct. Paz. in sua praxi. c. 1. 4. part. 1. Tom. nu. 25. vbi in fine. dict. nu. 25. inquit, quod iuxta hanc suam opinionem superiores solent exequutionem ex tali confessione ficta factam à iudicibus inferioribus annullare & irritare.

Sed his non obstantibus contrarium est verius & tenedū in iudicādo & cōsulendo, idq; cōiter practicari, quia tantum operari debet fictio in casu ficto, quātum veritas in casu vero, vt in. l. si filiusfam. ff. si cert. petat. sed per veram recognitionē habet locum exequutio, vt in nostra. l. ergo & per fictā, alias enim melioris conditionis esset contumax quam comparens, quod esse non debet, vt inquit. l. 1. titu. de los assentamientos hoc lib. 4. nunquamque citatus ad recognoscendum propriam schedulam compareret, si in contumacia habita pro re cognita exequutionem nō mereretur, vt excludatur via exequutiua, sicque fraudaretur semper decisio nostra. l. atq; ea sine effectu remaneret, & in terminis

hanc nostram sententiā tenuit ac probauit Rebuff. in Tract. de Chirograph. & schedul. recogn. in præfatione. nu. 26. & latius. n. 98. vbi quod hoc seruat practica. idem artic. i. n. 40. & quauis sub dubio idem refert doct. Couar. lib. 2. Var. c. 11. nu. 4. sequitur Auend. 2. par. c. 30. præ. n. 4. Didac. Perez. in. l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordia. col. 1090. vers. quid obsecro: Secundum quos reus ad recognitionē istā faciendā est personaliter citandus, nisi fraude & dolo, eā effugeret citationē, quo casu habetur pro citato personaliter, citatus ad domū.

Non obstant modo allegata pro contraria parte, quia eis satisfacit Rebuff. vbi supra. d. nu. 98. nepe q̄ quāuis lex nostra loquatur in cautionibus recognitis à partibus, idē tamen est in habitis pro recognitis à iudice, in contumacia debitoris non comparētis, cum per eū stet, quo minus recognoscantur, sicq; ipse sit in causa, vt deficiat recognitio, quare sibi imputandum est, præterea quāuis non sit idem, quem esse talē, vel haberi pro tali, quantum ad essentiā, tamē quantum ad effectum idem operatur vnum, quod aliud, præcipuum ob contumaciam ipsius debitoris non fiat recognitio. Item lex vel statutum siue consuetudo loquens in casu vero procedit aliquādo in casu ficto, vt est tex. in. l. 1. §. 1. ff. ad. l. Falc. & ibi plene per Alex. & hoc quando æquiparatur per viam regulæ, vt in. c. cū dilectus. & in. c. ad audientiam, de cleric. nō resid. vel quando habent eandem rationem, seu eundem effectum producunt, secundum Alexan. consil. 178. incip. in occurrenti col. vlt. volu. 2. Sed in proposito, eadē & fortior ratio militat in casu ficto, vt supra est probatum, ergo in eo lex nostra locum quoq; sibi vendicat. Non obstat tertiu & vltimum fundamentum contrarię partis, quoniam id loquitur, & procedit quando contumaciā intercedit in non respondendo libello actionis & viæ ordinarię: nos vero agimus quando præd. contumaciā est in non comparando ad recognitionem faciendam, quod est præambulum præparatorium atque præludium viæ exequutiue sicque sunt diuersa.

¶ Finis. 122. Quæstionis.

SVM-

SUMMARIUM.

**A**utoritas curatoris, an requiratur ad recognitionem adulti cautionis priuatæ faciendam ad hoc, vt exequi possit? quod non.

Eadem. l. 5.

QUESTIO. CXXIII.

**V**ero tertio, an sufficiat q̄ ista recognitio fiat ab adulto curatore habente absque ipsius autoritate, vel an earequiratur ad hoc, vt cautio recognita exequi possit? & q̄ prædict. recognitio absq; autoritate curatoris facta exequi non possit, nec sufficiat ad hoc, videtur planum. Primo argum. tex. in. l. si curatorem habens. C. de in integr. restit. in. l. 4. & 5. tit. 11. p. 5. vbi probatur, quod adultus curatorem habens non potest contrahere absq; ipsius licentia & autoritate, ergo nec recognoscere cautionem siuē schedulam à se subscriptam in fauorem alterius, cū ex eo obligetur, vel saltem paretur, cōtra ipsum via exequutiua. Secundo, quia minor. 25. annis non habet legitimam personam comparandi, nec standi in iudicio absq; sui curatoris autoritate, alias si compareat absq; ea, processus erit nullus, vt in. d. clarum. C. de auth. præstand. cui consonat. l. 11. tit. 2. part. 3.

Sed his non obstantibus, contrarium probat Auend. 2. p. cap. 30. præ. n. 5. idem respō. 10. 4. num. 7. cuius opinio probari potest ex text. in. l. certum. §. in pupillo. ff. de confess. vbi confessio adulti sine curatore valet merito iure, licet aduersus eam possit restitui in integrum, quæ restitutio aduersus prædict. recognitionem à se factam habere locum non videtur, cum proprie ob eam non obligetur de nouo, sed veterem obligationem bona fide agnoscat, quare si in ipsa obligatione læsus fuerit, aduersus eam, quauis autoritate curatoris contractam, bene poterit in integrum restitui, restitutioq; opponi poterit aduersus exequutionem, vt resoluimus

q. 133. etiam eo casu, quo exequutio peteretur virtute instrumenti guarentigij, itaq; hoc casu nō aduersus recognitionem, sed contra obligationē restitutio postulabitur. Nō obstant adducta in cōtrarium, quoniam ipsa procedunt quantum ad actus, qui ordinantur ad sententiam & quātum ad ipsam sententiā (& sic quādo adultus cōparet, vel aliquid facit in cōtradietorio iudicio) non vero quātum ad alios actus, vt in. d. §. in pupillo. vbi Paul. Castrensis ita eleganter declarat, recognoscere autem cautionem à se factam, nō pertinet ad actus cōtradietorij iudicij, sed tantum est preparatio, ad ipsum iudiciū sum marium & exequutiū inchoandum, postquæ autem fuerit inchoatū, volens in eo cōparere adultus prouideri debet prius curatore ad litem, & ita procedunt iura superius in cōtrarium allegata.

¶ Finis. 123. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 **I**nstrumentum priuatum recognitum à parte, an exequi possit quādo ex ipso constat debitum iam esse præscriptum? & nu. sequent. deciditur negatiue.
- 2 **S**ubscribens se videtur recognoscere ac fieri vera esse contenta in instrumento.
- 3 **R**ecognoscens suam subscriptionem, negat tamen debitum, patitur exequutionem saluis suis defensionibus.
- 4 **S**criptura non solēnis, quia in ea non interuenit dies nec subscriptio, recognita tamen est maior quolibet instrumento etiā publico.
- 5 **I**udex seclusa l. regia & consuetudine ad instātiā partis potest interrogare debitore, an scripserit, vel subscripserit schedulam, debitor q̄ tenetur respondere huic interrogationi.
- 6 **A**ppellari non potest à mandato facto parti, vt respondeat an scripserit schedulam, vel alius suo mandato.

P 7 Appel-

- 7 *Appellatio locum non habet à mandato de exequendo.*
- 8 *Exequutio locum habet pro debito præscripto, si pars fateatur se id debere, ex vi confessionis.*
- 9 *Idem operatur confessio, quod publicum instrumentum factum in contractibus.*

Eadem. l. 5.

QVÆSTIO. CXXIII.

**Q**UÆRO quarto, an instrumentum priuatum recognitum à parte exequi debeat ac possit, quando ex ipso constat debitum esse iam præscriptum, & sic an hoc casu procedat etiam nostra lex? & partem affirmatiuam veram videri facit generalitas nostra. l. quæ indistinctè hoc ius summarie executionis tribuit omnibus cautionibus recognitis: igitur & in nostro casu loqui videtur: exequetur igitur & hoc instrumentum, & in oppositione debitor allegabit præscriptionem debiti.

2 Secundo, quia subscribens se videtur recognoscere atq; fateri vera esse contenta in instrumento, vt in l. Caius. ff. de pignorat. act. & in l. fideiussor. §. 1. ff. de pign. Alexan. consil. 147. volu. 2. & consil. 91. volum. 4. ergo idem erit si recognoscat suam subscriptionem, cum iterum in recognitione subscribat. Imo si quis recognosceret suam subscriptionem tantum, vel scripturam licet negaret debitum haberet locum exequutio saluis suis defensionibus, vt probat Rebuff. in Tract. de chirograph. & schedul. recognit. in præfatione. n. 50. Tertio, quia sic etiam videmus, quod licet instrumentum siue schedula sit non sufficiens ad probandum, partim tamen confessio rata manet, etiam si confessio non fiat absolute, sed per relationem ad instrumentum, nam veritas ita est in instrumento sicut in confessione, solennitas vero est in confessione, licet non in instrumento. ergo valet confessio, argum. l. 1. §. debitum. ff. de constit. pec. vt tenet Bald. in l. alia. versic. sed pone. col. 2. num. 3. C. de his, quibus vt

indig. quem refert & sequitur ad terminos simili dispositionis nostræ. l. adducens Rebuff. vbi supra. nu. 48. vbi, & quod scriptura sic recognita, nempe non solennis, quia in eam non interuenerat dies nec subscriptio est maior quolibet instrumento etiam publico, & quibuscunq; testium depositionibus, secund. Bald. quem refert consil. 192. proponitur. col. 3. versic. sed superest. num. 8. vol. 2.

Sed nihilominus in quæstione proposita contrarium est tenendum: imò quod vbi cunque constat debitum esse legitime præscriptum, idque opponitur cum bona fide, recognitio instrumenti priuati non habeat paratam executionem: quia, qui non potest conueniri non sibi præiudicat recognoscendo, iuxta doctrinam singularem. Bald. in cap. statum. nu. 12. de officio delegat. sed cum debitum est præscriptum, conueniri quis ad id iure minime potest, vt in toto tit. C. & ff. de præscript. ergo si recognoscat sibi non præiudicat. Secundo, quia etiam seclusa hac l. regia, & consuetudine, iudex ad instantiam partis posset interrogare debitorem: an scripserit vel subscripserit dictam schedulam, cui interrogationi debitor tenetur respondere, secund. Bald. in Authen. contra, qui propriam in fi. C. de non num. pecun. & licet reus compellitur recognoscere vel negare, quantum contrarium probare nitatur Ioann. Yañez, vbi modo eum allegabimus, eò nempe casu, quo debitum sit præscriptum, vt non cogatur reus inuitus iurandum præstare: Sed superiora deo procedunt, quod à mandato vel præcepto parti facto, vt respondeat an scripserit ipse vel alius suo mandato appellari non possit, secund. eundem Bald. consil. 335. incip. à mandato. in. 4. volum. quia reus non grauatur in hoc, cum de facto suo interrogetur, & possit si velit respondere, quem refert & sequitur Marant. de ordin. iudic. 6. part. in Rubric. de appellat. nu. 350. fol. 63. Ferrara, in sua præf. in formal. libell. in. 1. libell. in. versic. Omnium tamen. Petrus Rebuff. vbi supra, in dict. præf. nu. 8. Auedan. 2. parte. capit. 30. prætorum. num. 2. Sicut nec à mandato de exequendo appellatio locum habet communis, secund. Maranta.

ranta, vbi supra, num. 249. de quo ultimo est videndus Roderic. Suarez, in l. post rem iudicatam. in versic. quæro vtrum. fol. 358. ff. de re iudic. cum ergo reus teneatur respondere sub iuramento an fecerit præd. schedulam, vel fieri mandauerit, si negaret verum, esset crimen peruarij & puniretur; secund. Bald. in dict. Authen. qui propriam: ergo recognoscendo veritatem sibi non præiudicabit quando debitum est præscriptum, & in terminis ita tenet & probat Aued. vbi supra, nu. 11. versic. si ergo. & iterum. num. 14. versic. vbi cunque. Ergo sequitur nouissime Ioan. Yañez. Parlador. in suo libello rerum quoti. cap. 1. §. 13. nu. 46. exemplificans in eo, qui recognouit instrumentum: dicens tamen se iam soluisse, quia eidem confessionem nihil nocere putat, & si solutionem non docuerit, quippe cum pro se legis præsumptionem habeat ex lapsu decennij: quamobrem cautè loquutus sum, nempe quando debitum est legitime præscriptum, quia allegatur solutum, & solutio probatur præsumptiue ex præscriptione legitima cum bona fide, aliàs enim cum mala fide præscriptio minimè procederet, attento iure Canonico, in vtroq; foro seruando, vt in cap. fin. de præscript. cum similib.

Non obstant modo adducta pro contraria parte, & primo generalitas nostræ. l. quia debet intelligi, & restringi iuxta iuris dispositionem, nempe quoties debitum est verè debitum, secus verò si non sit verè debitum, vt si est legitime præscriptum: insinuat enim id manifestissime. l. nostra cum loquatur in debitis exigibilibus, quando quidem ad ea exigenda concedit viam executiuam. Non obstat, & secundum: quia respod. quod isto casu videtur debitum recognitum, vt præscriptum, non verò aliàs.

Non obstat & tertium, quia illud intelligitur, quando solennitas, quæ deficit respicit instrumentum, secus si negotium principale, vt puta, si pars confiteatur scripturam priuatam in qua nudo pacto promisit rem sacram, vel aliud prohibitum polliceri, secund. Rebuff. vbi supra, nu. 49. Ergo idem erit in nostro casu quando quidem pars recogno-

scit scripturam in qua debitum iam præscriptum & inexigibile continetur, pro quo conueniri non poterat, sicut nec ex pacto nudo attento iure communi Romanorum. Superiora tamen omnia intelligenda sunt præterquam si pars ipsa, hoc est debitor, etiam si tempus sufficiens ad præscribendum transactum sit, fateatur se debere debitum, tunc enim ex vi confessionis pro iudicato habetur. eritque ex ea locus executioni, iuxta. l. vnicà. C. de confess. iuncta. l. à Diuo Pio. §. 1. & sequentib. ff. de re iudic. & in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi ad condemnandum, vt in l. proinde. §. ff. ad l. Aquil. & idè operatur confessio, quod publicum instrumentum factum in contractibus, secund. Bald. in l. cum te. C. de transact. quem refert & sequitur. Rebuff. vbi supra, in præfatione. nu. 46. Præterea hæc opinio probatur in nostra libi, *O las confesiones claras, fechas ante juez competente.* Et in terminis ita tenet Auiles. cap. 10. præf. in glo. Execucion. n. 69. doct. Castell. in l. 63. Taur. nu. 25. diximus & nos in Repet. l. nemo potest. n. 488. ff. de legat. 1. & nouissime ita tenet Yañez, vbi supra, nu. 45. qui supra dictos, & nos quoq; refert. Et meam quidè principalis opinio probabilior erit in casu quo, scilicet, sint transacti. 20. anni, nam per. 20. annos præscribitur actio personalis & præscripta ipsamet actione non potest via executiua consistere: cum non entis nullæ sint qualitates, sed in tra. 20. annos crederem temperadam meam esse sententiam: quomodo enim potuit præscribi via executiua, quæ nondum incepit anterecognitionem?

¶ Finis. 124. Quæstionis.

SUMMARIVM.

**R**ecognitio schedule priuatæ facta à parte in iudicio, an præiudicet alijs creditoribus, & à quo tempore incipiat ipsius prælatio? & numeris sequentibus, & num. 3. resolutio ponitur.

- 2 Scriptura priuata, vel redacta in publicam formam vim executiuam habet, ac si à principio fuisset in publicam formam posita.
- 4 Scriptura præcedens priuata à parte recognita in iudicio, quantum appellari possit instrumentum, non tamen per hoc habet hypothecam nec alia privilegia tributa instrumentis guarantigijs.
- 5 Dispositio. l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. non procedit si secundus creditor habens instrumentum publicum confiteatur scripturam priuatam præcedentem, in qua est hypotheca esse manu debitoris scriptam vel subscriptam.
- 6 Dispositio dict. l. scripturas. procedit etiam si tres testes de quibus in ea non subscripserint, si tamen ab eis viua voce cum iuramento cautio recognoscatur ante confectioem instrumenti publici.
- 7 Secus est in prædict. casu si post confectioem instrumenti publici testes priuatum recognouerint.
- 8 Partis recognitio requiritur in casu. d. l. scripturas. C. qui pot. in pign. hab.

## Eadem. l. 5.

## QVÆSTIO. CXXV.

**Q**UARO quinto, an recognitio schedule priuata facta à parte in iudicio, iuxta formam huius. l. præiudicat alijs creditoribus eiusdem debitoris, & à quo tempore incipiat ipsius prælatio? Et videtur quod à tempore datæ ipsius schedule, & sic quod recognitio retrotrahatur ad tempus celebrati contractus, argum. text. in. c. cum quis. de sententia excomm. libr. 6. & regul. rati habitio. de regul. iur. in sexto.

Item argum. hypothecæ conditionalis non potestatiue, quia adueniente conditione retrotrahitur ad tempus contractus, & creditor ex illa præfertur posteriori creditori puro, vt in. l. qui balneum. §. 1. & in. l. potior. §. 1. ff. qui pot. in pign. hab. Tertio, quia scriptura priuata, vel scriptura redacta in publicam formam, vim executiuam habet, ac si à principio fuisset in publicam formam posita. argum. glo. cõiter approbatæ, in. l. fi. verb. de positio. nibus. C. de edict. Diui Adrian. toll. secund. Roderic. Suar. in. l. post rem iudicatam. 2. limit. ad. l. Reg. nu. 2. ff. de reiud. tradit Anto. Gom. in. l. 45. Taur. nu. 135. Angel. vero in. l. fideiussor. versic. in text. Ibi præsentibus. C. de fideiuss. contrarium tenet: imo, quod tantum habeat confessio hæc vires à tempore ipsius recognitionis, quem refert & sequitur Hippolyt. singul. 135. & 1484.

Sed quæstio hæc, ita est resoluenda quod in præiudicium ipsius recognoscentis retrotrahitur confessio hæc, & recognitio ad diem contractus: sed in præiudicium aliorum creditorum ipsius minime retrotrahitur, sed vires assumit à tempore recognitionis: nec enim præiudicabit alijs creditoribus habentibus scripturas publicas cum hypotheca ante recognitionem celebratas: antiquitas enim incipit, à die recognitionis, nisi scriptura priuata trium testium masculorum subscriptione esset adnotata, & propria manu eorum subscripta cum hypotheca alicuius rei: quia tunc quasi publicæ confecta habetur, & ideo à tempore datæ ipsius incipiet prælatio eius, iuxta text. in. l. scripturas. C. qui potior. in pign. hab. & l. 31. tit. 13. part. 5. & præterea in terminis, tenet Carol. Molin. in consuet. Parisiens. §. 5. num. 16. & eum referens doct. Couar. lib. 2. Variarum resolut. cap. 11. num. 4. Didac. Perez, in. l. 4. titulo. 8. lib. 3. Ordinam. col. 1090. versic. Contrariam. in fine. vbi inquit: ita se vidisse ac fecisse praticari in causa ardua: ultra quos eandem resolutionem probauit & sequutus est alios allegans Rebuff. in primo Tomo, in constitutiones regias Gallic. in Tract. de chi rograph. & schedul. recogn. in præfatione. n. 26. & n. 81. & duobus sequentibus, & in arti. 1.

n. 22.

n. 22. & nouissime doct. Sotarez de Paz, in sua praxi. c. 1. 4. p. 1. Tom. n. 31. Alioqui enim esset in potestate debitoris præiudicare tertio contra dict. l. scripturas. & dict. l. regiam. 31. & latius idè Rebuff. arti. 2. n. 4. & sequentibus.

4 Scriptura enim præcedens priuata à parte recognita in iudicio quantum appellari possit instrumentum, non tamen per hoc habet hypothecam, nec alia privilegia tributa instrumentis guarantigijs, vt in. l. repetita. ff. de fid. instrum. Sed solum habet vim executiuam & alia, quæ ratione caloris iudicialis competere possunt, vt dicit Auend. ita intelligens nostram hanc l. regiam. 2. part. c. 30. præto. n. 14. col. fi. Nec obstat quod Rebuff. d. art. 2. n. 4. asseuerat, quod quando quis confitetur chi rographum, ab eo die incipiunt bona debitoris creditori obligata esse, si statim facta citatione confiteatur, quod si neget, eamque probet creditor hypotheca currit à die negationis, & sic à die contestationis per. l. regiam Gallicam, quam ibi interpretatur: nam hoc debet intelligi quando hypotheca ipsa continetur in eadem scriptura priuata, alias secus, & adhuc tunc non nocet alijs creditoribus publicis instrumentum habentibus, vt supra est dictum, & præterea declarat ipsemet Rebuff. paulo post. n. 5. & sequentibus. Si autem scriptura priuata hypothecam minimè habeat, sed tantum obligationem personalem contineat, tunc nec etiam à die recognitionis incipit, nec competit hypotheca, quæ nūquam fuit constituta nec contracta tacite nec expresse, vt supra est dictum: Sed tunc inter hanc obligationem personalem, & ceteras huiusmodi non priuilegiatas seruabitur dispositio. l. 11. tit. 14. part. 5. vbi habetur, vt ille, qui prius reportauerit sententiam pro suo debito personali præferatur in solutione: quod si plures eam reportauerint & bona debitoris non sufficiant omnibus, illi, qui habent sententiam cõcurrent simul & ipsis fiat solutio debitorum pro rata quantitatis debiti vniuscuiusque vsque, ad cõcurrentem quantitatem vel valore bonorum debitoris intelligendo, secund. Gregor. Lop. ibid. in. glo. No han demada.

5 Supradicta tamè recepta resolutio tradita & probata per. d. l. scripturas, & sic eius. l. dispositio limitari debet, præterquam si secun-

6 dus creditor habens instrumentum publicum confiteatur scripturam priuatam præcedentem, in qua est hypotheca, esse manu debitoris scriptam, vel subscriptam: quia dicit. l. scripturas, fundata est in præsumptione, quod scriptura publica cõfiteatur credibilius priuata, quæ præsumptio cessat cum constat de veritate: præcipue per confessionem aduersarij, argum. text. in. l. Diuus. ff. de in integr. restit. ita tenet Bald. singulariter. cõsil. 198. ad intelligetiam. n. 4. volum. 1. quod repetitur. cõsil. 466. volum. 5. sequitur Anchar. cõsil. 28. quos refert & sequitur Rebuff. d. arti. 2. n. 6. doct. Couar. in Pract. quæst. c. 22. n. 5. versic. Poterit tamen. Inquit tamen Rebuff. vbi supra, aduersarium non teneri respondere, habens publicum instrumentum super schedulas. Nam qui agere volunt, probationes habere debent, vt in. l. qui accusare. C. de edend. nec enim habet parare arma cõtra se. l. nimis. C. de testib. ipse vero dubito de hoc vltimo, quinimo verius existimo, quod aduersarius hoc casu teneatur cum iuramento respondere quod sciuerit, nã iudex potest cõpelli parte præcipue ad instantiam alterius iurare pro eruenda veritate, vt in. l. vbi cunq. ff. de in integr. act.

6 Secundo declaratur suprad. resolutio, quæ habet, quod scriptura priuata subscriptor à tribus testibus masculis præferatur instrumento publico posteriori, vt procedat etiam si prædict. tres testes eam non subscripserint, si tamen ab eis viua voce cum iuramento recognoscatur ante confectioem instrumenti publici secund. Bald. vbi supra. nu. 4. & 5. Nec obstat hoc casu dict. l. scripturas, quia ipsa intelligitur in testimonio vocis mortuæ, secus in testimonio vocis viuæ, vt cum Socin. probauit Rebuff. vbi supra, dict. artic. 2. num. 7. sic intelligendus, & expresse probat doct. Couar. vbi supra dicens: quod quoties priuata scriptura ante confectioem instrumenti publici fuerit lecta, recognita, & intellecta per testes in ea scriptos, etiam si subscripti non fuerint admittitur & præfertur contra instrumentum publicum posterius colligens hoc ex Bald. vbi supra, & Bapt. de sancto Seuerin. in repet. l. admonedi. cõclus. 13. & 14. quasi secus sit, si post confectioem instrumenti publi-

P 3 ci testes



citestres priuatu recognouerint id quod verisimū mihi videtur, cum alijs in casu. d. l. scripturas. & d. l. 31. Partitæ, nō solum requiratur q̄ tres testes masculi subscribāt scripturam priuatā, vt præd. l. expressissime probatur, sed & q̄ ipsi proprias subscriptiones recognoscant, quādo hæ negatur iuxta veriorē sententiam. Baldi, Socin. & Anto. de Fano, quos refert & sequitur aduersus Paul. de Cast. Couar. vbi supra. verfi. Tertio necessarium erit, quod & ipse probo. Sed & ipsius partis in casu earūdem legum recognitio requiritur vt idem Couar. quantū dubius refert, vbi supra. verfi. hæc sanē, dicens maturius deliberandū id quod ad executionem ipsius scripturæ priuatæ necessarium putat Auenda. d. c. 30. n. 5. in princ. Sed & alia minuscula circa intellectū. d. l. scripturas, sunt videnda, per Anto. de Fano. in Tract. de pignor. secundo membro. 5. part. princip. 8. q. num. 47. & Ignatium Salcedo in adnotat. ad Bernard. Diaz. de Lug. in Regu. 65. verfi. Primo inferitur.

¶ Finis. 125. Quæstionis.

**S V M M A R I V M.**

**C**onfessio hæc in iudicio facta, confiteor me promississe centū vel quid aliud, sed tamen solui, vel adimpleui, vel factum est mihi pactum de non petendo an sit clara, ita quod statim mereatur executionē necne? & numeris sequentibus. deciditur affirmatiue. n. 2.

- 3 L. 8. tit. 3. part. 3. intellectus. & num. sequentibus.
- 4 Confessio facta precedente libello & ordinario processu, cum desideret post se sententiam non habet executionem paratam, nisi ex sententia transacta in rem iudicatam.
- 5 Confessio facta coram iudice incompetente non meretur executionem.
- 6 Recognitio facta coram iudice incompetente, valet coram competente.

**Eadem. l. 5.**

**Q V Æ S T I O. C X X V I.**

**Q**uæro sexto & vltimo, circa eandem. l. ibi, *O las confesiones claras hechas ante juez competente, trayan a pareja da exequucion.* An confessio hæc in iudicio facta, confiteor me promississe centum, vel quid aliud, sed tamen solui, vel adimpleui, vel factum est mihi pactum de non petendo, sit clara, ita q̄ statim mereatur executionem nec ne? Et videtur quod non, ex. l. 8. tit. 3. p. 3. vbi inquit. l. *Conosca las ve-gadas los demandados, lo que les demandan en juyzio: pero ponen luego defensiones ante si, que han pagado, o fecho aquello que les demandan, o que los demandadores les hizieron pleyto que nunca ge lo demiasen. E por ende dezimos que en tales razones como estas, o en otras semejantes dellas que deue el juzgador dar plazo al demandado, a que prueue la defension que ouiere puesta ante el. E si la prouare, & c.* Per quā

l. hanc partem in terminis nostræ. l. de Madrid, tenet Auiles. cā. 10. præd. in glo. executioni. num. 23. nostram. l. esse intelligendam quando confessio est clara, & sine modo & conditione, seu additamento, quia si reus petita cognoscat, sed solutionem aut pactū de non petendo allegauerit, non debet confessio mandari executioni, sed debet probare exceptionem, iudexq; debet terminum ad probandū cōcedere, quia non probata reus debet condemnari per. l. 8.

Sed meo iudicio cōtrarium est tenendum imo q̄ huiuscemodi cōfessio debeat statim mandari executioni, quia est clara vt nostra l. requirit, cū hoc casu possit actor eam partem cōfessionis, quæ est in suum fauorem acceptare, & eā, quæ est cōtra se repudiare, iuxta resolutionē gl. in. l. si quidē. C. de except. & doctrinā Bart. in. l. Aurelius. §. idēque sit. nu. 3. ff. de liber. legat. quam plures allegans testatur

testatur cōem Boerius. decis. 243. n. 3. qui per totam illam decisionē latissime agit de hac materia. Non obstat. d. l. partitæ in cōtrariū allegata: quia ei respōdeo tribus modis. Primo, quod ibi actor petijt ordinariē, vt cōstat ex verbis ipsius. l. ibi, *Los demandados, & ibi. Lo que les demandan, & ibi, Y si la prouare deue le dar por quitto de la demanda.* Et ita intelligit Greg. Lop. ibi, in glo. 1. quando quidem asserit hodie. 20. dies ad probandas dictas exceptiones ex. l. regia. r. tit. 8. lib. 3. Ordina. quæ loquitur in via ordinaria. hodie est. l. 1. tit. 5. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. Non igitur ibi lex negat viā executiuam nec de ea agit, sed tātum de ordinaria: lex ergo nostra de Madrid & similes disponentes cōfessionem in iudicio factā habere executionem paratā, intelligi debent quādo cōfessio fit ad partis petitionem, nullo dato libello, nec litis cōtestatione & ordinario processu præcedēte, sed solū quādo ad instantiā partis quis est cōfessus clare. Quia si confessio supra dictis præcedētibus fiat, cū desideret post se sententiā nō habebit executionem paratā, nisi ex sententiā transacta in rem iudicatam, vt late deduxit & probauit Roder. Suarez, in. l. post rem iudicatam. in. 2. notabili. n. 6. & in. 3. notabili. nu. 2. ff. de re iudic. sequitur Auiles. vbi supra. num. 27. cum igitur dict. l. Partitæ expressē loquatur in cōfessione facta præcedente libello actionis, hoc est demanda, vt ex ipsa patet merito q̄ in casu ipsius non habeat executionem paratā præd. confessio. Secundo respōd. eidem. l. Partitæ, q̄ post ipsam, fuit cōdita nostra de Madrid, præcipiens cōfessionē clarā in iudicio factā habere paratā executionē. Tertio respōdeo, q̄ licet sic cōfiteat debeat dari terminus ad probandū suam exceptionē, in via executiua, hic terminus datur postquam est facta executio, quādo citatur reus ad vltimā pignorū licitationem, hoc est, para remate, & sic quādo reus se opponat executioni, hocq; modo in via executiua seruabitur, quod. d. l. Partitæ præcipit loquēs in via ordinaria. Fateor tamen q̄ nōnulli iudices practicare solent, q̄ facta hu-

iusmodi qualificata cōfessione & acceptata à parte in quantū pro se facit, iubent q̄ absq; præiudicio viæ executiue probet reus qualitatem cōfessionis, *Con apercebimēto que no prouando, se dara mandamiento de exe-cucion, Quod probauit Gregor. Lopez, in. l. 2. tit. 22. par. 3. verbo, La primera, & ego non reprobo.*

Vltimo ex eadē nostra. l. dū inquit, *Hechas ante juez competente.* Patet q̄ confessio facta coram iudice incōpetentē non meretur executionem: id, quod iure cōmuni voluit Paul. de Castr. referens Cyn. in. l. à Diuo Pio. §. sententiam Romæ. nu. 5. ff. de re iudic. vbi Alex. latē, idem tenet Additio Abbat. in. c. 1. n. 25. de iudic. litera. A. col. 1. in fin. & col. sequenti. vbi dicit q̄ prædict. confessio corā alio iudice facta proderit, vt in ea cogatur coram suo permanere, idem tenet Rebuff. in. d. 1. Tom. de chirog. & schedul. recog. arti. 1. nu. 31. & 46. vbi quod facta recognitione coram iudice non suo, remittitur ad suum forum, illa tamen recognitio valet ad eō, vt postea coram suo iudice non possit negare illam scripturam, si sit semel recognita.

¶ Finis. 126. Quæstionis.

**S V M M A R I V M.**

**C**reditorē termino solutionis prorogante, vel dilationem aliquā præstante post semel factam executionem, Alguazellus potest statim exigere suam iura executionis.

**L. 7. tit. 21. lib. 4. Nouæ**

**Collect. Regiæ.**

**Q V Æ S T I O. C X X V I I.**

**Q**uæro circal. 7. tit. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. ibi, *Que los alguaziles y merinos, no puedan llenar derechos de la execucion, salvo siendo primeramente contenta y pa-*

P 4 gado

*gado el acreedor de su deuda.* An idem sit si creditor post petitam executionem & factam proroget terminum solutionis debitori, vel ei dederit aliquam dilationem, quæ vulgo dicitur, *espera*, vt alguazellus statim possit exigere suam decimam, ac si solutio vere facta esset? Et videtur quod nō, quia lex hæc pro forma & conditionaliter requirit quod solutio prius fiat creditori, antequam alguazellus exigat decimam, vt patet ibi. *Siendo primeramente contenido y pagado, &c.*

Sed nihilominus absq; dubio tenendum est contrarium imo q̄ statim quod creditor concedit dilationem debitori post factam executionem, alguazellus possit exigere sua iura, & hoc per hanc. l. circa fin. ibi, *Y que si la parte diere espera y el alguazil fuere pagado.* Secūdo probatur per. l. 10. tit. 6. lib. 3. Nouæ Collect. Reg. ibi. *Hasta q̄ el dueño de la deuda sea pagado, y se diere por contenido, o las partes se concertaren.* Ecce igitur quomodo in proposito parificantur *que el dueño de la deuda sea pagado, o concertarse las partes.* Sed concedere dilationem debitori, est cōcordia, non enim concederetur, nisi partes in vnum conuenirent. Tertio, hæc opinio probatur ex cap. 12. del *Aranzel de los alguaziles de corte*, Sub titulo. 2. 9. infra hoc libro. 4. vbi expressim probatur, *que los alguaziles no lleuen derechos de execucion mas de vna vez por vna misma deuda, y que aunque las partes se concierten en dar alguna espera, o dilacion, si venido el plazo se tornare a hazer execucion, no lleuen derechos della.* Quarto, quia si aliud diceremus, nunquam aut raro exequutor possit habere sua iura, quia in fraudem ipsius partes se conuenirent prorogando terminum solutionis, & postea occulte solutio debiti fieret: quibus iuribus merito hanc opinionem probarunt Auendan. 1. p. cap. 17. præ. nu. 7. & Didac. Perez. in. l. 21. titulo. 14. lib. 2. Ordinamenti. col. 567. & ita seruatur in practica: non obstat nostra. l. in

princip. in verbis conditionalibus supra relatis in contrarium: quoniam ipsa declarantur & intelliguntur per finem eiusdem nostræ. l. & per reliquas. ll. regias supra relatas.

¶ Finis. 127. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **E**xequutor pro secunda executione eiusdem debiti etiam si de nouo fiat, non potest alia iura, nec decimam exigere, nec habere pro hac secunda executione.
- 2 Idem est si contra plures eiusdem debiti debitores, vel contra debitorem principalem & fideiussorem plures vno vel diuersis temporibus fiant executiones pro eodem debito, nam non poterit exequutor habere, nisi vnam decimam.
- 3 Executor prior qui fecit executionem præfertur secūdo, qui eam perfecit quantum iustum sit quod tunc impensa aliqua ob suum laborem præstetur.
- 4 Rei debendi plusquam vnam decimam solvere non tenentur pro eodem debito.

### Eadem. l. 7.

### QUESTIO. CXXVIII.

**Q**uarto secundo, circa eandem. l. 7. ibi, *Y que si la parte diere espera, &c.* Cum lex hæc dicat, *Que si la parte diere espera, y el alguazil fuere pagado, pasado el tiempo de la espera continuado la execucion, no pueda por ella lleuar mas derechos por la paga.* An idem sit in casu huius. l. si executio semel facta non continuetur, sed de nouo petatur, & fiat tracto termino dilationis, vt exequutor alia iura nō possit exigere, ratio quoque huius nouæ executionis? Et videtur

detur, quod cum in hoc casu lex nostra non loquatur, sed quoties præstita dilatione continuatur executio priuscepta: quod si de nouo fiat iterum executio, alia iura debeantur exequutori pro hac noua executione, ob nouum laborem, quem exequutor impendit in hac secunda executione, ob quem laborem sibi à iure regio, conceditur decima. Nec obstat quod iam sibi soluta sit, quia illa fuit sibi soluta pro labore primæ executionis, quæ facta creditoris & cum cōsensu debitoris, fuit suspensa, aliaque de nouo petita & facta.

Nihilominus tamen cōtrarium est tenendum, imo quod in casu nostræ quæstionis, exequutor alia iura, nec decimam exigere, nec habere possit pro hac secunda executione eiusdem debiti, etiam si de nouo iterum fiat, quia est pro eodem debito: quod est expressum in verbis proximè præcedentibus nostræ. l. ibi, *Y mandamos que por vna deuda no se lleuen mas de vnos derechos de execucion.* Ecce igitur legem generaliter id disponentem, nec id restringit, quando eadem executio postea continuatur, idem probat dict. l. 10. tit. 6. lib. 3. Nouæ Collect. Reg. circa fin. ibi, *Y que por vna deuda no se lleuen mas de vna vez derechos de execucion, so pena que los pague cō las septenas el que lo contrario hiziere.* Sed expressius hoc dicitur, in cap. 12. del *Aranzel de los derechos de los alguaziles de corte*, sub titu. 29. infra hoc lib. 4. quod ita se habet. *Y aunque las partes se concierten en dar alguna espera o dilacion, si venido el plazo se tornare a hazer execucion, no lleue derechos della el que la hiziere: so pena de pagar con el quatro á to lo, que lleuare, para la camara.* Non obstat quod nostra. l. solum loquatur, quando después de pasado el tiempo de la espera se continua la execucion: quia non ob hoc excludit, quin idem sit etiam si de nouo iterum fiat, imo idem esse probatur ex verbis proximè præcedentibus eiusdem. l. & ex

alijs legibus supra allegatis id exprimitur.

Hinc est, vt cum vnū debitū sit, licet plures interueniant debitores, vt in. §. huiusmodi, Instit. de duob. reis. & in. l. 3. §. si. ff. eodem tit. sic etiā & principalis & fideiussoris vnū dicitur debitum, vt in dict. §. si. etiam si contra vnumquēque debitorum, vel cōtra principalem & contra fideiussorem, plures, vno vel diuersis temporibus fiant executiones, pro eodem tamen debito, nihilominus exequutor non poterit exigere nec habere pro ipsis nisi vna iura, & sic vnam decimam tantum, non vero plures, vt in dictis legibus regijs probatur, & præterea in terminis tenet doct. Auend. 1. part. c. 17. prætor. n. 10. vers. & cum decima ista. q̄ si plures exequutores præd. executiones fecerint, & vnusquisq; suam decimam prætendat habere, hoc casu præferretur, qui prius fecerit executionem pro illo debito ceteris, cū ex illa priore executione sibi ius quærat, quod auferri nō debet, eo quod alij postea pro eodem debito alias executiones fecerint, quantum iustum sit eo casu, vt exequutori perficienti executionem expensa aliqua detur ob laborem impensum, vt in simili quæstione supradictæ probauit Auend. vbi supra. nu. 9. & 10. si tamen hoc casu esset consuetudo, vt decima diuidatur inter hos exequutores ea seruanda erit rei vero debendi plusquam vnam decimam soluere omnibus non tenentur pro eodem debito, vt in dictis legibus regijs ceuetur.

¶ Finis. 128. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **D**ecima, an debeatur exequutori, quando executio pronuntiat nulla ex invaliditate contractus, vel quia non merebatur executionem? & num. sequentibus resoluitur negative.
- 2 Gabella non debetur ex contractu nullo.
- 3 Cautela vt creditor plus debito petens liberetur ab expensarum pena.

L. 8. & 9. tit. 21. lib. 4. No  
ua Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. CXXIX.

**Q**uæro circa l. 8. tit. 21. libr. 4. Nou. Collect. Reg. ibi, *Y que el que iniustamente pidiere la execucion por mas de lo que se le deuia pagar los derechos al alguazil de aquello que estava ya pagado &c.* An quando executio pronuntiat nulla ex inualiditate contractus, vel quia etiam si contractus validus esset, non tamen merebatur tunc executioem, debeatur decima exequutori? & debet videri a creditore per nostram. l. ibi, *Y que el que iniustamente pidiere la execucion, &c.* Idem probat. l. 9. statim sequens, ibi, *Mas que el acreedor que iniustamente pidiere execucion por mas de lo que se deuia pagar la demasia contra tanto.* Et quantum nostram, l. loquantur, quando executio petitur & fit ultra debitum, in nostro tamen casu idem videtur dicendum, cum satis iniuste petatur executio, quando contractus illam paratam non habet.

2 Nilominus tamen contrarium est tenendum sine dubio: imo quod quando executio pronuntiat nulla, decima non debeatur, imo iudex, qui exequi præcepit, eo casu quo executio locum non habet, nec competit virtus executiua, teneatur soluere expensas partibus, nam cessante causa cessat effectus: cum igitur executio sit nulla, decima exigi non potest. Sic etiam videmus quod ex contractu nullo non debetur gabella, quæ ab statuto iubetur solui ex omni contractu, vt voluit Barto. in l. vlt. §. fin. autem. & ibi quoque Bald. in §. sed quia nostra Maiestas. col. 1. versic. querit hic. & ibi Paulus, col. 2. Corneus col. etiã. 2. & Iaf. vltim. col. C. communia. de legat. sequitur plurimos referens Tiraq. de retractu linag. §. 1. glo. 2. n. 7. fol. 2.

& iterum de retract. conuention. §. 6. glo. 2. n. 5. fol. 329. vbi quod vix reperies, qui huic sententiæ aduersetur. Roland. à Valle, confi. 46. nu. 39. lib. 1.

Quibus fundamentis hanc opinionem in terminis nostræ quæstionis probauit Auedan. 1. par. cap. 17. præ. nu. 10. vers. quæ dicta sunt. vltra quem hæc opinio expressè probatur in l. 35. tit. 4. lib. 3. Nou. Collect. Reg. vbi dicitur. *Por no examinar, ni ver los dichos alcaldes mayores las tales obligaciones y contratos, muchas vezes las mandan executar, no lo pudiendo hazer conforme a derecho, por ser el contrato condicional y no ser cumplida la condicion, o por no ser pasado el plazo, o plazos, o por ser passados los diez años, o por otras semejantes defectos: y despues dan la execucion por ninguna, y cobran los derechos del acreedor que pidio la execucion, siendo a su culpa y negligencia, por no auer examinado la dicha obligacion antes que de el mandamiento: por ende mandamos, que todos los derechos q̄ hasta aqui ouieren llenado de los acreedores los alcaldes mayores que ban sido, o son, las tornen luego a las partes: y de aqui adelante no lleuen los tales derechos so pena que los restituyan con el quatro tanto, y mas paguen las costas a las partes.* Quæ lex licet loquatur in iudicibus maioribus de los adelantamientos, tamen in sui ratione generalis est omnibus iudicibus, quia quando rex rescribit vni iudici omnibus rescribere videtur. iuxta doctrinam Bart. in l. relocatorum. §. interdicere. n. 3. ff. de interd. & relogat. tradit late debet. Burg. de Pazem proœmio legu Taur. nu. 450. & sequentibus. dixi in l. nemo potest. nu. 391. ff. de legat. 1. & sic amplius non est hæsitanandum de nostra quæstione, cum habeamus. l. expressam eam decidentem. Non obstant nostræ. l. in princip. huius quæstionis allegata, ibi. *Que el que iniustamente pidiere, &c.* Nam verba hæc restringuntur postea ad cre-

ad creditorem plus debito petentem: quare liquum erat solutum, quo casu rectè ibi statuitur quod ipse creditor soluat decimam illius quantitatis, quæ erat antea soluta, quoniam malitiosè petijt, quod sibi erat iam solutum, vnde sibi imputet & soluat decimam & expensas, quia contractus pro omni quantitate petita merebatur executione, iusteq; iudex præcepit pro tota quantitate petita executionem fieri, quando quidem ea continebatur in contractu, executioneq; minime constabat aliquid esse solutum, quousq; reus id probauit, quapropter iure optimo hoc casu in sententiâ vulgo dicha de remate, iudex iubebit fieri vltimâ pignori licitationem pro quantitate debita non soluta condemnando reum in decima & expensis executionis illius tantum quantitatis verè debite non solutæ, eumq; absolueno a reliquo, ipsum vero actorem condemnabit in decima & expensis executionis reliquæ quantitatis indebitæ & iniuste petitæ, quam constat ante executionem sibi fuisse solutam. At verò in casu nostræ quæstionis quauis iniuste petatur executio, non tam parti quâ iudici indebitè exequi: cum sciret vel scire deberet ratione sui officij contractum non habere paratam executionem, culpa imputanda est, & cum re vera executio non habuit locum & sic fuit nulla, vnde diuersa nimis hæc sunt. Assignat autem cautela Didac. Perez. in l. 21. tit. 14. lib. 2. Ordin. col. 563. ad hoc vt creditor hoc casu plus debito petens liberetur ab expensarum poena: nempe vt in petitione executionis protestetur, *De tomar en cuenta lo que paresciere legitimamente estar pagado de la cantidad por que pide la execucion*, Allegatq; Gomez. in ca. 2. de libel. oblat. dicentem: sic praticari: qua cautela ipse semper in praxi vtebar quoties creditor erat incertus, vel immemor siue dubius partis, vel quantitatis, sibi solutæ, quo casu eam protestationem & vtilem & sufficientem esse puto, vt euitetur præd. cõdemnatio expensarum: at vero quoties creditor certus erat quantitatis sibi verè debite, & iam solutæ consulebam, vt tantum vere debitum peteretur, non verò plus, etiam

si pars vellet præd. cautela vti, nam quando creditor certus est quantitatis sibi debite atq; minimè solutæ, indignum homini Christiano existimo plus petere etiã cum præd. protestatione, quia iam id animo nocendi vel vexandi aduersarium, id facit: vel saltem, vt eum grauet onere probandi solutum, vel producendi apocas solutionis: per quod ei grauem & molestiam indebite facit, præcipue si debitori defunt testes vel instrumenta ad probandam solutionem: imò etiam si, ea habeat, cum adhuc ad fidem faciendam solutionis debeat facere expensas dolo actoris, qui tantum sibi debitum liquidum petere debebat, non vero plus vtendo generalibus verbis contentis in dict. protestatione incertæ quantitatis confusam solutionem significantibus, vt grauet reum onere probationis: cum id, quod solutum est iam non debeat quia solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio, & quod non debetur peti non potest, etiã cum præd. protestatione, quæ captio nis aliquatulum habere videtur: quia si reus non potest probare vel non probat omnem quantitatem solutam, condemnabitur ad soluendum id, quod iam erat solutum, ob defectum probationis & petitionem actoris totius quantitatis in instrumento contentæ, quod non cõtingeret si actor tantum petisset, quod sibi non est solutum ex præd. instrumento debitum, prout tenetur petere quoties certus est quantitatis debite non solutæ, adhuc tamen in foro seculari actorem vtentem prædict. protestatione existimare liberari a prædict. expensarum poena.

¶ Finis. 129. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

**L** Ex regia, que habet vt præceptum executioem tradatur parti prius quam executio fiat sub poena nullitatis executionis: an procedat in partibus, vbi de consuetudine nulla debetur nec exigitur decima? quod non.



L.17.tit.21.lib.4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. CXXX.

**Q**uæro circa l.17.tit.21.lib.4. Nouæ Collect. Regiæ. *Que manda que los mandamientos executorios se den primero à la parte para que use dellos quando le pareciere y los de de su mano al alguazil, y que la execucion que de otra manera se hiziere sea en si ninguna, y no puedan las justicias llevar por ellas decima alguna.* An hæc. l. procedat etiam in partibus in quibus de consuetudine nulla debetur nec exigitur decima pro executionibus: veluti Salmaticæ, Ciuitatis, & alibi, quod ibi, *Si el mandamiento executorio se entregare primero à la parte, Executio sit nulla & protali declaranda, an vero procedat tantum in ciuitatibus & villis in quibus est consuetudo portandi & exigendi dictam decimam? & videtur vbi que locorum, habere locum, cum ipsa nostra. l. generaliter id disponat. Secundo quia ratio eiusdem. l. ea nempe videtur esse, ne præter voluntatem expressam creditoris molestia inferatur debitori, cum sepe ac sæpius contingere possit quod ipse creditor potius ad terrorem petat executionem, vt sciens debitor, ne bona sua capiantur, atque ipse incarceretur, imo & ne recomendetur & detineatur, pro alijs debitis statim soluat: quare cupiens. l. nostra huic debitori succurrere, sine detrimento tamen actoris iuste prouidit, *Que los mandamientos para hazer la execucion se den primero à la parte, para que de mano de ella se de al alguazil que quisiere, y que la execucion que de otra manera se hiziere sea en si ninguna.* Hæc autem ratio, vt patet, militat etiam & concurrat vbi decima non debetur, nec de consuetudine exigitur, ergo & ipsius. l. dispositio locum habere debet, vt in. l. illud. in princip. ff. ad. l.*

Aquil. & in. l. i. §. hoc interdictum. ff. de fonte. Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod in prædict. locis vbi non debetur. nec exigitur decima executionis iuxta consuetudinem, etiam si fiat executio absque eo quod præceptum executionum tradatur parti, ea non sit nulla, sed valida & ad finem debitum perducenda, idque vnica ratione, & ea finali forsitan huius. l. nempe, quæ lex nostra fundatur & introducta fuit ad cohibendam & restringendam effrenatam immoderatamque, auaritiam & cupiditatem horum executorum, qui vt præd. decimam lucrètur statim quod iudices subscribebant præcepta executionum, faciebant executiones irrequisiti & absque eo, quod creditores, eas petentes postulassent, imo sæpè contra eorum voluntatem, idque constare videtur ex fine huius. l. ibi, *Y no puedan las justicias llevar por ellas decima alguna.* Ad hunc igitur effectum annullatur executio aliter facta, ne decima exigatur: vbi ergo ipsa etiam executionibusrite & rectè factis, non debetur nec exigitur secundum consuetudinem, cessabit nostræ. l. decisio. & quantumuis forma ipsius non fuerit seruata, executio valida erit, nec annullabitur, quia cessante ratione. l. cessare debet & ipsius. l. dispositio. vt in. l. quod dictum. ff. de pact. cum cessante. de appellat. cum simil. Nec obstat ratio in contrarium adducta atque considerata: quia ipsa non est præcipua huius nostræ. l. sed, quæ modo prædiximus, in odiu, scilicet, executorum fuisse introductam nostram. l. nec ipsa ita præcipue attendit ad alia debitorum incommoda, quæ ad ea, quæ proueniebant ex decimarum solutionibus, cum ipsæ sæpè fiebant absque voluntate creditorum.

¶ Finis. 130. Quæstionis.

## SUMMARIUM.

**E**xecutio an sit nulla nec ne, si non seruetur ordo à l. regia traditus, vt prius fiat, in rebus mobilibus, & in defectum eorum in immobilibus? & num. sequent.

- quent. referuntur opiniones. & nu. 3. resoluitur cum Bart & magis communi, non esse nullam.
2. Peruersio ordinis vnus cause ad seipsam annullat sententiam, secus si perverteretur ordo vnus cause ad alteram.
4. Ordo non attenditur, nisi vbi à lege præfixus, vt vti et reperitur.

L.19.tit.21.lib.4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

## QVÆSTIO. CXXXI.

**Q**uæro circa l. fin. huius tit. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. ibi, *Mandando por el, q se haga la execucion en bienes muebles: y a falta dellos en bienes rayzes, & iterum ibi, Y por esta forma se haga la execucion en bienes muebles, y a falta dellos en bienes rayzes, &c.* An si non seruetur iste ordo de quo hic executio sit nulla, an vero teneat, nisi rescindatur per appellationem, quia excedatur modus in exequendo? & in hoc Bart. in. l. a. Diuo Pio. §. in uentione. n. 8. & 9. ff. de re iud. tenet executionem minimè esse nullam, sed valere, quia huiusmodi ordo non ponitur, vt sit necessitas sed fauor debitoris, & quod pars grauata reuocabit per appellationem eiusdem sententiæ, fuit Ioan. Andr. in cap. quoniam frequenter. §. fi. vt lite non contestata per text. ibi, qui loquitur alternatiue dando optionem iudici capiendi mobilia vel immobilia. argumento regul. in alternatiuis de regul. iur. in sexto, sequitur eandem sententiam Bald. in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. idem Bald. in Authentic. sed hodie. C. de actio. & obl. & in. l. i. C. si vend. pig. Abb. in c. quo ad consultationem. de sententia & re iudic. Anto. de Butrio, in dict. c. quoniam frequenter. §. i. & hæc opinio est magis com-

munis, secundum Ias. in dict. §. in venditione. num. 19. & Grego. Lopez, in. l. 3. titu. 27. part. 3. in glo. 1.

Sed contrarium, imo quod si præd. ordo omittatur, processus sit nullus, tenet Imola, in dict. §. in venditione. dicens quod ante factum deberet seruari iste ordo, & si non esset seruatus forte processus posset dici nullus: quam partem sequitur etiam Alex. in dict. §. in venditione. nu. 13. & 38. Et ibi Ias. nu. 19. Matth. de Afflict. decis. Neap. 358. nu. 2. Marant. de ordin. iudic. tit. de execut. sententiæ. nu. 9. pag. 652. dicens, hoc esse verius contra Bart. vbi supra: hæc opinio primo fundatur, quia dictus §. in venditione, cui consonat nostra. l. regia in verbis supra relatis, ponit ordinem & formam à qua recedere non licet: quod expressius patet ex dict. l. regia, ibi, *Y por esta forma se haga la execucion, &c.* 2. per dict. l. 3. tit. 27. p. 3. ibi, *Primeramente, tomando de las cosas que fueren muebles, & ibi. E si el mueble no abondasse, deuen tomar de las cosas que son rayz.* Quia omisio ordinis dati vitiat actum, vt in. l. non dubium. C. de legib. & in. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. Tertio, ex doctr. eiusdem Bart. in. l. persequutione, in vltim. quæst. C. de pignor. vbi tenet quod peruersio ordinis vnus cause ad seipsam annullat sententiam, secus si perverteretur ordo vnus cause ad alteram, tenet etiã glo. in. l. si mancipiu. §. i. ff. de euct. refert plures idem tenentes Sebastian. Vancius, de nullit. sententiæ ex defect. process. n. 49. pag. 501. sed in proposito est peruersio ordinis vnus cause ad seipsam, ergo processus est nullus: nec obstat ratio Bart. tenentis contrarium, dum vult, quod iste ordo sit hic positus non ratione necessitatis, sed fauore debitoris, nam magis grauatur debitor per venditionem immobilium quam per capturam nominum debitorum, vt in. l. magis puto. §. non passim, versic. quæreret. ff. de reb. eorum & tamen in dict. §. in venditione. & in. d. l. Partitæ, prius iubetur capi immobilia quam nominadebitorum: ergo videtur dicendum quod prædict. ordo ibi sit positus potius tanquam

quam necessitatis & solénitatis, quam vt minus grauetur debitor: & quâuis intelligi possit q̄ favore debitoris & propter ipsius utilitatem sit positus, censeretur etiam debet positus propter ordinem iudiciarij seruandum: cum simpliciter detur præd. ordo in dictis iuribus, & ideo in dubio videtur q̄ omisio ordinis dati à iure debeat vitare actum: vt in dictis iuribus.

Non obstat, dict. c. quoniam frequenter. §. si. quia non loquitur ille text. simpliciter alterneratiue, sed dicit, vel mittendus est actor in possessionem mobilium, vel immobilium, si forte mobilia non habeat, & sic concordat text. ille cum dict. §. in venditione. inter has tamen opiniones contrarias refert quandam concordiam Auendan. lib. 1. c. 17. præd. nu. 4. nempe quod opinio prima Barto. procedat quando ipsemet iudex exequitur, opinio vero secunda, & sic contraria quando minister iudicis, vel alguazellus, tunc etenim si excedat erit nullus processus: ipse tamen Auend. indistincte utroq; casu tenet exequutionem esse nullam ex fundamentis, de quibus supra in. 2. opin. allegatq; nonnullos autores eandem sententiam tenentes.

3 Quid tenendum in hoc adeo controuerso articulo? mihi in iudicando & consulendo videtur tenenda sententia Bart. quæ est magis cõmunis, vt supra est dictum, & inquit, Imol. vbi supra, quod forte propter auctoritatem Bart. & Ioan. Andr. ipsorum opinio in practica obtineret, eandem vltra supra allegatos, testatur cõmunem Nicolaus, Anton. Granatius in adnot. ad Octauian. Vestrium, in Romanæ aulæ actionem. libr. 8. c. vltim. nu. 27. vbi inquit: proculdubio cõmunem opinionem procedere in causis in quibus sola facti veritate inspecta, proceditur vigore legum municipaliũ, tunc etenim virtute illius clausulæ exequutione quaque reuocatur, licet ordo minime fuerit seruatus, vt proditum est à Bald. in. c. tuæ. vt lite non cõtestat. Roman. in. l. non solum. §. sed probari. ff. de nou. oper. nuntiat. sed iure nostro regio procedendum est in omnibus causis sola facti veritate inspecta, vt in. l. 10. tit. 17. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ. Ergo in nostro regno ser-

uanda est supra Bart. opinio: præmaximè cū sit magis cõmunis, vt supra est dictum. Pro qua sententia facit doct. Bald. in Authen. hoc amplius. n. 28. C. de fideicom. & eiusdem in. l. fin. n. 14. C. de hered. instit. quem refert & sequitur Vantius, vbi supra. nu. 48. tenentis, quod ordo non attenditur nisi vbi à lege præfixus, vt vitietur reperitur: sed ordo, de quo nunc agimus non est huiusmodi, ergo non vitiat exequutionem. Non obstant fundamenta contrariæ partis, quoniam procedunt in ordine necessario & substantiali, sed ordo traditus in præd. legibus, de quibus est præfens sermo, non est necessitatis nec substantialis, quia in eisdem legibus non exprimitur, ergo ipsius omisio nõ vitiat processum nec exequutionem.

¶ Finis. 131. Quæstionis.

### SUMMARIVM.

- 1 **F**ideiussio, de la haz, vulgo dicta an sufficiat in exequutionibus, in locũ fideiussionis de saneamiento a. l. regia requisitæ? quod non. num. sequentib. præcipue. nu. 3.
- 2 **P**raxis vniuersalis huius regni introduxit an in exequutionibus præstetur fideiussio, de saneamiento, si debitor à carcere liberari velit.
- 4 **F**ideiussio, de la haz, extra casum exequutionis, sufficit ad euitandã satisfactionem debitoris conueni.
- 5 **C**autela quædam Auendañi, ad euitandam fideiussionem, de saneamiento, in exequutionibus hodie cessat.
- 6 **I**ure cõmuni attento non est incipiendum in exequutione, à captura personæ bonis existentibus.
- 7 **T**estes affirmantes bona, quæ debitor nominat propria eius esse, an loco fideiussorum sint? & num sequent.

8 Intel-

- 8 **I**n intellectu. l. cum ostendimus. §. final. ff. de fideiuss. tut.
- 9 **A**ffirmans alium esse diuitem idoneum, vel locupletem ex quo forte alius cum eo contraxit, non videtur pro eo intercedere, nec tenetur de dolo, nisi probetur dolo vel calliditate fecisse.
- 10 **A**pprobans & nominans conductorem re giorum tributorũ, vel gabellarum, vel fisci administratorem censetur, vt fideiussor.

Eadem. l. 19.

### QVÆSTIO. CXXXII.

**Q**VARO secundo, circa dict. l. vltimam ibi, *Con fianças de saneamiento, y que en defecto de las dichas fianças sea preso el deudor, &c.* An loco istius fideiussionis de saneamiento sufficiat fideiussio, vulgo dicta de la haz, in huc modum concepta, quod fideiussor debitorem repræsentabit, iudicij, exhibebit quoties ab eo fuerit petitus, alias ipse remaneat fideiussor de saneamiento? & videtur hoc sufficere, cū ita securus reddatur creditor pro suo debito per fideiussionem de la haz, supradicto modo conceptam, sicut quando directè statim præstatur fideiussor de saneamiento. Idque patet quoniam & si data fideiussione de saneamiento, fideiussor statim remaneat ad id obligatus, nec liberetur repræsentando reum; præstare tamen hanc fideiussionem, vel in carcere manere est in voluntate ipsius debitoris, qui potest eligere, quod horum maluerit: cum igitur posset potius vel in vinculis esse per aliquod temporis spacium quam præstare fideiussionem de saneamiento ab initio, & postea dando præd. fideiussionem de saneamiento, posset à carcere exire: ita & eodem modo videtur quod possit ab initio liberari à carcere præstando fideiussorem, de la haz, præd. modo se obligans, qui

vel debitore in carcere reponet, & sic reputabitur ac si semper in eo fuisset, vel si hoc non adimpleat, remanebit obligatus de saneamiento, & sic utroque modo æqualiter provideatur, atque cauetur creditori, nec ei vllum præiudicium fit recipiendo præd. fideiussionem de la haz, & in terminis ita credit tenendum Roderic. Suarez in declaratione. l. 2. titu. de los emplazamientos. lib. 2. for. leg. vers. vlt. rursus nota istum text. nu. 18. pag. mihi. 382. qui. n. 3. aude quoque dicere, quod sufficiat debitori conuenio ad euitandam satisfactionem dare fideiussorem de la haz, dicens se audire sic pronuntiatum fuisse pridie secundum hanc suam opinionem in hoc vltimo casu.

Sed ego aliquando ante nouam legum huius Regni collectionem vidi practicari opinionem Roder. Suarez, in primo casu supra dicto, nepe nostræ quæst. scilicet, in exequutionibus debitorũ virtute instrumentorum; guarétigiorum, vel aliorũ eam paratã habentiu, præcipue, in debitoribus pauperibus, qui nõ reperiebãt fideiussorem de saneamiento, sed de la haz, vt sic citius aliquem ordinem darent in debitis soluendis, quod aliàs si capti remanerent minime possent facere: licet Authen. in suo Diction. in vers. Almoneda. vers. item in ista materia, el primero, credat Roder. Suarez, in hoc inaduertenter dixisse; quia non potest debitor, captus pro exequutione relaxari sub fideiussore de la haz.

Sed quauis olim temporibus Roderici Suarez, in casu nostræ quæstionis, posset ipsius opinio procedere, & sic sapius fuit practicata, etsi adhuc aliquo serupulo non caret, eò quod debitor liberaretur à carcere non præstita satisfactione debita contra voluntatem creditoris, cuius interest, vt debitor in vinculis existat donec soluat, vel satisfacet: iuxta formam legum huius regni; vt citius propter carceris molestiam euitandã soluat: negari enim non potest quin magis hoc modo caueatur creditori quam accipiendo fideiussorem, de la haz: Quod si iustes pro Roderico, quod olim nulla lex regia requirebat expressim fideiussorem, de saneamiento, præstandum ad hoc, vt debitor captus pro exequutione debiti liberaretur à carcere:

- 2 carcere: Respondeo, Praxin vniuersalem huius regni (quæ pro lege habetur tâquam inueterata consuetudo) id introduxisse, vt constat ex Couar. lib. 2. Variar. resolu. cap. 1. n. 2. & Auend. vbi supra, & Baeza in Tractat. de inope debit. cred. addic. c. 1. num. 27. ad fin.
- 3 Quicquid tamen sit illo tempore: hodie tamen attenda hac nostra. l. regia. vltima huius tituli. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. quæ expressè dicit, con fianças de saneamiento, & vltimè procedit declarando, & præcipiendo, quòd in defectum præstationis fideiussionis de saneamiento, debitor capiatur, existimo proculdubio opinionem præfatam Roder. Suarez, nullo modo procedere posse, sed esse seruandam formam præcisam nostræ. l. in hoc, alias, si iudex fauore, odio, inimicitia, vel forte imperitia, vel etiã misericordia motus, aliud fecerit, lædet alteram partem suamque litent faciet, poteritque ab eo & à relaxatione supra dicta debitoris à carcere cum præd. fideiussione de la haz, appellari, & per superiorem id reuocabitur, præcipieturque vt debitor iterum capiatur, minimeque relaxetur nisi sub fideiussione de saneamiento, iuxta formam & tenorem nostræ. l. quæ omnino est seruanda. Non obstant modo adducta pro contraria parte, quoniam ipsa cessant hodie attenda nostra. l. regia quæ pro forma requirit, vt præstetur fideiussio de euictione, alias debitor incarcerationetur. Præterea multum inter est inter fideiussionem de euictione puram, & conditionalem prout est illa, de la haz.
- 4 Extra nostrum autem casum, in alio quo agit Roder. Suarez, dict. nu. 3. ad euitandam scilicet satisfactionem debitoris conuenti, quæ sufficiat fideiussio de la haz, mihi quidem non displicet ipsius Roderici sententia: tum ex suis fundamentis, tum etiã quia hoc casu non est lex regia expressa, quæ requirat præstari fideiussionem de saneamiento: sicut illud requirit nostra. l. in casu præcipuo nostræ quæstionis.
- 5 Ex eadem nostra. l. regia, in prædictis verbis existimo iure isto minime posse procedere, quod voluit Auend. vbi supra, alios referens: nempe, quòd si debitor exequutori exhibeat bona & per legitimos testes citato cre-

ditore coram iudice probetur, quòd illa bona sunt propria creditoris, vel saltem, quod ea possideat, non est opus alia cautela, & sic cessabit captura, etiam non dato fideiussore de saneamiento: testes tamen tenebuntur de periculo, veluti nominatores, & fideiussores, quod & probauit Baeza, vbi supra, n. 29. dicens esse opinionem iuri & æquitati conformem. Hoc etenim verum esse non poterit, nec practicandum erit, attenda nostra. l. quæ aliam formam præcisam assignat necessario obseruandam. Quinimo nec ante nostram l. nusquam vidi, id practicari & merito, cum non sufficiat bona esse propria debitoris, nisi ea æquiualeant debito principali cum expensis: cum igitur hoc sit dubium atque incertum, etiã si à principio videantur plus valere, quia contingere potest, quod postea tempore subhastationis & vltimæ licitationis pignora emptorem, vel saltem iustum non inueniant, vt in. l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. & ibi glo. & doct. communiter, merito ante nostram. l. inoleuit praxis, quæ ea postea approbatur, vt facta exequutione, debitor huiusmodi teneatur præstare fideiussorem de saneamiento, (hoc est) *Que los bienes executados, al tiempo del remate seran ciertos y valiosos de la deuda, principal, decima, y costas, &c.* Nec obstat autoritas Parid. de Puteo, & Robert. Marant. cui innititur Auend. vbi supra, quia ipsi loquuntur attenda iure communi, quo non est incipiendum in exequendo à captura persone, bonis exiistentibus. iuxta glo. singul. in. l. 3. §. tutores, verb. in vinculis. ff. de suspect. tut. communiter approbatã, vt plures allegant testatur Baeza de inope debit. credit. à dicend. c. 1. num. 26. qui. n. 27. ampliat etiã ex causa iudicati, at vero praxis huius Regni (vt ipse Auendan. fatetur) contrarium habet. Nec etiã obstat, quod testes affirmantes bona, quæ debitor nominat propria eius esse, loco fideiussorum sint atque habeantur. argumento. l. cum ostendimus. §. si. ff. de fideiuss. tutorum. ibi eadem causa videtur affirmatorum, scilicet, qui cum idoneos esse tutores affirmauerint, fideiussorum vicem substituent: quem text. adducit Baeza, vbi su-

vbi supra, quoniam & si hæc opinio vera esset, nempe quod testes in prædict. casu loco fideiussorum sint, adhuc id non sufficeret, cum, vt prædixi, copulatiuè requiratur quod bona sint propria debitoris. & quòd tempore vltimæ licitationis, *Seran ciertos y seguros, y valiosos de la deuda y costas.* Ad quod non aduertunt prædict. Hispani, existimantes sufficere testes deponere quod præd. bona nominata à debitoribus sunt propria ipsius. Quinimo, nec etiã si vtrūque affirmaret præd. testes, sufficeret, quoniam non est expedita præd. opinio, vt prædict. testes remaneant fideiussores: quia text. in. d. l. cum ostendimus. §. si. quo præd. autores nituntur, habet varios intellectus, quibus omisis communis est, quod ibi ex tribus, quæ concurrunt inducitur fideiussio, nempe fauor pupilli, calor iudicij, & taciturnitas ipsorum fideiussorum, secundum Hieron. Butigel. in rep. l. 1. in princ. n. 24. ff. de verb. oblig. vel secundum alium veriore & communem etiam intellectu quatuor, ibi, concurrunt copulatiue, scriptura publica, fauor pupilli, patientia geminata fideiussorum, & calor iudicij, secundum Rip. in. d. l. 1. in princ. n. 17. & sequent. ff. de verb. oblig. l. si. ibi. n. 7. refert nouissime doct. Azeued. in. l. 13. tit. 9. lib. 3. Nouæ Collect. Reg. & quauis hic intellectus potius conueniat priori parti. d. §. fin. quam vltimæ in verbis supra relatis, attamen in hac eadem parte vertitur fauor pupilli, vt ex ipsa constat, qui tamen deficit in nostro casu: sicque text. ille minime vrget pro prædict. opin.

8 Et præterea ipsa periclitari videtur ex text. in. l. eleganter. §. si. ff. de dol. vbi ille, qui affirmauerit alium esse diuitem, idoneum vel locupletem, & forte ex hoc alius cum eo contraxit non videtur pro eo intercedere, nec tenetur de dolo, nisi probetur dolo vel calliditate fecisse, quem text. ad hoc allegauit Anto. Gomez. 2. Tom. ca. 13. de fideiuss. num. 5. dicens hanc opinionem communem. eandem aduersus Hippolyt. & Rebuff. probat latissime doct. Azeued. vbi supra, num. 8. & sequentibus. Vbi limitat hanc communem alio casu speciali, nempe, in approbante & nominante conductorem regiorum tributorum

vel Gabellarum, vel fisci administratorem, quia talis approbator, & nominator censetur, vt fideiussor. per text. in. l. iusta. & in. l. exactors in fi. C. de suscept. lib. 10. Sed materia hæc periculosa est, & cogita, an testus, *Si abonare a vno, y dixere que es abonado.* Videatur per hoc teneri etiam si dolo id non fecerit, tenent quod sic Auendanius in Dictionario. verbo, Almoneda. col. 2. & Iulius Clarus, lib. 5. recept. sentent. §. fin. quæst. 46. nu. 12. Ant. Agama. decif. 379. num. 1. Baeza de inope debitor. cap. 1. n. 29. licet contra teneat Cæphalus, consil. 437. num. 14. & 18.

10 Quo fit quod cum prædicta sit vera & communis sententia, nempe quod regulariter testes approbatorij alicuius dicentes eum esse idoneum facultatibus, ac sufficientem ad solutionem alicuius debiti, non videantur esse, nec remaneant fideiussores illius, præterquam in tribus casibus specialibus, prædictis, nempe. Primo, in casu speciali. d. l. cum ostendimus. §. si. ff. de fideiuss. tut. concurrentibus quatuor, de quibus ibi supra enarratis. Secundo, quado prædicti testes, dolo & calliditate id fecisset. Tertiò, in approbatione conductoris reddituum Regalium, vel fisci, administratore. Minime in proposito nostro, de quo agimus contra Auend. vbi supra, cautum videri debet creditori, quod testes affirmet bona nominata à debitore sint sua propria atque sufficientis valoris pro debito & expensis: cum si aliud postea apparuerit, testes minime fatebuntur se remansisse fideiussores ex suis depositionibus, imò id contradicet ore pleno, viãque ordinaria opus erit ad eos conuincendos, & adhuc in ea liberabuntur propter prædict. communem sententiam: quod in maximum dispendium creditorum habentium instrumenta confessionata, & guarentigia, aduersus suos debitores redundabit: quam obrem iustissima inoleuit prædict. praxis, in nostris regnis, vt debitor præfatus etiam si habeat bona, capiatur, nisi fideiussorem de euictione præstiterit.

¶ Finis. 132. Quæstionis.



## SUMMARIUM.

- 1 Citandus ad ultimam pignorum venditionem, vulgo dicho para remate, ut reperiri possit conquiri debeat in tota ciuitate vel prouincia, an vero satis sit quod in sua tantum domo queratur? late discutitur per totam quæst. c. n. 8. resoluitur sufficere quod perquiratur in ciuitate vel loco, ubi commoratur, ut ibi eo non reperto possit fieri citatio ad domum: c. n. 9. refertur praxis quæ in hoc seruatur.
- 2 Citatio ad domum ita demum sufficit, si non possit haberi copia personæ citandæ.
- 3 Forma commissionis citandi quem in personam & in eius defectum ad domum, c. n. 4. quomodo hoc intelligitur.
- 4 Vbi perquiri debeat iure communi iste citandus ad hoc, ut non repertus in domum citari possit? referuntur opiniones.
- 5 Venditio bonorum et editoris res est maximi præiudicij, quia ab inuito aufertur dominium.
- 6 Citandus quod tantum conquiri debeat in sua domo ad hoc, ut non repertus in domum possit citari.
- 7 Quando lex noua vel statutum loquitur alternatiue, nempe, ut quis citetur in persona, vel ad domum, sufficit vnum adimpleri.
- 8 Credendum est nuntio dicenti se non potuisse reperire citandum, ideoque eum domi citasse.
- 9 Citatio para remate, si fiat directo ad domum nulla diligentia adhibita ut fieret in persona, sufficiens erit si postea ipse debitor vel eius procurator se opponat & aliquam exceptionem alleget.
- 10 Citatio nulla reuocatur per spontaneam comparitionem.

## Eadem. l. 19.

## QUESTIO. CXXXIII.

**Q**uero tertio, circa eandem. l. ibi, Y dados los dichos pregones, sea citado el dicho deudor para remate en su persona si pudiere ser auido, y si no en su casa, &c. An citandus hic ut reperiri possit, conquiri debeat in tota ciuitate vel prouincia: an vero satis sit quod in sua tantum domo queratur? & cum lex nostra hoc non aperiat à iure conquirenda est huius quæstionis decisio: quia quæ ea in hoc decidit ab eodem iure procedit: nempe, quod ita demum sufficiat citatio ad domum si non possit haberi copia personæ citandæ, ut in l. 1. §. permittit, ibi, si nullus eorum copia habeat. ff. de liber. agnosc. & in l. aut qui alter. §. & si forte. ff. quod vi aut clam. & in l. 4. §. prætor ait. ff. de dan. infect. & ibi Bart. n. 2. & Alex. nu. etiã. 2. testatur hanc videri esse magis cõem alios allegas & esse cõem testatur Abb. cõsil. 84. n. 1. 2. p. Decius cõsil. 460. n. 30. tenet Innocen. in c. h. de eo, qui mittitur in possess. caus. rei seruand. dicit cõem Sebastian. Vantius de nullit. sententiæ ex defectu citationis. n. 90. & Matth. de Afflic. in cõsil. Neapol. in c. de citatione. in princ. nu. 1. fol. 200. testatur denique cõmunem & eam affirmare maiorem & potiore partem, Tiraq. de retract. Linagiel. §. 9. glo. 2. num. 44. vbi infinitos autores huius opin. refert. eandem testatur communem sententiam doct. Didac. Perez, plures etiam referens in l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordinam. col. 1090. versic. esset tamen reus. & col. sequenti, ibi, tamen si non reperitur persona, sit ad domum, vbi loquitur in terminis citationis para remate: vbi idem probat quando debitor citandus latitat fraude & dolo, ut citationem personalem effugiat, secund. Rebuff. & Couarr. quos refert, sic est intelligendus Auendan. in suo Dictionario, in verbo, Almoneda. in versic. sed an sufficeret, dum tenet hanc citationem para remate, debere fieri in propria persona debitoris, nec sufficere citari ad domum. iuxta doctrinam

doctrinam Pauli & doct. in l. 4. §. Prætor ait. de damn. infect. & in cap. fin. de eo, qui mittitur in possess. caus. rei seruand. Nam illud est verum, nisi citandus reperiri non possit: quia tunc sufficit citatio ad domum, ut in dictis iuribus, & tenent doct. in prædict. locis citatis ab Auendan. ad quos ipse se refert, sicque videtur hoc intelligere iuxta præfatam communem doctrinam. Nec huic communis sententiæ obest text. in l. scire oportet. §. qui autem. ff. de excusat. tut. dum dicit alternatiue, vel in facie, vel ad domum: ergo sufficit alterutrum, ut in l. si hæredi plures. ff. de cond. instit. per quem text. contrariã opin. supradicta tenuerunt Dynus, Lucas de Penna, Florianus & Nicol. de Neapol. relati per Tiraquell. vbi supra, num. 43. quia respondet, quod ibi non est alternatiua electionis, sed ordinis, ut prius debeat fieri citatio ad faciem si citandus inueniri possit, aliã ad domum, ut superiora iura declarant: similis interpret. fit in cap. mandato. de procur. in. 6. cum alijs adductis per glo. ibi, & in cap. in alternatiuis. de regul. iur. in sexto. Quare Bart. in dict. §. prætor. nu. 6. ponit formam commissionis. Nempe talis iudex commisit tali nuntio, ut vadat & diligenter perquirat per ciuitatem, & si eum reperiat, præcipiat quod tali die veniat: & si eum non inuenierit citet ad domum suæ habitationis: demum nuntius referat sic fecisse & sufficit: quã opinionem testatur esse communem & de iure veriore Marant. de ordin. iudic. 6. p. princ. C. de citatione. n. 126. p. 381. & sequenti, plures doct. allegans, & dicens esse notandum: quia communiter solent in hoc errare nuntij faciẽtes inualidas citationes, & quod aliã si nuntius ita ex abrupto citaret in domo, non facta prius illa perquisitione per ciuitatem, non valeret citatio, ut statim paulo post referetur.

4 Supradictam tamen magis communem sententiã Bart. in dict. §. Prætor ait. nonnulli intelligunt, nisi quis semel fuerit citatus in faciem: nam satis erit postea eum citari ad domum etiam si ipse possit reperiri: præterea alij etiam intelligunt, ut ante litem contestatam omnino quis debeat citari in personam

si reperiri possit, post litem autem contestatam possit ad domum citari absque alia diligentia: intelligunt, & tertio loco alij, ut citatio semper fieri possit ad domum, quando citatus ante etiam semel comparuit in iudicio: alij denique, id intelligunt ut procedat in causis ordinarijs, & quæ nullam celeritatem desiderant, ut supra est dictum, in alijs autem ut in causa dani infecti, alijque huiusmodi, quæ celeritatem requirunt: de quibus in l. ultim. ff. de appellat. recip. sufficiat partem non reperiri in iudicio, ut ad domum citari possit: harum opinionum auctores referunt Tiraq. vbi supra. nu. 45. 46. 47. & 48.

Quare iure communi non paruum dubium est vbi perquiri debeat iste citandus, ad hoc ut non repertus, in domum citari possit? Nam videtur primo, quod per totam prouinciam, argum. text. in cap. causam. de dolo & contum. iuncta glo. ibi verb. ad domum. & notat etiam ibi Hostiens. dicens, quem dici posse reperiri si est in prouincia.

Secundo videtur requiri quod non reperitur in ciuitate, & sic quod in ea perquiratur, ut in Authen. de exhibend. & transmitt. reis. §. si vero. etiam. quod voluit Bart. in dict. §. Prætor ait. num. 6. in forma citationis iam supra relata; quam refert esse communem & veriore de iure plures doct. referens, Marant. vbi supra. num. 126. dicit veriore Abb. cõsil. 43. num. 3. lib. 2. sequitur post alios Sebastian. Vantius, vbi supra. num. 93. addens plures referens, ne dum in ciuitate, sed & in villis ac suburbij seu Comitatu, vbi prædia seu mansionem haberet citandus perquiri debere, si causa de sui natura celeritatem non requirat, vel qui fraudulenter & per culpam veram vel præsumptam, ut prædixerat. num. 90. non absit, & agatur de actu præiudiciali, quia tunc citatio domi fieri non poterit, nisi prius facta diligentia & discussione de persona in ciuitate & locis publicis; & in villis, & suburbij, seu Comitatu, vbi prædia seu mansionem habet reperiendo. Ergo cum venditio bonorum debitoris res sit maximi præiudicij: quia ab inuito aufertur dominium, ut in terminis admonuit Auendan. vbi supra, sequitur, ut

tur vt per ciuitatem conquæri debeat debitor, vt personaliter ad id citetur: quod si hæc diligentia præhabita non reperiatur, tunc domi citari queat: quod & tenuit Cardin. in Clem. causam. versi. quod si forsan. quæst. 1. num. 4. de elect. dicens sufficere, quod fiat inquisitio in loco, vbi consuevit comorari, vt in cap. ex parte. de for. compet. ibi consueuerit comorari: idem tenet Imol. ibi, col. 3.

Pro quo etiam facit quod de excussione principalis faciendâ tradidimus in nostro Tractatu de Iuramento Confirmat. 1. part. cap. 23. num. 4. nempe tandem fiendam in bonis sitis in territorio & iurisdictione vbi reus habet domicilium: secus verò in sitis extra territorium, nisi extraneum territorium vbi essent alia bona non esset multum remotum à territorio rei, ita quod exactio & discussio non sit difficilis, & actor non cogatur peregrinari, vbi. n. 3. & 6. nostræ quoque l. Regiæ, meminimus.

6 Rursum & tertio, videtur satis esse quod citandus conquæretur in sua domo tantum, quod si ibi non reperiatur, possit citari statim ad ipsam domum, vt expressim tenet glo. in dict. Authent. de exhibend. reis. §. si verò, etiam quidam. verbo, Examine. quam gloss. videtur intelligere, Ange. in repet. l. si vacatia. in. §. col. C. de bon. vacant. lib. 10. quod sufficiat nuntium accedere ad domum habitationis citandi, & ibi se informet, an sit in ciuitate & ex informatione ille referat se inuestigasse, quod non est in ciuitate & citasse domi. prout refert Alex. in dict. §. Prætor ait. nu. 2. prope fin. eandem glo. sententiam expressim sequitur & dicit eam singul. Bald. in. l. consentaneum. n. 38. C. quomod. & quand. iud. in sua margarita. verbo, citatio. col. 1. dicens, quod nuntius ibi ad domum citandi, & interrogabit vtrum citandus sit ibi, vt sic possit eum inuenire, & si dicatur quod non, dimittat ibi literas, vnde non est necesse quod perquirat eum per totam ciuitatem, sed satis est ad domum, sequitur etiam Roman. Singul. 454. & Barbat. in Clem. causam. de elect. prout eos refert Tiraq. vbi supra, num. 49. dicens quod ita in Gallia vtuntur: sed & in re-

7 gno Neapolitano, dictum Baldi communiter seruatur in practica ex generali consuetudine, secund. Marant. vbi supra. d. nu. 126. dicentem, confirmatam esse opin. Bald. in illo regno per Regiam Pragmaticam secundam, incipient. quilibet, ex qua inoleuit illa citandi consuetudo, nam loquitur alternatiue, quod quis citetur personaliter, vel ad habitationis domum, quò casu quando lex noua vel statutum loquitur eo modo alternatiue, sufficit vnum adimpleri, iuxta doctrinam Bart. in dict. l. prætor ait. nu. 15. vt tale statutum iuri communi aliquid addat, alias nihil operaretur, vt inquit Barto. ibi, quem sequitur, ibi Paul. & Antò. de Butrio, in cap. causam. de dolo & contum. & in. c. 1. de præscript. Imola in. l. si vero. §. de viro. col. 4. ff. solut. mat. Abb. cap. pastoralis, in princip. de Appel. sequitur plurimi relati per Tiraquel. vbi supra. nu. 59. quauis non desint, qui contra Bart. in hoc tenent, quos, ipse Tiraq. retulerat. n. 50. eorum opinionem pluribus rationibus comprobans, num. sequentibus.

8 Quid tenendum in hoc articulo ad hoc conueniunt? Breuiter secunda opinio supra dicta: nempe, quod citandus debeat perquiri in ciuitate vel oppido, vbi comoratur ad hoc, vt eo ibi non reperto fieri possit citatio ad domum, est verior de iure, & præterea communis & securior: & ita vidi iuxta eam aliquando fieri citationes ad vltimam pignorum licitationem. Non obstat tex. in dict. cap. causam. de dolo & contumacia. allegatus pro prima opinione, quia potest responderi quod denotat facti accidentiam, quia ibi de facto, ita contigit quod citandus erat absens à prouincia: Sed non negat tex. ille idem esse si se absentat à ciuitate: nec enim potest ibi, summi argumentum à contrario sensu: quia resultaret decisio contra iura superius pro hac secunda opinione allegata.

9 Nihilominus tamen sæpè ac sapius vidi in praxi receptam tertiam opinionem supra adductam, nempe glo. in dict. Authent. de exhibend. reis. §. si verò. etiam. verbo, Examine. & Bald. in dict. l. consentaneum. quod sufficiat citandum conquæri in ipsius domo, quod si ibi non inueniatur ad domum fiat ci-

10 fiat citatio para remate, & nuntius siue notarius, qui prædictam citationem de mandato iudicis facit refert in scriptis se perquisisse debitorem ad ipsum citandum para remate, & in defectum quod eum reperire non potuit, citauit ad domum, certiores faciendo ipsius domesticos, vxorè vel familiares aut vicinos virtute prædictæ citationis contentæ in præcepto iudicis, vt ad tale diem certum compareret, &c. Quod sufficere videtur: quia credendum est nuntio dicenti se non potuisse reperire citandum, ideoque eum domi citasse, vt in. l. properandum. §. & si quidem. ibi, nec citæ actoris pars fuerit inuenta iunctis verbis præcedentibus, ibi, per exequutorem negotij. C. de iudic. & ibi notat Bald. col. 2. versic. etiam ex hoc text. & videtur etiam voluisse Bart. in. l. 1. §. permittitur. ff. de liber. agnoscend. nu. 4. dum consulit, vt nuntius dicat se eum diligenter perquisisse, & quia illum non potuit reperire ad domum citasse, & expressius voluit idem Barto. in. l. si tamen. in fin. ff. de legat. 2. & in. d. l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infecto. col. 1. versic. sed qualiter apparebit. & sequitur alij, quos refert Tiraq. vbi supra. §. 8. glo. 9. n. 23. & forte cum mysterio. l. nostra regia, ad euitandas opiniones, inquit, *Sea citado, el deudor para el remate en su persona si pudiere ser auido, y si no en su casa*, Quibus verbis cum lex non aperiat, an perquiri debeat in ciuitate vel alibi, sed tantum dicat, *si pudiere ser auido*, Videtur innuere sufficere quod nuntius referat eum perquisisse, & reperire minime potuisse, quapropter eum domi citasse absque eo quod teneatur dicere se eum in ciuitate, vel prouincia quæsiisse: sicque deferre voluit lex nuntio, vel officiali citaturo circa diligentiam quam facere debeat hoc casu ad reperendum debitorem citandum, nec eum arctat ad perquisitionem aliquam certam localem faciendam.

11 Vnum tamen est quod si citatio para el remate, fiat directo ad domum siue per se debitor, vel eius procurator se opponat, & aliquam exceptionem alleget, sufficere, eritque valida prædicta citatio, etiam si nulla diligen-

12 tia adhibita fuerit, vt reperiretur ad citationem faciendam in ipsius personam, sed statim fuerit facta ad domum, quia comparando debitor probatur scientia citationis, & ita consequitur effectus ad quem requiritur citatio in personam, & qui certus est certiorari amplius non oportet, ita in terminis tenet Auedan. in dict. suo dictionario, versi. Almone-da, circa fin. versi. supra dicta procedunt, vltra quem hæc opinio comprobatur, quoniam citatio nulla reconuadatur per spontaneam comparitionem, prout tenet alios allegans Rolandus à Valle. consil. 9. n. 36. lib. 1. Communis est & omnium sententia, secundum Quintil. Mandos. in Regul. 33. de annal. possess. quæst. 34. nu. 2. & eum alios quam plures referens idem affirmat Lanzelot. in Tract. de attentæ. 2. part. c. 4. n. 116. cum sequentibus. vbi ampliat etiam si comparitio sit facta duntaxat ad effectum excipiendi de illegitimitate citationis. Tandem hæc eadem sententia videtur approbari hodie in. l. 36. in fin. tit. 4. lib. 3. Nouæ Collect. Regiæ, vbi dicitur, *Que si ouiere opposicion des pnes de ella, no se de mandamiento para citar para remate*. Etiam si prius non fuerit facta prædicta citatio, vt manifeste insinuat. l. illa. Si ergo nulla citatio requiritur quando debitor vltro se opposuit à fortiori sufficere oppositio debitoris absque citatione in personam facta quando saltem illa præcessit ad domum.


¶ Finis. 133. Quæstionis.

### SUMMARIUM.

- 1 **E**Xequutio, an suspendatur per integram restitutionem petitam probata lesione intra decem dies oppositionis? quod sic.
- 2 **N**on tamen contra tres sententias conformes.
- 3 **N**ec vbi adest præsumptio malitiæ.

Eadem. l. fin. tit. de las  
execuciones. lib. 4. Noua  
Collect. Regia.

QVÆSTIO. CXXIII.



Væro etiam circa eandem. l. fin. in fina. verbis. ibi, *Si em bargo de qualquier appellacion*, An restitutio in integrum

cõpetat minori & admittatur aduersus executionem instrumenti quærentij, vel sententiæ transactæ in rem iudicatam, ita ut executio suspendatur, si tamen læsio probetur in continenti, id est, intra decem dies oppositionis? & videtur quod non, quia. l. i. supra hoc tit. 21. excludit oēs alias exceptiones præter hic cõtentas, item & defensionem ut patet, ibi, *Ninguna otra excepcion ni defension*: Nam si defensio denegatur, consequenter excluditur id quod iudicis officio petitur prout est restitutio in integrum: iudicis enim officium appellatur defensio, ut notat Bart. in. l. i. §. & parui refert. ff. quod vi, aut clam. atq; ita hæc opinionem de iure cõmuni probant & tenent plures autores eosq; referens in terminis quoq; dict. l. i. late probat Auen. in. l. 4. regia. tit. 8. l. b. 3. Ordin. nu. 44. & 45. inferens ex eo, quod si ille contra quem petitur executio, non præstat fideiussores de sane amiento, etiam pẽdente in integrum restitutione poterit incarcerari, licet grauamẽ videatur irreparabile quo casu de iure cõmuni petitæ restitutione in integrum, non incarcerabatur condemnatus, secundum Bald. in. l. vnica. C. in integ. restitutione postulatæ, nil noui fiat: quã illationem probat idẽ Auen. 2. p. c. 30. prætorum. n. 7. ad fin.

Sed his non obstantibus contraria sententia est tenenda, imo quod etiam vbi nõ conceditur appellatio ( ut in hoc casu per hanc nostram. l. ) peti possit & concedatur in integrum restit. ut probat text. in. l. præfecti, in princ. ff. de mino. & tex. in cap. suscitata. per locum ab speciali de in integr. restitut. nam malitia petentis restitutionem in integr. cessante bene suspenderet. ibi, executionem

sententiæ, restitutio in integr. petita. ut late per vtraque parte examinans probauit glo. fin. in. l. vnica. C. si de momentanea possessi. fuerit appel. versic. sed his expretis. sequitur Abb. in cap. tum ex literis. num. 2. de in integrum restit. loquens in sententia Papæ. Salycet. in. l. 3. num. 8. C. ne liceat tertio prouocare, Auen. c. 4. prato. nu. 18. dicit cõmunem Didac. Perez. in. l. 8. titu. 4. lib. 2. Ordinam. col. 397. versic. vlt. facit. tenet Bart. in. l. 4. §. condemnatum. nu. 3. in fi. ff. de re iud. vbi limitat quando restitutio requirit altiorẽ: indaginem: sed contra eum in hoc est cõmunis opinio, imo quod indistincte competat restitutio. & per eam suspendatur executio, ut alios allegastatur Rip. ibi, nu. 30. & 31. vbi Alex. num. 26. eam dicit magis communem, & quod restitutio in integr. petita impediatur de iure cõmuni executionem testatur cõm idẽ Auen. in. d. l. 4. n. 44. & in 2. p. c. 30. prætorum. n. 7. referens plures Matth. de Afflict. decis. Neapol. 356. Marant. de ord. iud. 6. p. princip. tit. de appell. n. 96. fol. 568. vbi num. sequentib. limitat, & Auilef. c. 10. prætorum. in glo. execution. n. 68. fo. 147. Roder. Suarez. in. l. post rem iudicatã. versic. sed prouidẽtia. n. 44. & sequent. fol. 328. ff. de re iudic. qui duo vltimi idẽ sentiunt, etiã attẽto iure regio, idẽ facit Cisuentes. in. l. 64. Taur. q. fi. & præterea etiã stante. d. l. regia. Didac. Per. in. d. l. 4. col. 111. versic. vtrũ aut. & Villa lobos in suo arario cõm. opin. versic. executio. n. 258. vbi dicit cõmunem, quod etiã testatur, & iure regio quoq; probat doct. Paz in sua praxi. c. 3. p. 1. Tom. n. 9. & quod magis est idẽ Auen. sibi cõtrarius in. d. c. 30. n. 8. versic. dicta tñ. licet. n. 7. 1. opin. repetierit illã sequutus, postremo. d. n. 8. supra dict. omnia limitat nisi statim, vel saltem intra. 10. dies datos ad probandũ exceptionem oppositã constaret de læsione super restitutione in integrum petita: nã si causa restitutionis est euidentis intra dict. tẽpora probata, inquit ipse, ista talis bene impedit executionem: cuius totũ cõtrariũ in individuo tenuerat idẽ aut or. in. d. l. 4. d. n. 44. versic. sed si forte. Quo fit, ut hæc. 2. pars verior cõmunis & tenenda sit in praxi, etiam attentæ. d. l. regia: vnde minor pendente in integr.

integr. restit. hoc casu minime incarcerabitur, quicquid idem Auen. tenuerit. ut rectius probauit meo iudicio Roderic. Suarez in. l. 2. tit. de los gouernos. quæst. 4. num. 3. lib. 2. fori. pag. 416. Non obstat fundamentum prioris partis, quoniam ipsum diluitur ex adductis à me super dict. l. i. in. l. quæst. nam dum ipsa excludit defensionem, intelligenda est de friuola & inani, non vero de legitima & à iure cognita, prout est restitutio in integr. probata læsione intra dictos decedies, & sic in pace sunt omnia. Et post hæc scripta eadem communem sententiam indistincte contra Barto. sequitur & probat atque plures allegans testatur magis cõmunem Lanzelot. de attentat. 2. part. c. 18. n. 10. cum pluribus sequentib. vbi plures ampliores & limitationes congerit.

Quem imo Salycet. in. d. l. i. nu. 8. C. ne liceat tertio prouocare existimabat, quod etiã aduersus tres sententias cõformes competat restitutio in integr. cuius opinionem plures allegans sequitur Ioan. Oroscius, in. l. si feriat. nu. 4. ff. de ferijs. Sed contrarium in hoc est tenendum cum Baldo in. d. l. i. Alexand. & Rip. vbi supra, nu. 31. quos sequitur aduersus Salycet. Paul. Paris. consil. 100. volum. 1. num. 82. & doct. Couar. in pract. quæst. c. 25. num. 7.

3 Supradictam tamen communem sententiam limitare oportet ( vltra alias limitationes per doct. supra adductas ) nempe si competentem restitutionem sit præsumptio malitiæ, quod causa differẽde executionis hoc petat, tunc enim executio fit præstita cautione de restituendo, si petes executionem obtinebit, ita probat expresse, text. in. d. c. suscitata. iuncta glo. pensata, vbi id notat Abb. & præterea, Marant. vbi supra. nu. 98. sublimitans cum alijs, nisi executio contineret præiudicium irretractabile, ut quia ageretur de carcerando, vel affigendo aliquem in corpus. tunc enim indistincte impeditur executio per restitutionem in integr. Et prædict. limitationem late plures allegans probat Lanzelot. vbi supra, num. 55. cum sequentib. vbi nu. 63. & sequentib. declarat quãdo dicatur adesse ista præsumptio malitiæ.

Est tamen casus singularis in quo executio nõ suspenditur per restitutionem in integrum petitam, nempe vbi instrumentum, vel sententia continens aliquas annuas præstationes ac solutioes fuisse plures ac per multos annos demandata executioni & dictæ præstationes solutæ: quia tunc non est spoliatus sua possessioe possessor percipiendi dictas præstationes per restitutionem in integrum de nouo postulatam, sed ea nõ obstantẽ executio fiet, aliàs enim diceretur attentari contra possessorem, secundum August. Berro. consil. 119. n. 1. lib. 3. & Bursat. consil. 74. num. 25. lib. 1. quos sequitur Lanzelot. vbi supra. n. 132. & 133.

In Francia, aut quicquid sic de iure contrarium pluribus arrestis in id latis seruatur in praxi, nempe quod pendente restitutione, minor cogitur stare contractui, vel sententiæ cautione data: & sic non impeditur executio pẽdente restitutione, ut refert Petrus Rebuff. in Tract. de restitutione. artic. 2. glo. vltima. nu. 6. & 7. & de rescissione contractus. artic. vnico. glo. 4. nu. 7. vbi nu. 8. limitat, quando contractus non potest interim seruari, & dict. artic. vnico. glo. 19. nu. 28. limitat etiam quando in continenti appareret contractum rescindendum.

¶ Finis. 134. Quæstionis.

SUMMARIUM.

- 1 **C**ondemnatio expensarum in gradum appellationis confirmata, prima sententia, an locum habeat eo casu, quo victus habuerit iustam causam litigandi? & num. sequent. vbi nu. 8. resoluitur quod non.
- 2 **I**ure communi victus victori cõdemnatur in expensis, etiam in causa appellationis, quando ex eisdem actis succumbit.
- 3 **V**ictus victori tunc demũ cõdemnatur in expensis, vbi temere litigauit, id est, inconsulte & nullo adhibito cõsilio: secus si ex nouis probationibus fuerit cõdemnatus



- in causa appellationis. num. 4.*
- 5 *Condemnatio expensarum fieri non debet ubi quis habuit iustam causam litigandi prout in dubio presumitur.*
  - 6 *An attentata. l. Regia victus victori in causa appellationis condemnari debeat, etiam si iustam causam habuerit litigandi nec ne. ff. num. 7. nu. 8. quod non.*
  - 7 *Quoties cum iure communi concordat statutum, vel lex municipalis præcipiens, ut victus victori condemnatur in expensis id procedit etiam si iustam causam habuerit litigandi.*
  - 9 *Statutum loquens in materia iuris communis recipit omnes interpretationes ipsius iuris.*
  - 10 *Verba consuetudinis sunt improprianda, ut concordet cum iure communi, etiam si statutum alias nihil operaretur ne quis indebite damnus patiatur. num. 11.*
  - 12 *Minor causa excusat a condemnatione expensarum in prima instantia, quam in gradu appellationis, idque relinquuntur arbitrio iudicis.*

L. I. tit. 22, lib. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. CXXXV.

- 1 **Q**Uæro circa l. i. tit. 22. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. præcipientem, ut in gradu appellationis fiat condemnatio expensarum, quando confirmatur sententia, an procedat etiam eo casu, quo victus habuerit iustam causam litigandi? Iure enim communi victus victori condemnatur in expensis etiam in causa appellationis, quando ex eisdem actis succumbit, ut tenent Bart. & alij in l. properandum. §. si autem alterutra. C. de iudic. præcipue. Iaf. nu. 23. qui alios refert. Testatur commu-

nem. Abb. in c. finem litibus. num. 25. de dolo & contum. Vbi limitat nisi probabilis causa excusaret appellatorem, ut quia habebat pro se opinionem communem, quæ non erat euidenter iniusta, vel erat dubium circa intellectum legis multipliciter intelligibilis, & doctores erant varij, unde licet vnus iudex iudicasset contra eum, non tamen statim debebat quiescere data tanta dubitatione, & sic, in similibus, & quando hæc causa dici debeat probabilis, relinquatur arbitrio iudicis. argum. c. de causis, de offic. delegat. & l. r. ff. de iure delib. cum similib.

Et tamen ita demum victus victori condemnatur in expensis cum temere litigauerit, id est, inconsulte & nullo adhibito consilio, ut probat tex. in l. eum quem temere. ff. de iudic. & in l. properandum. §. si autem alterutra. C. cod. tit. vbi Bart. & ceteri Abb. & doctores. in c. calumniam. de pœnis. l. 8. tit. 3. & l. 8. tit. 22. part. 3. & quid sit temeritas colligitur ex l. i. in fin. ff. de eo per quem factum erit. & c. nullum. 30. q. 5. secus si ex nouis probationibus victus fuit condemnatus in causa appellationis, cum iuste appellauerit, secundum Abb. in dict. cap. finem litibus. nu. 25. verfic. aut appellans, vbi limitat, nisi appellans habuisset iniustam causam litigandi supertoto, ut in exemplo, ibi per eum positum.

Hinc est, ut hæc condemnatio expensarum fieri non debeat, vbi quis habuit iustam litigandi causam. text. est in l. qui solidam. §. etiam. ff. de legat. 2. & ibi omnes. tex. in authentic. de iudic. §. oportet. glo. communiter approbata. in dict. cap. finem litibus. de dolo & contum. & in d. §. si autem. deducit Tiraq. in Tract. de retract. conuent. §. 1. glo. 2. num. 58. Menoch. alios referens. de arbitr. iudic. lib. 2. Centuria. 2. casu. 177. n. 1. dict. l. 8. tit. 22. p. 3. vbi exemplificat in successore vniuersali, nempe hærede alicuius, vel particulari habente bonam fidem: in dubio autem præsumptio est contra victum, quod non habuerit iustam causam litigandi, iuxta communem resolutionem traditam per doct. Couar. in pract. quæst. c. 27. nu. 3.

6 Modo est videndum, an cum hæc l. regia simpli-

simpli-  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

Contrariam tamen sententiam in terminis similis statuti probauit Bald. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. eamque esse iustiorē & æquiorē, affirmat Alex. in dict. §. si autem alterutra. nu. 7. vbi Iaf. nu. 6. & 7. eam probauit, quā esse veriorē censet Couar. vbi supra, dict. nu. 4. allegans alios qui Bart. opinionem in dict. §. si rem reprobant. & dicens non esse certum Bartoli opinionem esse communem, cum constet multos iuris vtriusque doct. contrarium tenuisse & ipse quoque existimo tenendam hanc secundam opinionem: quia statuta debent intelligi, secundum rationabilem intellectum; ne absurditas sequatur, ut in l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusa. tut. sed absurdum esset intelligere hanc. l. etiam si victus haberet iustam causam litigandi, quia hoc modo cogeret quis iustum indefensum relinquere, contra l. illud. in princip. ff. de petit. hæred. ergo. l. nostra intelligi debet quando victus non habuit iustam causam litigandi: quinimo regula iuris est quod statutum loquens in materia iuris communis recipiat omnes interpretationes, limitationes, ampliationes, & restrictiones ipsius iuris. l. ius autem ciuile. à contrario sensu. ff. de iust. & iur. l. Cæsar. ff. de public. & vectig. l. 2. C. de noxal. act. quæ communiter ad hoc solet allegari. l. vltima. C. de testamento milit. & in c. cum dilectis. & ibi doct. de consuetud. Vbi etiam quæ verba consuetudinis sunt improprianda, ut concordent cum iure communi, refert plures Tiraquel. de retract. l. in agiel. §. 9. gl. 2. n. 54. Quod procedit etiam si alias statutum nihil operaretur: nam ne aliquis indebite damnus patiatur, verba statuti recipiunt interpretationem restrictiuam, ut ex alijs refert & probat Ludouic. Mexia, in l. regia Toleti, de los terminos. tertio fundamento. 2. part. nu. 9. & hoc modo satisficit fundamento contrariæ partis, sed & alijs multis ei satisfieri potest, qui constat ex Tiraq. vbi supra, nu. 51. 52. 53. & 55. omnino videndo. Postremo hæc sententia probatur: quoniam lex nostra est ius commune, non vero statutaria vel municipalis, quod fit, ut cesset opinio contraria in nostro casu, quāuis ipsa alias vera foret: quā posse procedere

quodam

quodam casu existimavit doct. Couar. vbi supra, nempe, cum verba statuti de expensarum condemnatione loquentis, non dirigantur in ipsum iudicem, sed potius obligationem victi inducerent, vt in exemplis ab eo traditis. Non obstat confirmatio supra adducta primæ opin. ex. cap. 2. de præbend. in sexto. Quoniam text. ille hoc non probat. & in contrarium se habet verior & communis sententia, vt recte recensuit, idem Couar. vbi supra, non etiam obest glof. dict. c. finem litibus, quia ipsius opinio tam generalis non est indistincte vera, sed intelligi debet cum distinctione cõmuni supra adducta, secund. Abb. ibi. n. 25.

12 Est tamen verum minorem causam excusare ab hac condemnatione expensarum in prima instantia, quam in causa appellationis de qua agimus, vt post alios tradit Decius in c. vt debitus. n. 21. de appellat. quem sequitur doct. Couar. vbi supra, nu. 3. vers. minor tamen. Bonus igitur iudex arbitrabitur hoc casu in causa appellationis cum sententia prior ab eodem iudice appellationis confirmatur, an aliqua causa iusta excusauerit victum à cõdemnatione expensarum, cū prima & secūda, sententijs conformibus fuerit cõdemnatus: & q̄ relinquitur arbitrio iudicis quādo hæc causa dici debeat probabilis in nostris terminis, de quibus loquimur, tenet Abb. in dict. cap. finem litibus. n. 25. de dol. & contum. vt prædictum est supra: sicq; vtrūque videmus sapientissimè practitari propter diuersitatē causarum & rationum iudices ipsos superiores mouentium.

¶ Finis. 135. Quæstionis.

### SUMMARIVM.

- 1 **R**euocata sententia primæ instantiæ ex eisdem actis fieri debet cõdemnatio expensarum.
- 2 Hoc limitatur si aliqua iusta & probabilis causa cõdemnatum excuset; quæ relinquitur arbitrio iudicis, vt in exēplis hic positis.

3 *Generale est in hac materia cõdemnatio nis expensarum, vt relinquitur arbitrio iudicis, quæ dicatur iusta causa, quæ excuset victum à cõdemnatione earum.*

### Eadem. l. i.

#### QVÆSTIO. CXXXVI.



Varo secundo, circa eandem Libi, *O la parte cõdemnada, ouiere tenido sententia en su fauor*, Hoc enim casu non fit cõdemnatio expensarum, secundum hanc l. an hoc procedat etiam quando ex eisdem actis sententia prima reuocatur, necne? & generaliter & indistincte procedere verba eiusdem l. insinuāt, cū generalia sint & sic hūc casum comprehendere videntur. argumento. l. de precio. ff. de public. in rem act. cum similibus: & præterea idem de iure cõmuni quidam tenuerunt, vt refert Innocent. in. ca. finem litibus. de dol. & contum.

Sed nihilominus contrariū est tenendum, imo quòd quando reuocatur prior sententia in gradu appellationis ex eisdem actis, ea non excuset à cõdemnatione expensarum, cum hæc l. debeat intelligi iuxta ius commune, vt in præcedenti proxima quæst. docuimus, & de iure cõmuni ita sit decisum, vt per Bar. in. l. gneraliter. §. i. n. 8. C. de reb. credit. & iure iur. vbi inquit q̄ tūc ille q̄ vicit in prima causa si in causa appellationis succūbat non cõdemnatur in expensis, quando in causa appellationis succumbit ex nouis probationibus, sic intelligens. glo. ibi, sicque nostra. l. quoque intelligenda est: verum si ex primis actis succumbat, vel appareat prima sententia manifestè iniqua secus est dicendū, & allegat hoc tenentem Ioan. Andr. in Regula iuris ignorantia. de regul. iur. in sexto, & Innocent. in. c. finem litibus. de dol. & contum. vbi Abbas. n. 25. vers. secundo membro principali, idem probauit, testatur esse hanc communem opinionem doctorum in vtroque, nempe, vt appellatus succumbens ex nouis actis.

### SUMMARIVM.

actis euitet condemnationem expensarum, si autem ex eisdem, quo casu est nostra quæstio, cõdemnetur in expensis, quia sola præsumptio sententiæ non habet illum excusare, cum illa seu eius effectus fuerit sublatus per appellationē, vt in. l. i. §. si. ff. ad Turpill. & in. c. veniens. de iur. iur. nā hic cadit ignorantia iuris, ex quo enim acta erant manifesta, debuit ex illis colligere iustitiam, vel iniustitiam sententiæ, eandem communem sententiam sequitur alios allegans Ias. in dict. §. si autem. alterutra. nu. 24.

2 Limitata tamen hanc sententiam communem, quæ habet, vt appellatus cõdemnetur in expensis, quando sententia fuit reuocata in causa appellationis ex antiquis actis, vt nō procedat si aliqua iusta & probabilis causa eum excuset, vt quia error erat in iure probabilis, quia casus erat satis dubius & non decisus per glo. vel doctores, aut erant opiniones doctorum variæ, & non apparebat de communi opinione seu erat dubiū super intellectu. l. difficilis & multipliciter intelligibilis, vt tenet Anton. de Butrio, in dict. c. finem litibus. de dol. & contum. & placet Abbati ibi dem, & mihi verissimum videtur, atque præterea iudicis arbitrio relinquendum, quando appellatus hic victus in secunda instantia, ex eisdem antiquis actis, habeat iustam & probabilem causam litigandi, non solum in supra dictis casibus ab Antonio recte perpenis, quando aderat dubium iuris. Sed etiam in alijs vbiq; casus erat dubius in facto, vt tenet Abb. vbi supra. n. 26. vbi an opinio singularis vnius doctoris excuset, & quid si sit contra communem: estque generale in hac materia cõdemnationis expensarum, vt relinquitur iudicis arbitrio, quæ dicatur iusta causa, quæ excuset à cõdemnatione expensarum, vt tradit Ruynus, consil. i. nu. 14. lib. 3. sequitur plures alios referens Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centur. secūda. casu. 177. nu. 3. vbi vsque in finem. dict. casus post Ias. vbi supra, nu. 8. cumulat decem causas, quas arbitrari iustus debeat iudex in proposito, vt euitetur cõdemnatio expensarum.

¶ Finis. 136. Quæstionis.

- 1 **T**abellio nobilis sanguine exercēs officii tabellionatus alibi quā apud Curiam regis, an cū plebeis sit cogendus cōtribuere? late examinatur per totā quæstionē resolutur nu. 14. & sequentib. in fauorem huiusmodi tabellionis.
- 2 Tabelliones ratione officij non sunt exempti à præd. contributionibus, non obstantibus quibuscunq; priuilegijs & consuetudine.
- 3 Officiū tabellionis vel notarij est vile, sed contra. nu. 15. & 16.
- 4 Libertinus potest esse notarius.
- 5 Notarij dicuntur serui publici: sed hoc quomodo intelligatur. nu. 17.
- 6 Exercens officium vile, vel artem mechanicam amittit priuilegium nobilitatis.
- 7 Officiū vel ars, quæ sit vilis vel honesta, obseruanda est cuiuslibet nationis consuetudo, mosque & communis patriæ reputatio.
- 8 Nobilis propter officium mercaturæ, amittit priuilegium nobilitatis, quod procedit etiā in tacita negotiatione, vt in. n. 9. sed contra in primo num. 18. & vide num. 19.
- 10 Nobilis relinquens mercaturam, quam habebat recuperat priuilegia nobilitatis.
- 11 Nobilis exercens tabernam ministrando cibum & potum venientibus in domum suam, amittit priuilegia nobilitatis, vide num. 22.
- 12 Officiū vile non se comparatur cum dignitate vel nobilitate.
- 13 Decurio exercens artem notariatus perdit dignitatem decurionatus.
- 14 Infamis potest tabellio creari: contrarium est verius

- est verius & receptius, vt in n. 23.
- 15 **T**abellionibus hodie merces nõ tam pro opera quam pro industria & publico auctoramento constituta est & ideo non videntur pro ignobilibus habendi.
- 20 **E**xercens mercaturam per alios, vt per seruos & institores, non amittit priuilegia nobilitatis.
- 21 **I**n Hispania receptum est nobiles non cogi ad tributorum solutionem etiam si artem aliquam exercent mechanicam, tamen si vili fungantur officio gaudere non debent priuilegijs quibusdam nobilibus concessis propter publicum decorem ipsius dignitatis.
- 24 **D**ecuriones & iurati, hoc est, rectores populorũ, non sunt immunes à contributione tributorum regi facienda.
- 25 **H**oc limitatur in decurione vel rectore, qui ab origine est nobilis, sine fidalgus, nam ob officium supra dictum, non amittit nobilitatem.

L. II. tit. 25. lib. 4. Nouæ  
Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. CXXXVII.

**Q**uero circa l. II. titu. 25. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. ibi, *Por la presente ordenamos y mandamos, que de aqui adelante, todos y qualquier escriuanos del numero, ò del cõejo, ansi de la dicha villa de Arenalo como de todas las otras cibdades, villas y lugares de estos reynos y señorios: por razón de los dichos officios, no puedan gozar, ni gozen de ninguna exempcion de pechos, ellos ni sus hijos, &c.* An nobilis sanguine si tabellio sit & officium tabellionis exercent alibi quam

apud Curiam Regiam cogendus sit cum plebeis contribuere? Nam videmus in hac. l. q. ratione officij non sunt exempti à præd. contributionibus, nõ obstantibus quibuscumque priuilegijs & consuetudine etiam immemorabili in cõtrarium existentibus: in quo corrigitur. c. 128. de Madrid. ann. 1534. præcipiens, vt vbi esset cõsuetudo quod tabelliones gauderent exemptione prædicta, ipsa restringatur ad personas eorum, ita vt ipsorum descendentes minime ea gauderent, etiam si parentes in officijs tabellionatus decessissent, & ita tenebat doct. Didac. Perez, per illud. c. in. l. 2. tit. 5. lib. 2. Ordin. col. 431. vers. 3. quæro.

Nunc autem ad quæstionem supra tactam condescendo, videtur primo, dicendum, quod nobilis sanguine si efficiatur tabellio extra Curiam regiã, eoq; officio vtatur amittat nobilitatem, vel saltem effectus ipsius, ita vt cõtribuere teneatur sicut ceteri plebei ac populares villani: quia officium tabellionis vel notarij est vile, vt probare videtur tex. in. l. vniuersos. & ibi, glo. & doct. C. de decurion. lib. 10. per quem ita tenet Oldradus, consil. 75. incip. quis possit. Angel. consil. 284. incip. præmitto, & illum text. ad hoc singularem dicit Bald. in. c. post celsionem. n. 6. de probat. Tiraq. de nobilit. c. 30. n. 9. vbi inquit satis constare id munus, nihil habere dignitatis, quia libertinus potest esse notarius, vt in. l. vltim. C. de feruis reipub. manumi. doct. Couarr. in pract. quæst. c. 19. nu. 5. Notarij etiam dicuntur serui publici, vt in. l. non aliter. ff. de adopt. & in. l. 2. C. eodem. tit. & in. l. 2. ff. rem pupill. salu. for. prout illos textus intelligit Accursius in proprijs locis. tex. in. §. cum autem. Instit. de adopt.

Cum igitur officium tabellionis sit vile, merito, vt nobilis id exercens non gaudeat priuilegijs nobilitatis, & sic contribuere teneatur: nobilis enim exercens officium vile, vel artes mechanicas, amittit priuilegium nobilitatis, vt in. l. vnica. C. negotiat. ne milit. lib. 12. & in. l. milites. la segunda, c. 1. sequenti. C. de re milit. libr. 12. id quod satis probat atque prosequitur Tiraq. vbi supra, cap. 27. & ex professo per illa iurat tenet etiam Cifuentes, in. l. 79. Tauri. in. 7. Fallentia. & latissime

Petrus

- Petrus Plaza, de delict. 1. Tom. c. 1. nu. 9. Didac. Perez, in. l. 9. tit. 1. lib. 4. Ordinam. per. l. ibi, col. 1357. cum sequent. vbi concludit hæc in re obseruandum, cuiuslibet nationis consuetudinem moremque & communem patriæ reputationem: an officium seu ars quælibet sit existimanda vilis, sordida, an honesta ex sententia Bart. & aliorũ, quos refert, vltra quem idẽ tradit Aymon Crauet. cõsil. 163. n. 2.
- 8 Imo & propter officium mercaturæ nobilis amittit priuilegium nobilitatis, vt probauit Faber, in. l. falso. C. de diuers. refert. quem refert & sequitur latissime iure & alijs patruũ testimonijs probas Tiraq. de nobilit. quæst. 33. per totam. & Didac. Perez, in. l. 9. gl. vnic. col. 599. tit. 15. lib. 2. Ordin. vbi latè probauit nobilibus prohiberi exercere mercimonia per. l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. & in. l. nequis. C. de dignit. lib. 12. & in. l. cohortalis. C. de cohor. eodẽ lib. 12. Et idem Didac. Perez, vbi supra, in prior. loco. col. 1358. sententiam, quam prædixerat de nobili exercete mercaturam veram esse intelligit, non solum in expressa verum & in tacita negotiatione atque in ea, quæ inter iudices tabelliones aliosque officiales habetur, siue per se ipsos, siue per interpositam personã, Plaza vbi supra. n. 10. Si tamen nobilis relinquat mercaturam recuperat priuilegia nobilitatis, secũd. Guid. Papæ, quem refert & sequitur Aymon Crauet. vbi supra, & alios allegans Tiraquel. etiam vbi supra in Tract. de nobilit. c. 27. n. 5.
- 11 Sic etiam nobilis exercens tabernam, ministrando cibum & potum venientibus in domum suam amittit priuilegia nobilitatis, secũd. Aymon, vbi supra, est enim vilis persona, qui hoc exercet. l. humilẽ. §. 1. C. de incest. nupt. l. 1. C. de natural. lib. 1. quæ adulterium. C. de adult. hoc enim exercitium communiter reputatur vile, vt per Aymon, vbi supra.
- 12 Non enim vile officium se compatitur cum dignitate aut nobilitate, vt in dict. l. nequis. C. de dignit. lib. 12. Socin. in consil. 246. col. 1. in vers. vidi enim in multis locis. libr. 2. facit tex. in Auth. de sanctiss. episcop. §. post ordinationem. vbi quod fit iniuria nobili quando viles personæ ad eam euehantur.
- 13 Hinc est, vt decurio exercens artẽ notariatus perdat dignitatem Decurionatus, vt in. l. 2. C. de tabular. libr. 10. vbi expressè notat Bart. & tenet Salyc. in. l. si quis Decurio. C. de fals. Guid. Papæ, quæst. 90. nu. 1.
- 14 Hinc etiam est infamem posse etiam tabellionem creari cum sit officium vile, vt censet Bart. in. l. 1. C. de mandat. princip. Aymon Crauet. dict. consil. 163. n. 1. Palat. Rub. in repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. 3. notab. §. 9. nu. 8.
- His sanè fundamētis & alijs forsitan, quæ excogitari queant, hæc. i. pars quod nobilis origine exercēs officium tabellionatus vel notariatus, amittat priuilegia nobilitatis, & sic cõtribuere teneatur cõm plebeis defendi poterit, quam in terminis tenet Guido Papæ, de cis. 90. & Aymon Crauet. dict. consil. 163. n. 1. & sequentib. & Tiraq. de nobilit. c. 30. nu. 9. quos refert simpliciter Auendar. in suo dictionario. verb. Cauallero. vers. item miles, el tercero, & Ioan. Mauritius relatus per doct. Couar. in pract. quæst. c. 19. n. 7. qui hæc opinionẽ minime probat, vt statim dicemus.
- Histamen omnibus non obstantibus cõtrariũ existimo tenendum in proposita quæstione, cum Couar. vbi supra. n. 7. scilicet, l. fidalgum, etiam si tabellio sit, non amittere priuilegia nobilitatis, sicque non esse cogendum cum plebeis ad solutionẽ tributorum, & superindictionum, quæ principi soluendæ sunt à plebeis. Primo, quia nullã. l. constat iuris communis, nec regij tabellionem perdere priuilegia nobilitatis suæ. Secũdò, ex verbis nostræ. l. supra relatis, ibi, *Por razón de los dichos officios, no puedan gozar ni gozen de ninguna exempcion de pechos, &c.* Ergo à contrario sensu, quod fortissimum argumentum est, vt in. l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius, cui mand. est iuris d. si tabellio aliàs à sua origine nobilitatẽ habeat, eam non amittit per receptionem & exercitium officij tabellionatus, limitata enim causa, limitatum parit effectum, vt in. l. age. cum Geminiano. cum similib. C. de tranfact. præcipuè cõ ex hoc argumento à contrario sensu, non resultet prauus intellectus, nec correctio



Etio iuris communis, neque obstat auctoritas contrarium tenentium, quoniam ipsorum sententia falsa est, atque omni iuris destituta: fundamento, vt ex infra dicendis apparebit.

15 Non obstant fundamenta contraria partibus quoniam præcipuum ipsius, nempe, quod officium tabellionis vel notarij sit vile, falsum est; nam cum tabellionibus hodie mercæ, non tam pro opera quam industria & publico autoramento constituta sit, non videntur tabelliones pro ignobilibus habedi: quod ex Ciceronis diffinitione lib. 1. de Officijs adnotauit Alcia. in l. mercis appellatione. n. 13. ff. de verb. signif. quem sequitur Couar. in pract. quæst. c. 19. nu. 5. Nec obstat. l. vniuersos. C. de Decur. lib. 10. in contrarij adducta, quoniam lex illa tantum abest, vt non solum non probet tabellionatus officium vile esse, sed imo contrarium: quia permittit lex tabelliones ad Decurionatum vocari, quod si vile eorum officium esset, id non permitteret. Nec obstat quod prius dixerat eadem lex.

Vniuersos decuriones volumus a tabellionum officijs temperare, quia verum est quod non poterit vtroque officio eodem tempore vt tabellio electus in Decurionem ea causa quod tabellionis officium non sit dignum viris Decurionibus: non ergo ex eo sequitur tabelliones viles esse simpliciter, sed respectu & collatione facta cum dignitate Decurionatus, vt cum iudicio intellexit text. illum doct. Couar. vbi supra, recensens officium tabellionis non esse vile, dignius enim vnum officium potest esse altero, vel vnum habens dignitatem, alterum vero non, quauis non sit vile, vt experientia docet.

17 Non etiã obest quod notarij vel tabelliones appellentur serui publici: vt in dict. l. non aliter. ff. de adopt. cum similib. supra allegat. Nam respon. hoc ideo sic dici, quod seruiãt Reipublicæ, non quod sint serui, vt respondet Guid. Pap. dict. decis. 90. nu. 2. at seruire Reipublicæ potius honoris est quã dedecoris alias etenim seruus tabellio esse non potest, vt in l. generali. C. de tabul. lib. 10. vbi glo. ideo dici tabelliones seruos publicos existimat, quia eorum stipulatione queritur ficut ex stipulatione serui, maxime ijs, qui non

possunt stipulari, vt in l. 2. ff. rem. pupill. salu. for. vbi fit metio stipulationis facte serui proprii & serui publici (hoc est tabellionis, secund. gl. ibi) apud prætorẽ in fauore pupilli: quam glo. cõiter approbatam testatur Olanus in sua concordia iuris. litera. S. nu. 34. dicens. nu. sequenti hanc gl. rationem iure nostro receptam & consideratam fuisse in. l. 7. tit. 11. part. 5. de qua statim agemus.

Vel secundo resp. ex Tiraq. dict. q. 30. nu. 9. quod serui publici in locis supra allegatis intelliguntur serui Reipublicæ per. l. 1. C. de seruis reipubl. manum. iuncta illa Rubrica, nam, quos seruos reipublicæ, illa rubrica vocat, seruos publicos lex illa infra appellat. nec vllus est tex. secund. ipsum, qui loquens de notarijs, eos seruos appellat, sed vel notarios, vel tabelliones, vel actuarios, vel aliter. Parcat tamen mihi Tiraq. in hoc quia text. in dict. l. non aliter. cum similibus manifestissime insinuat loqui in notario, vel tabellione publico dum meminit serui publici, sicque receptum est à glo. & doctoribus, nempe tabellionem vocari seruum publicum, & iure regio probatũ, vt statim dicam. & iure cõmuni cõstat ex. c. quãquam. de vsur. in sexto. ibi, aut seruo publico de ipsius ordinarij mandato.

Quare verius mihi vedetur dicendum, ideo tabelliones siue notarios, seruos publicos dici, quoniam possunt compelli à quocunq; reipublicæ, ad conficiendum instrumentum, vt recenset Hostiens. in summa de fide instrum. vers. ex quibus. Ripa allegans alios in l. 2. n. 26. C. de edend. id, quod approbari vel saltẽ colligi videtur ex legibus huius regni, nempe ex. l. 17. in fine. tit. 2. p. 3. in illis verbis,

*Ca ellos (scilicet los escriuanos publicos, Vt cõstat ex verbis præcedentibus eiusdẽ. l.) Son como seruientes para escriuir las cartas por mandado de otro: e fieles para guardar las e mostrarlas lealmente, do mester fuere. Et ex. l. 7. ad fin. tit. 11. partit. 5. vbi loquens etiam. l. illa expresse de tabellionibus publicis subdit. E aun por que estos officiales a tales, son como siervos publicos del concejo do vinen por razon de las cosas que*

*que ha de hazer q̄ pertenescen à su officio* Imo & præd. respectu non sunt serui publici proprie, sed improprie, & largo modo, como siervos publicos, Vt cõstat ex dictis. l. regijs hæc queratio in effectũ coincidit cum primã ratione atq; responsione Guidon. Papæ. Omnia hæc eo tendant, vt pateat officium tabellionis minime esse vile: sicq; ob id non perdi priuilegium nobilitatis, vt libentissime probõ.

Nec obstat, quod supradictum est propter officium mercaturæ nobiles amittere priuilegia nobilitatis: id namq; diuersum est à nostra questione & casu, & præterea contrarium in eisdem terminis nobilis exercentis mercatiam, probauit Laurentius Calcan. consil. 8. incip. causa pendente. nu. 16. dicens, nobilem ex genere nõ perdere nobilitatem ob exercitium mercaturæ per dict. l. nobiliores, & opinionem hanc Calcani sequitur & late probat Auend. in suo dictionario verb. Cauallero. & respondet ad dict. l. 9. tit. 1. lib. 4. Ordin. & ceteras. l. huius Regni probantes, milites exercetes vilia officia priuilegijs militaribus nõ gaudere, quod cum loquantur in milite armato, cuius persona consideratur & non genus, non possunt intelligi, de fidalguis, nec ad eos, debent extendi, cum nõ sit par ratio ytrorumq; imo satis diuersa, tam origine & creatione, quam exercitio militari, in cuius fauorem plurima desumi possunt ex Tiraq. vbi supra. dict. cap. 33. nu. 13. & sequentib. quauis ipse. n. 20. adhuc constanter existimet tenendum contrarij, & sic cõmunem priorem sententiam, nempe mercaturam derogare nobilitati, quod limitat. nu. 21. nisi mos regionis, qui haud dubie seruandus est aliud inducat, vt prædixit. c. 10. nu. 1. quauis etiam adhuc in locis vbi ad sit dictus mos quid detrahatur nobilitati per mercaturam, nisi necessitas loci in quo nulli alij ferẽ redditus nisi ex mercatura haberi possunt hoc permittat, per notata, in. c. quod nõ est licitũ deregul. iur. in sexto, vt ex Anto. & Capol. refert Tiraq. vbi supra, nu. 21. id intelligens cum eodem Capol. & Mattheo de Afflic. si mercatura sit magna & copiosa secus si te-

nuis & vilis, nam mercatura si magna sit nõquam obest nobilitati.

20 Præterea tunc mercatura derogat nobilitati si quis eã per se exerceat, secus si per alios nempe seruos, & institores, vt late ex pluribus probauit idem Tiraq. in eodem Tractatu de nobilit. cap. 27. nu. 7. & sequentib. & dict. c. 33. n. 2. Petrus Plaza de delict. 1. Tom. cap. 1. nu. 9. & Cagnol. in. l. is damnũ datum. 4. ff. deregul. iur. vbi allegat idem tenentes Alberic. in. l. humilem. C. de incest. nupt. & Gemianian. in. c. 1. de vita & honest. cleric. & Alciat. præsumpt. 48. l. Regul. & ita est tenendum: quicquid. Dida. Perez, vbi supra, in hoc velit contrarium.

21 Sed in Hispania receptum est nobiles non cogi ad tributorum solutionem, etiam si artem aliquam exerceat mechanicam, tametsi nobiles, qui vili funguntur officio gaudere non debeant priuilegijs quibusdam, quæ moribus vel iure nobilibus conceduntur propter publicũ decorẽ ipsius dignitatis, vt attestatur doct. Couar. vbi supra, in pract. quæst. c. 19. nu. 7. affirmans vidisse non semel fabros lignarios, cuiusmodiq; artifices probata nobilitate, quam hidalguiam dicimus, pronuntari immunes à solutione & contributione subsidiorũ regaliũ. Idem nempe quod in Hispania nobiles genere viliter, & mechaniter viuentes gaudeant immunitate nobilitatis, refert Otalora in Tract. nobilit. 2. p. c. 3. n. 7. sentit idem. 4. p. princip. c. 7. circa. fi. & 5. p. princip. c. 2. n. 2. Quauis ipse id vbiq; deploret. Cum igitur in proposito seruandus sit mos Prouintia, vt supra est dictum, & in Hispania receptum sit, quomodo prædiximus, constat manifestissime etiam seclusa alia iuris dispositione, nobilem non amittere priuilegia nobilitatis, eò quod officium tabellionatus exerceat.

22 Non etiam obest, quod exercens tabernam amittat priuilegia nobilitatis, vt prædiximus: quia id diuersum est à nostra questione, & præterea intelligi debet, nisi quis per alios id exerceat, vt late probauit Tiraq. dict. c. 27. n. 7. & sequentib. Alciat. in. l. mercis appellatione. n. 9. ff. de verb. signific. Nec quod decurio exercens artem notariatus perdat decu-

L.12.tit.25. lib.4. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO. CXXXVIII.

Varo circa. l.12. tit.25. lib.4. Nouæ Collect. Reg. ibi. Y que sean obligados en fin de cada año de signar los registros que ouieren

hecbo en aquel año. Quid in hoc iure communi statutum sit, ut sciamus, an. l. hæc iuri communi conformis sit, nec ne? Et videtur signum notarij in protocollo ipsius esse de substantia, ut tenet Angel. in. l. Lucius. ff. de milit. testamento, vbi Bald. idem sequitur, sequuntur etiam alij plures relati per Roland. à Valle, consil. 44. n. 22. tenet Decius. consil. 447. num. 5.

Sed idè Bald. in. l. fideicom. §. 1. ff. de legat. 3. contrariū existimat. & inquit Bart. in. l. constitutione. ff. vet. col. 2. versu. secundo aduerte, non reperiri specificè & expressè decisiū in iure qd signū sit de necessitate instrumenti, ac proinde tenet, quod si est cōsuetum apponi in instrumento debeat apponi, alias secus, tenet Cardin. in. c. cū. P. tabellio de fide instrum. ut refert Felin. ibi, nu. 5. esseq. hanc communem opinionem pluribus allegatis, qui eam sequuntur testatur Roland. à Valle, vbi supra, num. 40. loquuntur tamen in instrumento verū in protocollo notarij Ioan. Orosc. in. l. si quis. ex argentarijs. §. si initiū. nu. 68. & sequentib. hanc secundam partem probat constanter tenens iure nostro regio in instrumentis publicis extense descriptis signa tabellionum pro instrumenti substantia exigi, negat tamè signa in protocollo, aut iure Romano, aut nostro, per. l. aliquam exigi, aliàs enim à pragmatica regia (quæ refertur in. l. 13. huius tit.) quæ de forma cōficiendi, à tabellionibus protocoli tradita est, hoc non ommitteretur, quæ tamen de alijs solennitatibus diligenter adeo expressit, ut & hæc si necessariam existimaret minimè ommitteret, idem censuit egregius doct. Anto. de Padilla. in. l. si qua beneficia. nu. 15. C. de diuers. rescript.

dat decurionatum: quoniam ex supra dictis satisfit huic.

23 Ultimo non obest, quod ex sententia, quorundam adductum fuit, infamem nempe posset tabellionem creari, nam cōtrarium est verius & receptius, ut latissime per plures colūnas id deduxit doct. Couar. vbi supra, nu. 5. qui omnino est videndus. De nobili exercente officiu procuratoris extra curiā, an amittat priuilegia nobilitatis, videdi sunt latissime Tiraq. vbi supra, cap. 30. per totū. & doct. Couar. etiam vbi supra, nu. 7.

24 Ex quibus omnibus illud in dubiū remanere videtur, qd & si Decuriones, hoc est, rectores populorū & iurati ratione sui officij, non sint immunes à contributione tributōriū Regi facienda, ut in hac nostra. l. regia. in. l. in verho. Y lo mismo mandamos. Et de iure communi tenet Angel. in. l. ediles. ff. de via publ. Lucas de Penna, in. l. 1. C. de immun. ne min. conced. lib. 10. glo. in. l. si quis. §. honorem. ff. de munerib. & honor. prout refert Auend. in. 2. part. c. 14. Præ. nu. 27. Pro qua opin. est bonus text. per locum ab speciali, in. l. si quis Decurio. la segunda. C. de Decur.

25 lib. 10. Tamen si nobilis origine, hoc est, hidalgus, efficiatur Decurio, non ob hoc aliquid suæ nobilitati derogabitur, cum potius officium decurionatus sit honorificū, & qui se comparatur cum nobilitate, ut per totum C. de Decur. lib. 10. & præcipuè, in. l. 1. & 3. eiusdem tit. Hic enim absq. dubio cessant omnes rationes contra nobilem officium tabellionis exercetem adductæ, tametsi eadem etiam contra eum minime vigeant, ut supra vidimus.

Finis. 137. Quæstionis.

SVMMARIVM.

1 Vre communi, an signum notarij in protocollo necessarium sit? & quid in re regio.

2 In scripturis extense descriptis signum notarij requiritur præcipue iure nostro regio.

rescrip. dicens: in protocollo sanè in his regnis receptum est, ne signa tabellionum apponantur.

Vides igitur quomodo hi duo Hispani profundi iurisconsulti lapsi sunt, dum existimant iure nostro regio non requiri signum tabellionis in protocollo notarij, cum contrarium expressissime cautum fuerit in Regijs curijs Toleti, anno. 1525. petitione. 31. & Segobia; anno. 32. petitione. 86. relatis in hac præsentia nostra. l. 12. tit. 25. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. & per doct. Burg. de Paz. n. 1244. in loco vbi statim allegabitur, sicq. iure nostro expedita iam quæstio est per. l. nostram qua cauetur, ut tabelliones teneantur signare in fine cuiuslibet anni registra, seu protocola à se confecta illo anno, prout accuratius animaduertit insignis doct. Couar. in pract. quæst. c. 19. nu. 2. vbi prædict. capita curiarum Regiarū allegauit, & Matien. in. l. 2. glo. 7. nu. 3. tit. 4. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ. iure autem communi existimo secundam opinionem supra positam veritorem esse cum nullibi expressum aliud reperitur in protocolis. Tametsi in scripturis extense descriptis illud inueniatur requisitū, ut in. l. si. C. de assess. ibi signū, quod solitū est chartis imponat. tex. in Authen. de instrument. cautela. §. oportet autē. quod & antiqui & recentiores frequentius fatetur. secund. Ioan. Orosc. vbi supra. n. 62. estque communis, ut plures referens testatur doct. Anto. de Padilla, vbi supra. nu. 14. dicens eam approbari, in. l. 54. titu. 18. part. 3. vbi Gregor. Lop. in glo. su signo. inquit in nostro regno decisum esse quod requiratur signū per illam. l. & quod ita fertur, quod & manifestissime probari videtur, in. l. statim sequenti & in. l. 10. tit. 10. part. 3. & dict. l. 54. hoc casu loqui (ut in fine eiusdem) expresse intelligit Orosc. vbi supra, num. 69. Eandem sententiam, nempe qd in instrumentis extense descriptis iure debeat apponi signum tabellionis, refert doct. Couarr. plures tenere in pract. quæst. c. 20. n. 5. vbi ait penes omnes illud esse constitutissimū, hanc solennitatem potius consuetudinis iure quam legescripta inductam, & eius omissionem in instrumentum subuercere, eandem priorem

sententiam, quod requiratur signum tabellionis in scripturis publicis, tenent plurimi relati per Burg. de Paz, in. l. 3. Taur. 2. p. cōcl. 7. n. 1240. & sequenti. inter quos refert Crauetā consil. 72. dicentē esse hanc opinionem receptissimā: & licet Anto. & Imol. in cap. 1. de fide instrum. & alij dicant quod omisio signi tāquam modicæ solennitatis nō vitiat instrumentū, supradict. opinio affirmatiua est cōmuniō secund. Felin. ibidē. n. 13. quam sequitur etiā Ioan. Matien. in. l. 2. tit. 4. glo. 7. n. 1. lib. 5. Nou. Collect. Reg. & Burg. de Paz consil. 20. n. 2. vbi dicit cōm. & ita est tenendū quia in nostro regno consuetū est apponi signū tabellionis in scripturis extense descriptis, alias fidē non facient nec merebuntur executionē, ut in præd. legibus regijs supra allegatis & alijs cauetur, sicque ipsius signi omisio vitaret instrumentum, ut in. d. l. 54. per quam ita tenet doct. Couar. d. c. 20. nu. 5. & Burg. de Paz. d. nu. 1243. vers. demū. estq. cōis ut modo deduximus: quam consuetudine esse generalē aliqui insinuat, quos refert Burgos de Paz, vbi supra, in priori loco allegatus. n. 1243. vnde nō sunt audiendi qui cōtrariam opinionem iure cōi tenendam esse existimabāt profitentes esse cōm relati à supra citatis autoribus, & in signo tabellionis, vel notarij idem existimabāt nempe nō esse omnino necessarium ad instrumenti perfectionem, Menoch. consil. 48. n. 15. dicens ex Alex. & alijs, eam esse magis receptā opinionem, nam iure cōi & nostro regio verior cōmuni & tenenda est quam prædixi, nempe, in scripturis publicis extense descriptis necessarium esse signū tabellionis per supra dicta: quāuis vtraq. opinio ex iure cōsuetudinario posset admitti, secund. opin. plurimū doctorū quam tāquam, veriore refert atq. probat Roland. à Valle. d. cōsi. 44. nu. 40. lib. 1. & testatur cōm Cagnol, relatus à Padilla, vbi supra d. n. 14. in fi. & esse magis cōe dictū doctorū censet Burg. de Paz, vbi supra. n. 1243. in nostro tamen Regno absq. dubio necessarium est prædict. signum tabellionis in scripturis publicis, ut supra est dictum.

Finis. 138. Quæstionis.

## SUMMARIVM.

- 1 **S**ubscriptio tabellionis vel notarij, an requiratur in protocollo, vel registro affirmatur.
- 2 Limitatur si in fine protocoli siue registri illius anni esset subscriptio & signum ipsius tabellionis, vel notarij attestantis omnes scripturas contentas in registro presentis anni apud se receptas fuisse.
- 3 Subscriptio notarij videtur includere effectum omnium præmissorum ad quæ habet relationem.
- 4 Subscriptio tabellionis requiritur etiam in scripturis exte se descriptis alias instrumentum non valebit.
- 5 Subscriptio tabellionis requiritur tam in testamento in scriptis, quam in alijs instrumentis publicis signatis: idem in firma.

## Eadem. l. 12.

## QVÆSTIO. CXXXIX.

**Q**UÆRO vltorius circa eandem. l. 12. An in protocollo notarij, & sic in registro requiratur & sit de substantia subscriptio ipsius tabellionis nec ne? & videtur illam non esse necessariam: cū in nostra. l. expresse non requiratur, sed tantū signum tabellionis in fine registri cuiuslibet anni. Secūdo, quia. l. 13. statim sequens quæ ponit formam & solennitates protocoli siue registri tabellionis, illā quoq; non requirit, quinimo contrarium videtur probari in illo versic. *Y que en las escripturas que ansi dieren signadas, ni quiten, ni añadan palabra alguna de lo que estuviere, en el registro: saluo la subscripcion.* Ergo si subscriptio tabellionis addenda est in scriptura signata: videtur quòd in registro non est necessum eam apponi, nec eam apposita fuisse: nam de subscriptione partis non po-

test intelligi, cum ipsa ex verbis præcedentibus eiusdem. l. præcipiatur apponi in registro. Nec obstat si dicatur, illa verba, *Saluo la subscripcion*, Non esse referenda ad cetera præcedentia: Sed ad illa *no quiten*, quasi sit exceptio, *la subscripcion del no quitar*, & sic quòd subscriptio tabellionis apposita in registro, tollatur in scriptura exte se descripta: hoc namque absonum est; & minime vsitatum: vnde hæc exceptio, *saluo la subscripcion*, rectius referri videtur ad proximiora, & sic, *al no añedir*.

Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imò quòd in protocollo & registro tabellionis requiratur ipsius subscriptio: quòd probatur ex eadem nostra. l. 12. considerando ipsius mentem & rationem: nempe ideo requiri signum tabellionis ab hac. l. in protocolis & registris notarij, scilicet, *Por excusar la dificultad q̄ ay en aueriguar la letra de los registros, despues de fallecidos los escriuanos*, vt in hac eadē. l. ergo requiritur cū signo tabellionis simul & ipsius subscriptio: alias enim ex solo signo sine subscriptione, *no se excusaria la dicha dificultad de aueriguar la letra de los registros*, Sicq; pro constituto habuit hæc. l. requiri subscriptionem notarij in registris ipsius, satisq; id expressisse existimauit præcipiendo signum interuenire: & in terminis nostrā. l. intellexit. (quanuis non ita eam ponderet) doct. Couar. in pract. quæstionis. c. 20. nu. 2. & in protocolis iure regio prædict. subscriptione opus esse affirmat doct. Anto. de Padilla. in l. si qua beneficia. nu. 5. C. de diuers. rescript. & probat Ioan. Orosc. in. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. hum. 69. & 70. ff. de eden. dicens esse consuetum. idem de iure alios allegans probat Burg. de Paz, consil. 20. nu. 4. aduers. relatos à Curt. Iunior, consil. 162. nu. 1. idem tenuit Bald. in. l. contractus. in versic. sed quæro hic. nu. 5. & 6. C. de fide instrum. dicens quòd imbreuitaturæ non probant, vbi non est subscriptio tabellionis cū signo. sequitur alios referēs Decius, cōsil. 447. n. 4.

Existimo

- 2 Existimo tamen quòd si in registro alicuius scripturæ vel forsā plurium ipsa subscriptio tabellionis deficeret, in fine tamen registrorum illius anni, vbi defecisset in aliquibus subscriptio esset signum & subscriptio ipsiusmet notarij, attestantis omnes scripturas contentas in registro presentis illius anni per se receptas fuisse, sufficere iuxta hæc nostram. l. cuius hæc videtur fuisse mens, præterquam si solum se referret tabellio in subscriptione prædicta ad illas scripturas præcedentes, quæ suo nomine essent scriptæ, tunc enim illæ tantum valerent, ceteræ verò, quæ prædict. subscriptione carent minime per supradicta: Quòd probatur, quia subscriptio notarij videtur includere effectum omnium præmissorum ad quæ habet relationem. Ita concludit Petrus Anchar. consil. 243. sequitur Alexand. consil. 14. nu. 18. versic. supraprobatur. libr. 6. & eos referens Decius vbi supra, nu. 9. Et ita est tenendum, quanuis Ioann. Matien. in l. 2. glo. 7. nu. 3. tit. 4. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. teneat per nostram. l. signum tabellionis apponi debere in quolibet anno, in quolibet scriptura illius anni: hoc enim si ad signum de quo nostra. l. 12. agit referatur, (vt Ioann. litera Matien.) eidem. l. aduersatur, quæ tantum requirit, *Que los escriuanos sean obligados en fin de cada vn año, de signar los registros que ouieren fecho aquel año, y no cada escriptura.* Si vero ad subscriptionem tabellionis, (quòd non videtur cum signum sit diuersum à subscriptione) de hac. l. nostram non loquitur, & præterea non procederet adhuc ipsius hæc sententia, si de subscriptione loqueretur, sed tenendum est quòd modo prædiximus.
- 3

Non obstat modo primū fundamentum, primæ partis, in quæst. principali, quoniam ipsum iam est dilutum ex fundamento pro secundaparte veriori adducto. Non obstat & secundum, ibi, *Saluo la subscripcion*, quia hoc intelligitur de alia subscriptione, quæ apponi debet in scriptura signata, præter illam, quæ fuit facta in registro, vt communiter fieri videmus. Imò & alias in scri-

pturis extense descriptis, præter signum tabellionis requiritur & ipsius subscriptio, alias instrumentum absq; ea non valebit, vt probat text. singul. in. l. 2. C. de conueniend. filic. debit. lib. 10. ibi tabularius non subnotauerit, & ibi Bald. col. fi. & Lucas de Pena, col. 2. text. & glo. in Authent. de instrum. caut. & fid. §. sed & si instrumenta. collat. 2. & in Authen. de tabell. in princ. collat. 4. ibi, subscriptionem habens, glo. magna. in. l. generali. C. de tabul. lib. 10. approbatur in. l. 54. tit. 18. p. 5. insinuat. l. 55. statim sequens. & l. 10. tit. 13. eadem part. sequuntur plures relati per doctor. Burgos de Paz, in. l. 3. Tauri. 2. part. conclu. 7. nu. 1246. & sequentibus. vbi etiam allegat bonum text. in. l. ad testium. §. si quis. ff. de testam. vbi Bald. & Paul. hoc expresse notant, & ita est tenendū quanuis in contrarium dicat esse magis receptum sententiam plures allegans Menchac. consil. 48. n. 15. verum prædict. iura & doct. intelligit Burg. de Paz, vbi supra, nu. 1251. procedere non de subscriptione, quæ vulgo firma vocatur, sed de subscriptione à tabellione efficienda, in quæ eius scribens nomē propria subscribit manu illū scripturæ testibus presentibus adfuisse, ea subtingens verba, quæ in. d. l. 54. conscribuntur, quæ & doct. in locis per eum allegatis commemorant, quæ subscriptio (non vulgo firma nuncupata) quotidie à tabellionibus in scripturis consuefcit, secundum ipsum, & illam à tabellione effici necessarium esse probat.

Quare his attētis, & etiam. l. 3. Tauri, quæ est hodie. l. 2. tit. 4. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. vbi non requiritur subscriptio tabellionis in testamento in scriptis, sed tantum ipsius signū, existimat & probat ipse Burg. de Pace, ibi hodie nõ requiri formam tabellionis in testamento in scriptis. Ego vero subscriptionem prædict. tabellionis esse necessariam probo, tam in testamento in scriptis, quā in alijs instrumentis publicis signatis, vt patet ex. l. 13. statim sequenti. ibi, *Saluo la subscripcion*, quæ lex in omnibus scripturis loquitur & procedit: sicq; cōprehendit testamentū quòd non mutatur in testamento in scriptis, per d. l. 3. Taur. quoniam ipsa requirit signū tabellionis



lionis, & sic necessario adesse debet, & eiusdem subscriptio: firma autem ipsius quâvis non reperiatur expressum, ut interueniat, illa tamen generali cōsuetudine requisita censetur, nam cōmuniter semper apponi consuevit. In protocolis autem subscriptio alia quam firma tabellionis interuenire non solet, & ita cōtra Burg. vbi supra, rectius in proposito probauit nostrâ sententiam post hæc scripta visus Ioan. Matien. in. d. l. 2. gl. 7. n. 4.

¶ Finis. 139. Quæstionis.

**SUMMARIUM.**

- 1 **Q**uot testes requirantur in scripturis publicis corâ tabellione receptis pro ipsarum valore & substantia? resoluitur sufficere duos, tamet si tres cōmuniter apponantur.
- 2 **L.** 54. & l. 111. & 114. intellectus atq; concordia.

**L. 13. tit. 25. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.**

**QUESTIO. CXL.**

**Q**uæro circa l. 13. tit. 25. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. ibi, *Y los testigos*, quot testes requirantur in scripturis publicis corâ tabellione receptis pro ipsarum valore atq; substantia? & quid cōstat trestes esse necessarios per l. 54. ibi, *Tomen por testigos tres homes buenos*. tit. 18. p. 3. l. 1. tit. 9. lib. 2. fori. vbi Motal. notat & ex illis. l. ita tenet expresse doct. Couarr. in pract. quæst. c. 20. n. 4. & Ioan. Orosc. in. l. si quis ex argentijs. §. si initiu. n. 54. ff. de edend. & sic cōmuniter per tabelliones cōsuetum est apponi in instrumentis publicis tres testes, & esse apponendos admonet practicus Monteros. in. 7. Tract. de script. publ. fol. 117. pag. 2. & fol. 152. pag. 1. Sed duos testestantum sufficere probat. l. 111. eod. titu. 18. p. 3. ibi, *E los nombres de dos testigos alomenos*. Quod si replices illa. l. hoc probare a contrario sensu, nam inquit, *Otro si, no vale la carta publi-*

*ca, en que no sea escripto el mes, e el dia, e la era en que fue fecha, e los nomes de dos testigos*, Ergo à cōtrario sensu cū duobus testibus & ceteris solēnitatibus, de quibus ibi valeret, quod argumentum à cōtrario sensu non procedit quoties est contra. l. antiquâ, prout videtur hoc esse cōtra. d. l. 54. superius citata, vbi tres testes requiruntur, & sic potius esse standum decisioni. d. l. 54. allego alteram. l. regiam, quæ directè & expresse probat duos tantum testes sufficere, nepe. l. 114. eodem tit. & partit. vbi inquit. *E aun dezimos que toda carta que sea fecha por mano de escriuano publico, en que aya escriptos los nomes de dos testigos alomenos, e el dia, e el mes, e la era, e el lugar en q̄ fue fecha, assi como de suso mostramos, q̄ vale para prouar lo q̄ en ella dixere*. quarū legū nō meminere, doct. Couar. nec Orosc. vbi supra.

- 2 **Q**uare existimo tenendū in rigore sufficere duos testes apponi in scripturis publicis ad ipsius valorem, tamet si tres cōmuniter apponantur, nihilominus tamen duo sufficiunt iuxta. l. regias postremo loco allegatas: non obstante dict. l. 54. in verbis supra relatis, quia dum dicit, *Tomen por testigos tres homes buenos*, intelligēda est, vel duo ad minus, ut dicit dict. l. 114. & sic quod dict. l. 54. intelligatur per dict. l. 114. quæ est posterior, ut vna alteri conueniat, & in terminis hanc concordiam tenet & probat Greg. Lopez, in dict. l. 54. in gl. tres homes. Pro quo ultra ipsum cōfidero eandē. l. 54. in vers. precedenti. *E abonda en toda carta publica que sean dos escriuanos publicos*. Loquitur enim ibi ad abundantiam, & non de necessario statimq; sublequitur. *O si por auentura tantos escriuanos publicos no pudiere auer en el lugar, tomen por testigos tres omes buenos*. Sicq; versiculus hic pot̄ intelligi iuxta præcedentē, id est, ad abundantiam, cū eodem casu loquatur, nō vero de necessitate, prout loquitur ceteræ l. posteriori loco allegatæ, requirentes duos testes ad minus, quod iure cōi magis cōuenit iuxta

**Eadem. l. 13.**

**QUESTIO. CXLI.**

**Q**uæro secundo, circa eandē l. 13. an præter solēnitates in ea contentas requiratur ad valorem & pro substantia instrumenti publici rogatus notarij siue tabellionis? Et videtur ipsam esse necessarium, adeo ut alias instrumentum sit nullum tex. in Authen. de tabellion. §. nos autē. iuncta glo. in verb. iniungatur. Innocen. & omnes in. c. 1. circa. fi. in vers. item nota. uti le esse. de fide instrum. Angel. consil. 207. & 220. col. 1. Caphalus, consil. 294. n. 37. est vera & cōmunis opinio, ut ex Alex. refert atq; testatur Menchac. de success. creatione. §. 15. nu. 9. vbi loquitur in instrumento testamenti, & nouissime Franciscus Mantica, de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 12. n. 3. Quod adeo verum est, & procedit ut in dubio notarius non præsumatur rogatus nisi id apponat in instrumento, eò q̄ rogare de receptione instrumenti seu notæ, est quid facti, & facta non præsumitur, nisi probentur, ut in. l. in bello. §. facta. ff. de captiu. & post lim. reuers. Et quia hæc est solēnitastexti in seca, quæ non præsumitur, ut in. l. quæcūq; §. si. ff. de public. & in terminis ita tenet plures allegans Felin. in. c. 1. n. 2. de fide instru. Roland. à Valle. consil. 44. nu. 26. lib. 1. is dicit cōmunem plures referens & eam limitans 17. modis Menchac. vbi supra. n. 10. & sequētib. Testatur etiam esse hanc magis receptā doctorum sententiā frequentiori calculo plurimos eam tenentes cōgerens. idem Rolad. à Valle, consil. 55. n. 4. & 6. lib. 4. reprobans. gl. in. d. §. nos autē. Bart. & quosdam alios cōtrariū tenentes, & præterea. n. 8. reprobat distinctionē, Bald. in Rubri. de fide instrum. col. 3. sequēti per Bero. consil. 92. n. 8. volu. 3. dicētis q̄ quando inter notariū & partes lis est de rogitu, in dubio notarius nō præsumitur rogatus, sed quādo solum inter partes dubitatur, rogatus præsumitur ex eo solum q̄ notarius instrumentū scripsit, quia indistincte secūdum cōem non præsumitur rogatus.

R 3 notarij,

iuxta glo. cōmuniter approbatam, in. c. 1. de fide instrum. Item & diuino, quod habet ut in ore duorum vel trium stet omne verbum, ut in Matth. e. 18. & Luca. c. 17. refert in cap. in omni negotio de testib.

Et ita teneo attento etiam iure regio per se prædicta: licet securius sit adijcere trestes ad maiorem abundantiam. Nec nocet q̄ Olanus in suo Epilogo legum partit. fol. 259. nu. 49. dicit. nempe. d. l. 54. & 55. statim sequentem abrogatas esse in eo, q̄ duos tabelliones testes in instrumento adesse sufficere dicebat, quoniā hoc non fuit vsu receptū nisi in ciuitate Hispalensi, secund. Grego. Lop. ibi: quia nec hic Olanus memor fuit ibi dictarū legum. 111. & 114. nec Grego. Lop. dicit non fuisse vsu receptum duos tabelliones testes in instrumento adesse sufficere, sed quod nō seruatur, nisi in ciuitate Hispalensi, ut testes sint tabelliones & ipsi scribant sua nomina, non tamen negat, eos sufficere: quinimo in glo. statim sequenti, id concedit, etiam si prædict. duos testes non sint tabelliones, sed alij per dict. l. 111. & 114. ut prædixi.

¶ Finis. 140. Quæstionis.

**SUMMARIUM.**

- 1 **R**ogitus notarij siue tabellionis an sit necessarius ad valorem & pro substantia instrumenti publici? & num. sequentib. vbi num. 3. resoluitur negative.
- 2 **I**n dubio notarius non præsumitur rogatus nisi id apponat in instrumento.
- 4 **R**ogitus notarij præsumitur ut in instrumento apponitur clausula, actum & receptum tali loco, & c.
- 5 **E**x partium subscriptione earum elucet consensus & voluntas, scripturarumq; approbatio.

notarij: eandem primam sententiam plurimos referens testatur communem Matien. loquens in testamento in scriptis, in l. 2. tit. 4. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. glo. 4. n. 7. quauis ibi, n. 8. alios allegans dicat, quod presumitur rogatus, si notarius scribit & subscribit testamentum, maxime attento stylo, vsu & consuetudine notariorum nostri Regni, qui hanc opinionem approbavit secundum ipsum, qui stylus attendendus est: eandem sententiam quod in dubio non presumatur dicti rogatus, nisi ex verbis necessario inferatur: quia potuit tanquam testis subscribere: testatur esse magis communem plures referens Mantica, vbi supra, num. 5. quauis contraria sit etiam communis, vt ibi per eum.

3 Sed nihilominus contraria sententia est tenenda, imo quod seruata forma huius nostre l. in scripturis publicis conficiendis, non desideretur alius expressus rogatus tabellionis. Primo, quia l. nostra assignat & introducit specificam formam. omnino seruandam in instrumentis publicis conficiendis & substantiales solennitates enumerat, quæ necessario debent in ipsis interuenire, sine quibus instrumenta corruunt, vt constat ex illis verbis. *Y se barga todo lo susodicho: so pena que la escriptura que de otra manera se diere signada sea en si ninguna: y el escriuano que la hiziere pierda el officio, y deinde en adelante sea inhabil para auer otro, y sea obligado a pagar a la parte el interese.* Si ergo rogatus expressus tabellionis vel attestatio ipsius requiretur pro substantia & valore instrumenti, eam solennitatem minime omisisset lex nostra, aliàs enim esset defectuosa, imperfecta & manca, quod dicere, esset absurdum.

4 Secundo, nostra l. præcipit atque requirit, quod in instrumentis publicis apponatur dies, mensis, annus, & locus, vel domus, vbi recipiuntur: & ita communiter solet apponi, *Que fue fecha y otorgada, en tal lugar, dia, mes, y año.* Per quã clausulam nempe actum in tali loco probatur instrumentum publicatum, & rogatus demonstratur, vel præsu-

mitur, quia prædicta verba significant rem perfectam, secundum Bald. in Authent. quod sine. C. de testib. Paulus de Cast. in l. si is qui. ff. de testam. sequuntur plures relati per Roland. à Valle. d. consil. 44. num. 43. & dicti, consil. 55. n. 7. vbi post Feli. idem affirmat esse si notarius dicat publicauit, quia notarius tunc intelligitur rogatus licet id non dicat. cum aliàs non possit conficere instrumentum, nisi rogetur, secundum Bart. in l. sciendum. col. si. versic. quæro ergo. nu. 11. ff. de verborum oblig. quæ etiam sequitur Mench. vbi supra, num. 10. & Mantica. vbi supra, num. 7. dicens esse magis comunem. & comunem quam refert Roland. vbi supra, sequitur cum alijs Matienço, vbi supra, num. 9. & Mantica. vbi supra num. 8. Aliquid tamen differt inter doctores, vt rum requiratur quod dicta verba sint appositæ in fine instrumenti, vel sufficiat quod in principio apponatur, vt constat ex dictis locis, vbi quod si sunt appositæ in fine, est in dubia præfata sententia: Sed quo ad nostrum propositum attinet in hoc nihil interest, tum ex priorifundamento pro hac parte adducto, tum etiã ex sequentibus: & quia communiter tabelliones prædicta verba in fine instrumentorum solent apponere.

Tertio, quia in nostra l. etiã præcipitur pro forma. *Que assi como fueren escriptas las tales notas, los escriuanos las lean presentes las partes y los testigos: y si las partes las otorgaren las firme de sus nombres: y si no supieren firmar, que firme por ellos qualquiera de los testigos, o otro que sepa escriuir: y que el escriuano haga mencion de ello.* Quo igitur pacto potest hoc fieri, nisi præcedente rogatu & voluntate partium, superflua igitur erit alia expressio: Nam ex partium subscriptione, earum elucet consensus & voluntas, scripturarumque approbatio, vt in l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. l. fin. & ibi Bald. C. si certum pet. traditur in l. si ita. §. Chryfogonus. ff. de verborum oblig. vbi l. col. 2. Alexand. consil. 147. incip. ponderatis. col. 1. & 2. num. 3. 6. & 8. lib. 2.

Quarto

Quarto, quia non est presumendum contra tabellionem quod confecerit aliquod instrumentum falsum, quia esset delictum, hoc est, *Si auerle otorgado las partes.* Argu. l. merito. ff. pro socio. Ergo, *Si le otorgaron, fue rogado y llamado el escriuano: por que el de suyo no lo auia de hazer si las partes no lo pidierã.* Et ideo consulto lex nostra omisit expressionem huius rogatus, quãdo quidem ex ceteris solennitatibus ab ea requisitis, satis inferitur atque demonstratur, quã potissimum ratione & alijs pluribus iuridicis hanc nostram partem cum comuni, aduersus magis communem priorem sententiam merito probauit nouissime Mantica, vbi supra, num. 13. & sequentibus. Sed ad maiorem cautelam nonnulli, vel plures tabelliones solent in instrumentis publicis signatis, quæ partibus tradunt adijcere, *E yo fulano escriuano, que presente fuy en vno con los testigos, al otorgamiento de la dicha escriptura de pedimiento de las dichas partes, la hizo hazer, y la signe, &c.* Quod si omittatur non vitiat, cum satis presumatur ex supra dictis.

Nonnulla circa sigillũ & subscriptionem notarij in protocollo, tradit doct. Burgos de Paz, consil. 14. num. 4. & sequentibus.

¶ Finis. 141. Quæstionis.

SUMMARIUM.

1 **S**ubscriptio testatoris; hoc est, firma, requiritur in codicillis & in testamento nuncupatiuo, aliàs erunt nulli codicilli, vel testamentum.

Eadem. l. 13.

QUÆSTIO. CXLII.

1 **Q**uæro tertio, circa eandem l. 13. an ea attendat sicut in testamento in scriptis, requiritur subscriptio testatoris per. l. 3. Taur. Ita etiã eadẽ requiratur in codicillis: & in testamento nuncupatiuo? Quã quæstionẽ tanquã dubiã admodum examinauit latissi-

me in vtrãque partẽ doct. Burg. de Paz, in d. l. 3. Taur. 2. p. cõcl. 3. n. 1084. & pluribus sequentibus. qui affirmatiuã opinionem probauit, respondens fundamentis contrariæ partis & resoluens nullum esse testamentum nuncupatiuũ nisi à testatore subscribatur, hoc est, se firme, quæ sententia mihi placet per adducta ibi per eum, & præcipue ex litera nostra l. quæ generaliter loquitur in omnibus scripturis. quam sententiam ante eum quoque probauit Greg. Lop. in l. 2. tit. 1. part. 6. & non displicet Couar. in c. cum esses. nu. 2. de testam. in secunda edition. & nouissime eandem quæstionem latissime ad vtramque partem disputauit Ioan. Matien. in l. 1. tit. de los testamentos. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. glo. 3. n. 7. & sequentibus. vbi hanc nostrã sententiam probauit, & doct. Didac. Perez, in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordin. fol. 90. aduersus Auẽd. 2. p. c. 16. prat. num. 1.

¶ Finis. 142. Quæstionis.

SUMMARIUM.

1 **N**otarius vel tabellio an debeat prius cognoscere partes vel sufficiat quod tempore receptionis instrumenti illos agnoscat, audiens illorum verba & cognomina. prius probatur.

2 **T**abellio vel testes affirmantes cognoscere partes contra rei veritatem, hoc est, talibus nominibus vocari, cum illis non vocentur sed alijs, tenentur partibus læsis ad damna & expensas, etiam deficientes dolo, & præterea pœna extraordinaria puniri poterunt.

L. 14. tit. 25. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QUÆSTIO. CXLIII.

**Q**uæro circa l. 14. tit. 25. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. ibi, *Y si el escriuano conosciere al otorgate, de*

R 4 se

*fe en la subscripcion que le conofce*, An fit necesse quod notarius hoc casu habuerit cōtrahentes prius notos, vel sufficiat quod tempore receptionis instrumenti illos notos habeat, audiens illorum verba, nomina & cognomina? & videtur hoc fat esse, & quod notarius seu tabellio dicat talis dicens se Titium, vt probat in terminis Ioan. Andreas in addit. ad Specul. in Rubric. de instrument. ædit. ver. sed nunquid personas, quam opinionem sequitur ex professio Bald. in Rubr. num. 11. C. de fide instrument. refert Ioanem Andre. simpliciter Iason. in. l. final. in princip. num. 4. in fin. C. de iur. delib. Carol. Ruinus, consil. 189. incip. circa primum nu. 17. lib. 1. sequitur hanc opinionem. Montal. in l. fin. quæ est. 7. tit. 8. lib. 1. for. leg. gloss. 1. sic intelliges. l. illam idem probantem quod nostram. *Que ningún escriuano publico haga carta entre ningunos homes: menos de los conofcer.* Tenebitur enim pars dolo mutans nomen suum poena falsi. l. falsi, in principio, & in. l. qui falsum. cum alijs. ff. ad. l. Cornel. de falsi. nec hoc præiudicare debet notario, nisi probetur fuisse conscius, quod in dubio non præsumitur, vt in. l. maiorem. C. de falsi. & in. l. verius. ff. de probat. & ad Ioan. Andr. vbi sup. se remittit Greg. Lopez, in. l. 54. in gloss. conofcer titu. 18. partit. 3. & expresse eandem partem sequitur D. Burg. de Paz. in. l. 3. Taur. 2. Parte. 7. conclus. num. 1280. & sequi.

Sed his non obstantibus cōtrarium in nostra quæstione mihi videtur tenendum, imo vt eo casu, quo tabellio cognoscat contrahentes & de eorum agnitione fidem facere debeat. iuxta hanc. l. requiratur vt tabellio habuerit contrahentes prius notos, & sic sit certus de eorum nominibus atque personis, habendo plenam notitiam eorum: quia ratio finalis huius. l. ea videtur esse, quoniam alias de facili posset decipi in nomine & committi falsum, vt inquit, Bal. in l. final. §. cum igitur num. 16. C. de iure delibe. pro quo allego. l. 54. titu. 18. partit. 3. ibi. *Y deue ser muy acucioso el escriuano de trabajarse de co-*

*noscer los homes, a quien saze las cartas quien son, y de que lugar, de manera que no pueda y ser hecho ningun engaño.* Et sic ad euitandas falsitates, hoc est introductum quod etiam constat ex. l. 2. titu. 19. eadem. 3. partita: vbi sancitur tabellionē loci oppidanum esse debere, vt partes melius cognoscat, Sed si sufficeret dicere talis, qui se dixit Titium. prout existimauit Ioan. Andreas facilisimè sæpe ac sapius dolo ac fraus committeretur, fingens se contrahens alium quā vere sit, sicq; altera pars deciperetur ac Republica cattelis & fraudibus abundaret, per raroque creditores & alij contrahentes inuenirent quem conuenirent, & dum plenam securitatem putarent se habere fidentes instrumentis publicis ea penitus carerent, cui malo cupiens lex nostra mederi, disposuit vt tabellio fidem faciat in instrumento publico de cognitione partium, si eos cognouerit alias duo testes id declarēt: igitur hæc cognitio siue tabellionis, siue testium perfecta integraque esse debet, talisque vt ex ea consequatur effectus à nostra. l. & mente ipsius conditoris prætenfus, alias enim frustratoria & absque effectu esset nostra. l. si sufficeret, quod Ioan. Andreas dicebat: quo fit vt si tabellio vel testes fidem faciat, vel deponant de præd. cognitione contrahentium contra rei veritatem affirmantes tales contrahentes vocari, quibusdā nominibus, quibus re vera non vocantur, sed alijs tenebuntur partibus læsis ad damna & expensas, etiam deficiente dolo, & præterea poena extraordinaria puniri poterunt, nam si ille ad sit, falsi punietur.

Secundò hæc eadē sententia aperte conuincitur ex nostra. l. in finali. verbis, supra relatis, ibi. *Y si el escriuano conofciere al otorgate, de se en la subscripcio que le conofce.* Nam si fidem facere debet, ergo de certo, & sic affirmatiue, id testari tenetur, igitur si contra veritatem affirmet committit falsum, & tenebitur ad id quod supra dictum est, quādo dolo id fecerit: sin autem per ignorantiam ad damna & expensas, & arbitrio boni viri alias punietur, quia ratione sui officij tenetur facere præd. fidem quando contrahentes cogno-

## SUMMARIUM.

cognoscit. Nec obstat, quod Ioan. Andr. vbi supra, opponerat, nempe, quod hoc esset quasi ad nihilum deducere instrumenta, si fieri non possent, nisi de personis prius notis: & sic non facile fieret de mulieribus rusticis & extraneis, quod esset contra iura volentia probationes ampliari, non restringi: quare respondeo, hoc inconueniens sustulisse iam nostram. l. cum in sui principio disponat: *Que si el escriuano, no conofciere alguna de las partes que quisiere otorgar el contracto, o escriptura, q̄ no la haga ni reciba, salvo, si las partes que ansi no conofciere presentaren dos testigos que digan q̄ los conofcen, y que hagan mencio de ello en fin de la tal escriptura,* Sicque lex nostra non arctat præcisse tabellionem ad cognoscendum semper partes, nec prohibet receptionem instrumentorū si tabelliones partes ipsas nō agnoscant. Sed tunc prouidet quod si partes duos producerint testes, qui eos agnoscant recipiatur instrumenta cum declaratione ipsorum testium super agnitione, alias secus & hoc modo probationes non restringuntur. Nec etiā obest, quod mutans dolo se nomen suum, poena falsi teneatur, quod hoc non debeat præiudicare tabellioni in scio; nam imo nocere debet eidem, cum ipse teneatur, si agnoscat partes fidem de hoc facere, & sic quod eas vere cognoscit. Non etiam obest, quod asserbat Burg. de Pace, vbi supra, nempe dict. l. 54. minime sancire esse necessarium tabellionem cognoscere contrahentes, sed tantum quod accurate partium notitiam acquirat, eorumque inuestiget nomina, quod huic negotio ab simile est, eodemque modo satisfacit. dict. l. 2. tit. 19. part. 3. nam fateor hoc necessarium minime esse, vt supra quoque meminimus, attamen si tabellio agnoscat contrahentes, fidem eius notitiæ facere tenetur in subscriptione, vt in hac. l. in fine. ergo eo casu, quo præd. fidem facere tenetur, eam certam atq; affirmatiue debet facere, & hoc est, quod vult nostra. l. quod & si attingit Burg. de Paz, vbi supra. m. 1279. nō tamen recte perpedit.

¶ Finis. 143. Quæstionis.

- 1 **I**nstrumentum publicum in quo nec testes, nec tabellio fidem faciunt de agnitione contrahentium, vt. l. regiarequit, an sit validum nec ne? & num. sequentibus. resoluitur cum distinctione num. 3.
- 2 Quando lex disponit & ultra non procedit annullando actum aliter factum, transgressio legis non vitiat dispositionem.
- 4 Ille qui alienum factum indagare tenetur, non præsumitur habuisse illius facti ignorantiam.

## Eadem. l. 14.

## QUÆSTIO CXLIII.



Vero secundo circa eandem. l. an instrumentum publicum confectum à tabellione, in quo non seruatur forma ab hac. l. tradita, nempe quod nec testes, nec tabellio fidem faciunt de agnitione contrahentium, nec de eo mentio fit aliqua, sit validum nec ne? & non valiturum primo facit, quia negari non potest, quin lex hæc formam in proposito præscribat omnino seruandam: omisio autem formæ inducit nullitatem actus, vt in. l. cum hi. §. si præf. ff. de transa. & tradit late Mencha. de success. creat. §. 4. nu. 17. Secundo, quia actus factus contra legem prohibitiuam est nullus, vt in. l. non dubium. C. de legib. & ibi Doctor. & in. l. cum lex. ff. de fideiuss. cum simil. Sed lex hæc prohibet aliter fieri, & recipi scripturam, vt patet ibi. *No haga ni reciba salvo, &c.* Igitur non valet. Tertio, quia si falsum quid hoc casu contingat, nominatus in instrumento probata falsitate liberabitur, sicque instrumentum ipsum absque effectu manebit.

Rursus videtur quod cum hæc. l. non habeat clausulam decreti irritantis, si aliter factum fuerit, prout statutum Bononiæ hoc casu habet, prout refert Ioan. Andreas ad speculum



culum, in Rubric. de fide instrument. col. 4. idem in titulo de teste. §. 1. col. 17. & Abb. in c. cum causam. de testib. & ibi Felin. nu. 11. non fit nullum tale instrumentum: præcipue cum lex hæc non auferat potestatem tabellioni aliter faciendi, vel recipiendi, quia non dicit non possit facere, nec recipere, sed non faciat vel recipiat, quare videtur, quod si aliter fecerit vel receperit valeat instrumentum quâuis ipse tabellio. extraordinarie puniatur, quia fecerit contra legem prohibitiuam, nullam tamen poenam imponentem arguit. l. nemo martyres. C. de sacrosanct. Eccle. vbi gloss. 1. Nam quando lex disponit & vltra non procedit annullando actum aliter factum, transgressio legis non vitiat dispositionem, vt refert esse communem opinionem. Menchac. vbi supra, nu. 17. quâuis ipse ibi teneat contrarium. Præterea lex hæc in. 2. Part. dum dicit. *Y si el escriuano conosciere al otorgante, de fe en la subscripcion que le conofce.* Continet præceptum quoddam simplex, cui contraueniens tabellio puniatur, non tamen ob id, suas vires amittet instrumentum, cum hæc lex hoc nõ declarat, nec de iure cõi sit aliqua lex, quæ ob hoc annullari instrumenta dicat.

Quid tenendum in hac quæstione? & quidem sæpè ac sæpius hac de re cogitâs & mecum animum reuoluens dubius fui in ea: Nunc verò habita matura deliberatione pro resolutione huius quæstionis sic distinguendum cenfeo in nostro casu.

3 Aut enim constat quòd tabellio nõ agnouit partem contrahentem, & nihilominus non adhibuit testes, qui iuramento solemniprocedente deponerent de agnitione contrahentis, & tunc instrumentum huiusmodi erit nullum ex fundamentis supra adductis pro prima parte: quia est factum contra formam & prohibitionem nostræ. l. & ideo hoc casu iuste consuluit Burg. de Paz, in repetit. l. 3. Taur. in. 2. part. concl. 7. num. 1283. scripturâ in qua tabellio expressim asseruit, præd. iuramento prætermisso, partem non agnoscere, non exequendam, vbi hanc primam partem distinctionis tenet, scilicet, vt

quando tabellio partes non agnoscens duos non receperit testes iuramento partes ipsas cognoscere firmâtes, & sic in. 1. parte nostræ l. instrumentum sit nullum.

Aut vero tabellio partes ipsas agnoscit, & omittit, id exprimere in subscriptione: prout tenetur facere per nostram. l. in. 2. part. quâuis securius esset id exprimere, non tamen ob id annullabitur instrumentum per supra adducta, in. 2. part. Nec obstant hoc casu fundamenta prioris partis quia lex nostra in sui prima parte dum prohibet recipere instrumentum nisi, &c. Loquitur quando non agnoscit partes, at vero in hoc casu præsupponimus contrariû, & sic non loquimur in primo casu nostræ. l. præterea secunda eius pars quæ in hoc secundo casu lequitur non est ita stricta, nec prohibitiua sicut prima, & sic nihil obest tota legis nostræ contextura huic secundo casui: quod & tenet Burgos de Paz, vbi supra. n. 1284. quem sequitur Ioan. Matienç. in. l. 2. titu. 4. libr. 5. Nouæ Collect. Reg. glo. 7. n. 6. licet sic non distinguant.

Tertius casus est retento eodem themate, cum dubium est, an tabellio partes agnouerit necne: & hoc casu existimo valere instrumentum: quia præsumendum est eas cognouisse & recte officiû suum gessisse, iuxta tex. in. c. ad audientiam. de præscriptio. & ibi, notatur, & in. l. si quis decurio. C. de falsis. cum alijs quæ adducit Alciat. de præsumptio. Reg. 3. præsumptione. 3. Dec. conf. 451. in fi.

4 Secundo quia illa qui alienû factû indagare tenetur illius facti ignorantia habuisse non præsumitur, vt patet ex text. in. c. innotuit. iuncta glo. & ibi Abb. de elect. cum alijs adductis per Burgos de Paz, vbi supra, nu. 1285. vbi dicit se aliqua vidisse instrumenta quibus tabelliones partes agnouisse minime dixerunt, nec duos testes partes agnoscentes adhibuisse, & illis fidem fuisse adhibitâ, eo præcipue casu, quo verisimile sit tabelliones partes cognouisse, ex traditis in. l. hac consultissima. iuncta glo. C. qui testamenta facere poss. & alibi in quorum fauorem faciunt adducta, per Dec. conf. 17. per totum: & ita ego etiam vidi seruatum in praxi, & obtinui in simili casu.

Procedet

Procedet igitur nostra lex eo casu, quo constiterit tabellionem partes non agnouisse, & duos testes de agnitione eorum minime recepisse, vt ipse manifeste loqui videtur in illis verbis, *Que si por vêtura et escriuano no conociere a algunas de las partes, &c.* Secus vero eû tabelliones cõtrahentes mini

me agnouisse pateat, & sic, in dubio, quo casu nostra. l. nõ loquitur, vt ipse aduertit priusquam viderem Burgos de Paz, vbi supra dicto. n. 1285. qui ita eam intelligit quo viso auctore gauisus sum: quia concurrat cum mea sententia.

¶ Finis. 144. Quæstionis.

## Finis Primi Libri.